¶ M. AN. ¶ Flamen dialis: Iouis scilicet a filamento. uel ut Plutarcho placet a pileo: quasi pilamen dictus. ¶ Destinatus: designatus: sed Syllae dictatoris potentia in petitione repulsum Plutarchus tradidit: nec placet quod quidam ad impetratam a populo petendi facultatem id referunt: uel quod pro collegio nominatum accipias: quod certo anni die fieri solitum in epistolis Plinius scribit. Et enim non solum gentilitiis haereditatibus ab eodem est Sylla multatus: ut Tranquillus non multo post subiicit: sed & sacerdotio: quod utique suffragio fuerat adeptus. ¶ Dimissa: repudiata. Familia equestri: honesto quidem loco: sed quia honestiore potuisset: diues adiecit. ¶ Praetextato: praetextam adhuc habenti: ac per hoc puero de praetextae usu tenerae aetati concesso. Macrobius: Plinius: & Plutarchus in quaestionibus abunde scribunt. ¶ Cinnae quater consulis: Plutarchus eum dictatorem appellat. ¶ Iulia: ut in Corneliorum gente Corneliae sunt dictae: & in Aemiliorum Aemiliae: ita & Iuliorum Iuliae gentili nomine nuncupatae. ob idque Possidonius Romanas faeminas sine proprio nomine fuisse credidit quia praenomen non haberent: quod tum loco proprii esset. Sed Tarquinii uxor Tanaquil: Plinio auctore. Caecilia dicta est: sic & Acca Laurentia: (& Te ratia in antiquis annalibus cum suis praenominibus sunt. ut Gellius scribit: etiam Plutarchus contra Posidonii opinionem duo dixit in quaestionibus nomina Ro. foeminas habuisse: mares uero tria.

¶ PHI. ¶ A dictatore sylla. mox suo loco dicemus de dictatoris origine & nomine: & de sylla dictatore ne indigesta sint & uelut confusanea interpretatio. ¶ Sa

a dictatore Sylla ullo modo potuit. Quare & sacerdotio: & uxoris dote: & gentilitiis haereditatibus multatus diuersarum partium habebatur; ut etiam discedere e medio & quamquam

morbo quartanæ aggrauāte prope p singulas noctes cōmutare latebras cogeretur: seq; ab inquisitoribus pecunia redimeret: donec p uirgines Vestales: perq; Mamercum Aemilium & Aureliū Cottā propinquos & affines suos ueniā impetrauit. Satis cōstat Syllā quū deprecātibus amicis & ornatissimis uiris aliqdiu denegasset: atq; illi ptinaciter contēderent:

cerdotio. i. flaminio illo diali de quo iam dictum. ¶ Gentiliciis hereditatibus. gentilicia nomia dicuntur: quæ originem gentis uel familiæ declarant ut scribit diomedes. gentiles sunt: q eodē noie inter se sunt ut scipiones & bruti: ab ingenuis oriundi: quorū maiorū nemo seruitutem seruiuit in quibus gētilitas peculiariter esse dicitur: cum neq; seruorum neq; libertinorum gentilitas ulla sit. sicuti docet boetius in cōmentariis topicorum. gentilicium nota a liuio: gentilicia funera a plinio nuncupantur. gentilicium uocabulum a gente. i. a natione non a familia usurpauit gellius. unde Gentilicia sacra dicuntur a liuio: quæ statuta sunt eidē genti. Sensus est Tranqlli Iulium Cæsarem a sylla mulctatum fuisse hereditatibus gētilicis a gente uxoris corneliæ peruenientibus: uel gentiliciis hoc est familiæ suæ & gentis Iuliæ: quæ Iulū Aeneæ filium autorem sui nominis nuncupat. ut inquit plutarchus Sylla dotem Corneliæ publicauit. ¶ Diuersarum partium. i. marianarum: marianus fuit Cæsar. syllanus uero Pompeius. ¶ Mulctatus. per punitionem mulctæ exutus spoliatusq;. Mulctam esse dici putant pœnam. M. Varro ait pœnam esse sed pecuniariam. Idem multæ uocabulū non latinum sed sabinū esse dicit. suprema mulcta apd priscos erat in singulos dies. xxx. boum & duorū ouium Minima autem ouis unus. De differentia mulctæ & penæ subtiliter scribunt iurisconsulti titulo de uerborum significatione olim lex de mulctarum estimatione romæ lata ē. quæ fuit pergrata. ut docet liuius in quarto. a mulcta mulctatitium æs dicitur quod noie mulctæ exigitur. ¶ Morbo quartanæ. scribit plato in timeo corpora mortalium laborare quartana febre: quando excessus sit elementi in homine terreni. cum. n. terra quarto elementorum gradu sit: temporis circuito quarto semet: hinc quartanas inuehit febres: quæ quidem longe sunt. sed ut ait celsus quartana neminem iugulat. ¶ Ab inquisitoribus. Cornelium significat ducem militum syllanorum quo depensus duobus se talentis redemit. ¶ Donec per uirgines uestales. solebant romani in periculis delictisq; adhibere uestales deprecatrices. ut ita uenia esset impetrabilior. hinc ait Cicero in diffusione legis agrariæ. siquid deliquero nullæ sunt uirgines: quæ me a uobis deprecentur. hinc messalina cum audisset claudium maritum ab hostia redire festinauit ad ultionem: orauit uibidiam uirginū uestalium uetustissimam: ut claudii aures adiret & clementiam exposceret. De dignitate sacerdotioq; uestalium iusta suo loco afflatim dicetur. ¶ Mamercum. mamercus prænomen est ab eo q; humanitatem mamercē appellaut. apud liuium in quarto celebratur mamercus emylius dictator ex gente mamercaq; qui bello clarus pace quoq; non spernendus legem tulit: ut censura: quæ erat quinquennalis: ne plus q annua ac semestris foret. Quidam dicunt emyliam gentem a mamercello natam. cui propter humanitatē ciuicam cognomē fuerit emilio: græci enim emiliam uocant sermonis suauitatem atq; facundiā. ¶ Aurelium cottam. aurelia familia exorunda a sole dici creditur. cui pecu romæ sacra faciebat. Antiquitus dicti auseli ut ualesii papisii. pro Aurelii Valerii papirii. Cota autē dicti uidetur ab ira quæ græce coton uocatur. Et hoc est q ait quintilianus grammaticum scrutaturum origines nominum: unde scipiones & cotte & seriani dicuntur. aurelius cota affinis erat Cæsaris ut pote cum mater dicta sit aurelia ex aureliorum familia. ¶ Ornatissimis uiris: qualis erat mamercus emylius & aurelius cotta. ¶ Pertinaciter contenderent. perseueranter instarent: pertinatia a pertendendo dicitur: nam in quo non debet pertendi & pertendit pertinatia est. in quo uero oporteat manere si in eo perstet perseuerantia nuncupatur. auctor uarro.

Mulcta qd

Vestales depcatrices

Mamercus

Emilia lepiditas

Aurelia familia

Cotta unde

Pertinatia unde

¶ M. AN. ¶ A dictatore Sylla. primus Ro. Sylla perpetuam induit dictaturam: quum ea alioquin dignitas semestris esse uerum ultro tandem se potestate abdicauit. cui in ordinem redacto: cum conuitium sibi ab ignobili adolescente quasi diuinitus dixisse fertur fore: ut quicūq; post se eam dignitatem inuasisset: publicum morte deponeret: quod non multo post in. C. Cæsare euenit. ¶ Sacerdotio: flaminio. ¶ Vxoris Corneliæ. ad illud puto referendum: quod Sylla omnia Cinnæ bona publicauit. ¶ Gentilitiis hæreditatibus: quæ lege agnationis ad eum peruenire potuissent unde illud. Si pater familias intestatus moritur: familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; esto. ¶ Mulctatus: mulctæ nomine priuatus: Mulctā sci poenam dixere: quia non singula: ut olim: sed multa simul eo nomine. ut Varro existimat: a eo exigi occœperunt. estq; delicti pecuniaria animaduersio: cum pœna sit & capitis. ¶ Diuersarum partium: marianarum: & ob id Syllæ inimicus. ¶ E medio: ex publico congressu. ¶ Quartanæ: febris. s. Plin. & Celsus Cornelius: quartanas & tertianas numero multitudinis frequentius usurpant. Quartanæ inquit Celsus: sunt simpliciores: incipiunt fere ab horrore: deinde calor erumpit: finitaq; febre biduum integrum est: ita quarto die reuertitur. ¶ Aggrauante: affligēte. ¶ Latebras: loca quibus latere posset. ¶ Inquisitoribus: ad eum & cæteros marianos inquirendos missis. ¶ Redimeret: duobus talētis redemisse se Cæsarem a Cornelio Phagite inquisitorum duce Plutarchus ait. ¶ Per uirgines uestales: Cice. Nulle sunt inquit uirgines: quæ me a uobis deprecentur: quasi per uestales de reconciliatione ageretur. Cornelius ad hæc & Tranquillus in Vitelio auctores sunt: hoc nomine eas cum legatis in Flauiana castra publice missas: de uestalium numero & ministerio eorumq; plura suo loco dicentur. ¶ Aurelium Cottam: hoc est quod per propinquos & affines dixit: nam & mater Cæsaris Aurelia dicta est. ¶ Deprecantibus: uel prece supplicium amolientibus: ut Ennius: Lætum & inimicum deprecor. & Catullus: Totidem mox deprecor illi: uel ualde deprecantibus.

Cice. q̃ multorum hic nitam a Sylla deprecatus est. ¶ Viris ornatissimis: siquidem Cotta prætor: & consul fuerat: Mamercus & ipse bello marsico legatus: Liuius & Asconius sunt auctores. ¶ Contenderent: obni xe peterent.

expugnatum tandem proclamasse: siue diuinitus: siue aliqua coniectura uincerent: ac sibi haberent: dummodo scirent eũ quem incolumẽ tantopere cuperent: quandoque optimatium partibus: quas secum simul defendissent: exitio futurũ: Nam Cæsari multos Marios inesse.

De prima Cæsaris militia.

Stipẽdia pria in Asia fecit. M. Thermi p̃toris cõtubernio: a quo ad accersendã classẽ ĩ Bithyniam missus desedit apud Nicomedẽ nõ sine rumore prostratæ regi pudicitiæ: quẽ rumorẽ auxit itra paucos rursus dies repetita Bithynia p causam exigendæ pecuniæ: quæ deberet̃ cuidam

¶ PHI. ¶ Expugnatum: euictũ syllam precibus deprecatorum. ¶ Vincerent ac sibi haberent: uerba sunt syllæ ad eos qui pro Cæsare deprecabantur. ¶ Optimatũ partibus. optimates sunt qui in republica uersantes ita se gerunt ut sua cõsilia optimo cui q̃ probentur: de quibus ita scribit Cicero in oratione pro sextio. omnes optimates sunt: qui neq̃ nocentes sunt: nec natura improbi: nec furiosi: nec malis domesticis impediti. populares uero habebantur illi qui ea quæ faciebant. quæq̃ dicebant multitudini iucunda esse uolebãt. De his priscianus in. V. hæc. optimates sunt: qui defendunt senatores. populares qui defendunt populum: Dicebat igitur sylla Cæsarem ut pote popularem & marianum futurum exitio optimatibus: qui ferme syllani habebantur. ¶ Multos marios. scribit plutarchus syllam eos amentes esse dixisse qui Cæsarem seruandum asserebant: nisi in eo puero multos marios inesse conspicarentur. inimicitiarum autem Cæsaris & syllæ causa erat affinitas marii. qui iuliam Cæsaris amitam habuit uxorem. ¶ Stipendia prima fecit. primum militauit. est enim stipendium a stipe appellatum quod per stipes. i. modica æra colligatur: ut scribit iurisconsultus. ff. de uerborum significatione. De stipendio militari ita scribit Varro libro primo linguæ latinæ. milites ærarii dicuntur ab ære quod stipendia facerent. hoc ipsum stipendium a stipe dictum: quod æs quoque stipem dicebãt. stipẽ ipsam a stipando dicere cœperunt: propterea q̃d in cella stipabant idest componebãt. Inde stipendiarii nuncupati: qui stipendium hoc est tributum pendebant: qui alio nomine uectigales appellantur. in qua re uulgus semidoctum hallucinatur existimans stipendiarios dici milites qui stipendium accipiunt. cum tales proprio uocabulo mercennarii sint uocitãdi. ¶ Cõtubernio. castrensi uel hospitio usus est: Cõtubernium enim ut docet uegetius in secundo de re militari: uocabatur manipulus ab eo quod coniũctis manibus pariter dimicabant. & proprie decem milites sub uno papilione degentes nominabantur contubernium: quibus præerat decanus: qui caput erat contubernii. Vnde accipitur pro coniunctu & sodalitate. Inde contubernales uulgo sodales dicuntur. & contubernalitatem eleganter cyprianus appellat ipsam sodalitatem. ¶ M. thermi. nescio an hic sit. M. ille thermus: ad quem asiæ propretorem extant. M. tullii epistolæ commendaticiæ: quibus eum laudat ab integritate: grauitate atq; clementia: sed erat illi non marci prænomen sed quinti. Cæsar in primo commentario belli ciuilis meminit alterius thermi prætoris: qui cũ esset pompeianus ex oppido iguuio profugit cognito Curionis aduentu: quem cæsar miserat cum quinq; cohortibus. milites in itinere a thermo discesserunt. de quo lucanus in secundo. infq; fui pulso iam pdidit umbria thermo. ¶ Ad accersendam. hoc est euocandas naues accersere enim euocare est: accessere uero aliquẽ accusare significat: & ab arceo nascitur: namque aliquem accusare a maleficiis arcere est. unde a cicerone dictum est accessitur maiestatis: idest accusatur crimine lesæ maiestatis. existimat priscianus accesso idem significare quod accerso: dicique ab accio uerbo quod nunc accio dicimus. ¶ Apud nicomedem. qui erat bitiniæ rex amicus romanorum: qui olim raso capite sumpsit pileum & se romanorum libertum uocauit: sicuti meminit plutarchus in libro de fortũa alexãdri. ¶ Desedit. mansit commoratus est. ¶ Prostratæ. prostitutæ ad stuprum. ¶ Bithynia repetita. sunt auctores transisse ex europa populos noĩe thynos: a quibus appellantur Bithyni & Bithynia quæ regio est asiatica. claudianus. thynitraces arant quæ nunc bithynia fertur. ¶ Exigende: repetende. exigere enim est debitum repetere. alias excludere.

Optimates qui

Populares

Stipendiũ unde

milites ærarii

Stipendiũ unde

Contubernium qd

Decanus

Thermus.

Accersere

Arcessere

Bithynia unde

Exigere quid

¶ M. AN. ¶ Expugnatum: precibus uictum. ¶ Eum: Cæsarem. ¶ Optimatum partibus: nobilium studiis: potentiæ: factioni optimates qui primum in ciuitate locum optinent: uel q̃ opulentiores sint & ĩ maiore censu: uel q̃ in primis oppressis opitulari possint. ¶ Defendissent: aduersus Marianos tutati essent. ¶ Multos marios: multa consilia & studia optimatibus inimica: qualia a Mario fuere. Lucanus: Multisq; in pectore uano est Hannibal. ¶ Marci Thermi: nõ thermum quidam habent. Lucanus: Infq; fui pulso iã perdidit umbria thermo. Extãt & Cicerõis epistolæ plæræq; ad Thermum Asiæ propretorem ad eũ credo sub quo Cæsar prima fecit stipendia. Nec me fugit apud Tacitum thermum sæpius legi: sed aut mendose: aut certe alterius familiæ id nomen fuit. ¶ Contubernio: domestico uictu: communiq; habitatione: quasi contabernio: unde contubernales dicti. Modestus Centurias in contubernia diuidit: quorum singuli denos haberent milites. ¶ Bithyniam: ad Nicomedem. Bithyniæ Regem. Est Bithynia Asiæ regio thracio Bosphoro. & ponti ostio ad occasum obuersa. ¶ Prostratæ: ad stuprum subiectæ. ¶ Rumorem: phamam. ¶ Exigendæ pecuniæ: ab iis qui eam deberent repetendæ.

libertino clienti suo. Reliqua militia secundiore fama fuit: & a Thermo in expugnatione mitylenarum corona ciuica donatus est.

De secunda eius militia & reditu ipsius ad urbē.

MEruit & sub seruilio Isaurico in Cilicia: sed breui tēpore: Nā syllæ morte cōperta simul spe nouæ dissēsionis: quæ per Marcū Lepidum mouebat' Romam propere rediit: & Lepidi quidem societate: quanq̄ magnis conditionibus inuitaretur: abstinuit: cum ingenio eius diffisus: tū occasione: quam minorem opinione offenderat.

¶PHI. ¶Libertino clienti. nō est mirandum si Cæsar repetit bithyniam clientis libertini causa cum constet ex moribus populi romani secundū pupillos ꝓximum locū clientes habere: q se se ī fidē patrociniūq; nostrum dediderunt. Vñ M. Cato ita scripsit. aduersus cognatos ꝓ cliente testat: testimonium aduersus cliētē nemo dicit. & Cæsar dictator in oīone ꝓ bithynis adscripsit. hanc clausulā. clientes sine summa infamia deseri non possunt: qbus ēt a ꝓpinquis nostris auxiliū ferre cōstituimus. Romulus cōditor urbis instituit patronos oīa ꝓ clientibus facere debere: quæq; efficiūt ꝓ filiis patres: clientes aūt e cōuerso patronis suis ad filiaꝶ dotē pecuniā contribuere. Nihilq; differebant clientiū patronorūq; coniūctiones a ꝓpinquoꝶ necessitudinibus. magna laus erat nobiliū clientes hēre quāplurimos. Inde exiit illud plautinum in menechmis. clientes sibi nolunt esse multos: ab eodem clienta mulier eleganti uocabulo nuncupat'. ¶In expeditione mitylenarum scribit liuius libro. lxxxviii. mitylenas in asia expugnatas diruta[s]q; fuisse quæ sola urbs post deuictū mithridatē arma retinebat: est aūt in insula lesbo iuxta metymnam clara pittaco ex septē sapientibus uno: & alceo poeta: pluraliter mitylēas & singulariter mitylene ꝓnunciat'. scribit diodorus ī sexto mitylenē macarii filiā: urbi nomē dedisse. Nō omiserim hoc in loco qd' uitruuius ꝓdidit in primo oppidū mitylenen magnificēter qdē ædificatū fuisse & elegāter: sed positū nō prudēter. in q̄ ciuitate auster cū flat hoīes ægrotant cū corus tussiūt: cū septemtrio restituūt' in salubritatē. Cæsar in huius urbis expugnatione meruit ciuicam coronā: quam ciuis ciui a quo seruatus est in prælio testem uitæ salutisq; perceptæ dat: ea fit frōde quernā qm̄ uictus cibusq; antiquissimus ex quercu capi solitus sit: fit ēt ex ilice: quæ & ipsa arbor glandifera est: Vnde cecilius poeta comicus coronam ciuicā appellauit iligneam. hac corona lucius gellius censuit donādum esse Ciceronem: qd eius opera esset atrocissima catilinæ cōiuratio detecta uindicataq;. De hac ita scribit plinius in. xvi. ligna primo fuit: postea magis placuit ex esculo Ioui sacra: ubiq; custodito honore glandis. additæ sunt leges arctæ ut: Si ciuis qui seruatus esset fateatur: aliis testes nihil prosint: ut ciuis fuerit. auxiliaribus uero externis quis rege seruato decus id non dant. accepta corona ciuica licet uti perpetuo in ludis: induenti semper assurgi etiam ab senatu in more est. sedendi ius est in proximo senatui. Vacatio munerū omnium ipsi patriq; & auo paterno datur. plutarchus in problematis & in coriolano ideo existimat hāc coronam dono dari ei: qui romanum ciuem seruasset in prælio: qm̄ Ioui sacra quercus sit: in cuius tutela sunt ciuitates: & quia ex quercu antiquitus cibarii erant glandes: & facilem multi fructum quercus exhibebat. ¶Meruit. militauit merere enim dicimus stipendii gratia militare. lucanus ære merent paruo. M. Varro equo publico merent: merere etiam significat sordidissimum quæstum capere. Vnde meretrices & meritorii pueri dicti: interdum merere dicimus pro mereri. plautus in captiuis. uale atq; salue & si aliter ut dicam meres ꝓ mereris. ¶Sub seruilio Isaurico. Seruilium illum signat qui piratas deleuit. quo tempore cœpit isaura pamphiliæ ciuitatem: de hoc intellexit ouidius illo uersu: africa uictorem de se uocat: alter isaurum: aut cretum domitas testificatur opes. hic ut testis est Eusebius chronographus: publico funere romæ elatus fuit. ¶Quæ per marcum lepidum M. lepidus signatur: qui mortuo sylla suffragante pompeio consulatū adeptus est: qui cum acta syllæ iam defuncti rescindere tentaret bellū excitauit: & a quinto catulo collega ex italia pulsus est. De hoc lucanus. sternere profecto. ut catulo iacuit lepidus. periit autem in sardiniam quam fugerat non tam morbo q̄ merore: qd' in litteras quasdam inciderat. ex quibus ut inquit plutarchus uxorem cognouit adulteram. Mirum est pariterq; scitu dignum: quod tradit plinius in. xxxvi. q non fuit Romæ pulchrior domus q̄ ipsius lepidi: at eadem intra annos. xxxv. centesimum locum non obtinuit: adeo luxus cœpit inualescere. ¶Societate abstinuit. uoluit Cæsar lepido se coniungere offerenti maria & montes: & pollicitationibus amplissimis inuitanti: cum uideret eius ingenium socors & minime circunspectum: & quia occasionem: ex cuius momentis magnæ plerumq; res agitantur: inuenerat minorem q̄ foret opinatus. ¶Cum. i. partim.

De clientibus

Mity[lenæ]

ciuica corona

Mereo qd

Seruilius isauricus

M. lepidus

¶M. AN. ¶Libertino: ad ingenui differentiam dixit. ¶Secundiore: ꝓsperiore. ¶A Thermo: cuius ductu militabat. ¶Mytilenarum: urbs in lesbo libera Mitylene ut Plinius ait. ¶Ciuica corona: quernea: & quæ qui ciuem seruasset donari consueuit: sed alia de causa imperatoribus data: ut postea dicetur. ¶Meruit: stipendia fecit: militauit: unde emeriti: qui iam militia soluti sunt: quidam emereor & emeritum: a mereor libentius ducunt. ¶Seruilio Isaurico: is ab isauris in cilicia uictis Isaurici cognomen Romam reportauit. Ouidius: Alter isauras aut cretum domitas testificatur opes. ¶Marcum Lepidum: is consul post Syllæ mortem in eius acta & uniuersæ factionis opes temere inuectus armis a Luctatio collega uictus in Sardiniā aufugit: ubi distillatiōis morbo ñ multo post periisse q dolore nimio affectū: quū de adulterio coniugis resciuisset cōsumptū dicit. ¶Magnis cōditiōibus: magnis uictoriæ ꝓmiis. ¶Ingēio eius: uano & incōstāti. ¶Minorē opinione: oīa min' q̄ opinatus ēēt ad discordiā & seditionē paratā. ¶Offenderat: inuenerat.

De accusatione Dolobellæ.

Caeterum composita seditione ciuili Cornelium Dolobellam consularem & triumphalem uirũ repetũdarum postulauit; absolutoq; Rhodum secedere statuit: & ad declinandam inuidiam; & ut per ocium ac requiẽ Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro operam daret. Huc dum hybernis iam mensibus traiicit circa pharmacusam insulam a prædonibus captus est; mansitq; apud eos non sine summa indignatione prope quadraginta dies cum uno medico: & cubiculariis duobus. Nam comites seruosq; cæteros in initio statim ad expediendas pecunias quibus redimeretur dimisit. Numeratis deinde quinquaginta talentis expositis in litore non distulit; quin e uestigio classe deducta persequeretur abeuntes; ac redactos in potestatem

De duobus dolobellis

PHI. Composita seditione ciuili. seditionem significat: quã rome excitauerat lepidus aduersus collegam catulũ. Cor. dolobellã postulauit. Duos eodem tempore fuisse & prænomine & noie & cognomine dolobellas tradit asconius pedianus quorũ alterũ marcus scaurus & accusauit & damnauit. alterũ Cæsar accusauit nec damnauit: De quo nunc loquitur tranquillus hoc scitu dignũ est. quod uno & .xx. ætatis anno Cæsar dolobellam hunc accusauit oratione luculenta: quam cũ admiratiõe posteri legebant. auctor tacitus in dialogo de oratoribus. postulare uero significat accusare: in quo significatu crebriter accipit

Postulare

apud oratores. & ut scribit Vulpianus iurisconsultus postulare est desyderiũ suum uel amici sui in iure apud eum: qui iurisdictioni preest exponere: uel alterius desyderio contradicere: qui autem postulare prohibeãtur libro tertio digestorũ copiose traditum est.

Accusatio repetũdarum

Repetundarum. præsides prouinciarum accusari solẽt repetundarum a prouincialibus: quibus eripuerunt pecunias: aut uasa aut uestem aut frumentum aut id genus aliud. de qua re ita scribit iurisconsultus libro .xlviii. digestorũ. lex iulia repetundarũ pertinet ad eas pecunias: quas quis in magistratu legatione uel alio officio ministerio ue accepit. & paulo infra apertius ita scriptũ est. lege iulia repetũdarũ tenentur q cum aliquã potestatẽ haberent pecuniã ob iudicandũ uel nõ iudicandũ decernendũ ue acceperit. dicimus aũt repetundarũ & de repetũdis p duos tantũmõ casus: Acilius glabrio legem primus tulit de pecuniis repetũdis: quæ acilia dicta ẽ. quæ ut inquit Cicero lex socialis ẽ & tota sociorũ cõstituta. Absoluto. S. dolobella. fuit eum absolutus: quia ad dãnationem peragendã cõplures græciæ ciuitates testimonium Cæsari dederunt.

locus de molone.

Apollonio moloni. scribit plutarchus Cæsarẽ condiscipulũ fuisse Ciceronis sub apollonio molone: q ut auctor est strabo alabandensis quidẽ fuit sed rhodi uixit: & ideo rhodius nũcupatus. Cicero in bruto testat̃ apollonio moloni utpote optimo dicendi magistro recoquẽdum se dedisse sub quo cũ rhoniis parum profecisset facetosa quadã annominatione dixit idẽ Cicero eum rhodi molis potius q moloni opam dedisse.

Pharmacusæ insulæ

Circa pharmacusam insulam. iuxta atthicã regionem in salaminiaco mari duæ sunt exiles insulæ noie pharmacusæ in quarũ altera sepulchrum circes uisitur. auctor strabo in nono. pharmacuse insulæ meminit nudo tãtum noie plinius in quarto natu. historiæ.

Rhodos

Rhodum secedere. rhodos insula est in mari carpathio ut indicat lucilianus uersus. Rhodos carpathiũ in pelagus se inclinat apertũ. soli sacra est: q puellæ noie rhodiæ amore captus rhodum ab ea noiauit: ut refert diodorus in sexto. Auru rhodi pluisse ob felicitatẽ insulæ cecinit pindarus: ubi studia liberalium artiũ & in primis oratoriæ facultatis efflorverunt: Vñ Cicero & quintilianus tria oratorũ genera fuisse prodiderũt atticum asianũ & rhodiũ quod uelut medium erat & ex attico asianoq; cõmixtum: merito itaq; Cæsar secessum elegit rhodiensem utpote locũ disciplinis ingenuis faciendoq; oratori accõmodatum: illinc. n. multi memoria digni extiterunt circa philosophiã & oratoriam: panetius & stratocles. & andronicus. Rhodi quidem uixit posidonius & sophisticã rhodi exercuerunt tñ Apamiẽsis ex syria: quẽadmodũ apollonius molacus & molõ nã hi alabãdenses fuere. pterea simias grãmaticus & apollonius q argonautica cõposuit alexãdrinus quidẽ fuere. Rhodii tñ uocati sunt. A pdonibus captus. scribit plutarchus Cæsarẽ captũ fuisse a cilicibus piratis cũ discederet a nicomede bithyniæ rege. Cato pdonulos dixit ὑποκορισ ικῶσ. i. diminutiue q̃si pusillo pdões.

Comes q

Comites. appellatiõe cõmitis eũ accipe debẽus q sequat̃: siue liber siue seruus siue masculus siue fœmina sit: & ita comitẽ labeo iurisconsultus definiit: q frequentãdi cuiusq; cã ut sequeret̃ destinatus fuerit. Inter comites ut q; & pedagogi erunt: hoc tpe comes nomẽ est dignitatis: quod & usurpat amiãus marcellinus: a quo largitionum comes dictus: q preerat largitõibus Imperatoris. Ad expediendas pecunias. quas. S. milesi ei suppeditauerunt ut redimeretur.

De talẽto

Talentis. talentum multiplex est nanq; talentum atticum magnũ octoginta tres habet libras: paruũ uero sexaginta: auctor priscianus. scribit seruius talentũ apud romanos esse septuaginta librarũ. Varro aũt talentũ atticũ ait taxari sexdecim sextercis. plinius in. xxxiii. Ex auctoritate Varronis tradit talentũ egyptiũ pondo octogincta patere. De talento attico iuuius describẽs fœdus qd cũ antiocho & romanis ictũ est ita prodidit. talentũ ne minus põdo octoginta romanis ponderibus pẽdat: erat aũt talentũ euboicũ: q d quattuor milia ualebat denariorũ romanorũ. erat pterea talentũ rhodiũ quingentorũ denariũ. Neapolitanum sex denariũ. syracusanũ triũ denarium. rheginũ uictoriati. est autem uictoria-

Victoriatus nũmus qui

tus nũmus argẽteus uictoriæ nota signatus: & inde nomẽ. hic intelligimus attica talẽta numero quinquaginta fuisse numerata: q singula romanis põderibus pẽdant octoginta põdo hoc ẽ libras. E uestigio. statim.

M. AN. Cornelium Dolobellam: duo eodem tempore: ut Pedianus ait fuerũt Dolobellæ: atq; ambo

postulatis sed hunc Cæsar accusauit quem damnare non potuit: quanq̃ multi græciæ populi & testimonia: ut Plutarchus scribit: ei detulissent: alter M. Scaurus: qui ut damnaretur effecit. ¶ Consularem & triũphalem qui non modo consul fuerat: sed triumphum etiam egerat. ¶ Repetundarum pecuniarum intelligo nomine pecuniæ: & alia quibus diuitiæ constant continentur: sed siue nomẽ sit: siue aliud duobus casibus repetundarum & repetundis ueteres plurimum usi sunt. ¶ Apollonio Moloni: cui Cicero quoq; ut Plutarchus ait: operam dedit. ¶ Pharmacusam insulam: circa carpathum est ea insula: unde & carpathiũ mare ¶ Classe deducta: ex milesio: ut Plutarchus ait: portu in altum ducta.

supplicio: quod illis sæpe minatus inter iocum fuerat afficeret. Vastante regiones proximas Mithridate: ne desidere in discrimine uideretur sociorũ ab Rhodo: quo pertẽderat trãsit in Asiam: auxiliisq; contractis: & præfecto regis prouincia expulso: nutantes ac dubias ciuitates retinuit in fide.

De tribunatu militũ eius: & aliis gestis ipsius.

Tribunatũ militũ: q prius Romã reuerso p suffragia populi honor optigit auctores restituẽdæ tribũitiæ potestatis: cuius ui Sylla diminuerat enixissime iuuit. Lucio Cinnæ uxoris fratri: & q cũ eo ciuili discordia Lepidũ secuti

¶ PHI. ¶ Supplicio afficeret. Cæsar piratas a qbus captus fuerat cũ in potestatẽ suam redegisset qm suffixurum se cruci ante minatus erat iugulari prius iussit deinde suffigi: fenestella tñ in secundo epitomatũ prodidit piratas a Cæsare decollatos fuisse hoc est securi cesos nõ suffixos patibulo. apud alliũ. ii. ut ait diomedes inuenit quẽadmodum Cæsar a piratis captus sit: atque eos postea ceperit & decollauerit. ¶ Ne desidere. cessare & per ignauiam deses & cessator esse.

¶ Auxiliisq; contractis. Auxilia proprie dicunt̃ sociorũ: cũ legiones ex romanis cõstent. unde scribit uegecius libro. ii. de re militari: auxiliares ex diuersis locis ueniũt: & legionibus semp auxilia tanq̃ leuis armaturæ in legione iungebant̃ ut in his præliandi magis adminiculũ esset q principale. inde apud historicos legionariæ & auxiliaru discretim produnt̃. ¶ Prouincia expulso. prouinciam intelligit asiã non eã: quæ tertia orbis pars significat̃: sed alterã quã agrippa determinauit ab oriente armenia minore: ab occidẽte phrygia lycaonia pãphilia: a septẽtrione, puincia põtica: a meridie mari pãphilio. Regiones aũt longe Ab italia acqsitæ bello: puinciæ dictæ sunt a porro uel procul uincendo: ad quas pretores q cũ officio mittebant̃ officia quoq; prouinciæ noiantur. auctor donatus in cõmentario phormiõis. ait egesippus romanos cũ ius suum uincẽdo porrigerent pcul positas regiones: appellauisse puincias: a puincia prouinciales deriuant̃: quo antiqtus nomine oẽs pter italicos appellabant̃. qd significare uidet̃ plinius libro epistolaꝝ. vii. sic scribẽs. italicus es an prouincialis. & columela caput facit libro. vi. Agricolatõis de cultura puincialiũ uinearꝝ cũ alibi de cultura italicaꝝ scribat. ¶ Regis. mithridatis. ¶ Tribũatu militũ: tribunoꝝ militatiũ duo fũt gña: alii ruffuli dicũt̃: q in exercitu creari solẽt: Alii sũt cõciatiq romæ comiciis designãt̃ auctor ascõnius. Tribuni militatis officiũ ẽ ut miles ueste nitidus armis bñ munitus: exercitatiõis usu & disciplina eruditus incedat: sicuti docet uegecius in. ii. de re militari. Vegecio subscribit iurisconsultus sic scribens titulo de re militari. officiũ tribunoꝝ est milites i castris cõtinere. & ad exercitatiõem perducere querelas cõmilitonum audire: ualitudinarios inspicere. olim romæ tribuni militũ consulari ptãte promiscue ex patribus ac plebe creati sunt: de quoꝝ numero Vario & potestate nõ pauca scribit liuius libro quarto & qnto ab urbe condita. alii fuerũt tribuni plebis tri: ærarii dicti ab eo: qd his attributa erat pecunia quã militi redderẽt. Igit̃ Cæsar creatus tri. militũ q auctoratus dicit̃ fauore populari iuuit autores restituẽdæ tribũitiæ ptãtis. Qui aũt fuerit isti autores ambigit̃. Ego existimo intelligẽdũ eẽ peculiariter põpeiũ q ut scribit plutarchus apud plebẽ erat fauorabilis. ppterea q tribunatũ restituerat. Appianus in secũdo belloꝝ ciuiliũ auctor est põpeiũ cũ a curione tribuno senatus fuisset dissolutus uehemẽter penituisse. q tribuniciã potestatẽ a sylla iminutã atq; disiectã: denuo ipse in pristinũ statũ redigisset. asconius pedianus. infractã tribuniciã potestatẽ a sylla restitutã a Cneo põpeio apparet. longe tñ differt tribunus plebis a tribũo militari. ¶ Qui honos. mgiatus. ¶ Reuerso. Cæsari. ¶ Cuius uim sylla diminuerat. scribit Cæsar in cõmentariis syllã oibus rebus nudasse tribunitiã ptãtem: cui tñ intercessionẽ liberã reliqrit. Quintus Cicero sicut apud. M. Tulliũ fratrẽ libro tertio de legibus: quãobrẽ in ista qdem re uehemẽter syllã proboꝝ q tribunis plebis sua lege iniuriæ faciẽdæ ptãtem ademerit auxilii ferẽdi reliqrit. Pompeiũq nrm ceteris rebus oibus semp amplissimis summisq; effero laudibus: de tribunitia ptãte taceo nec reprehendere libet nec laudare possum uitia tribũatus. De hac eadẽ re ita refert liuius uolumine. lxxxviii. sylla tribunoꝝ plebis ptãtem minuit & oẽ ius legũ ferendarum ademit. ¶ Enixissime. maxime ualidissime. ¶ Rogatõe plotia confecit. lex plebiscitũ priuilegium rogationis noĩe continent̃. est. n. rogatio q̃si caput & fons totius iuris popularis. Nã rogare populũ est agere cũ populo: q̃ quare hæc erãt uerba solemnia. Velitis ne iubeatis ne qrites ut hoc uel illud fiat. Vnde rogatio quasi quedam interrogatio est. tranqllus rogationẽ plotiã appellat legem latam a plotio tribuno plebis: per quẽ Cæsar effecit ut hi q cum lepido fuerant ĩ patriam redire impune possent. Gellius i. xiii. noctium atticarum. meminit orationis: qua Cæsar plotiã negationẽ suasit: quis codices gelliani ferme oẽs nõ plotiã rogationẽ habeant sed plautiam: uerũ cũ plocius dicat̃ & plaucius. plauciã rogationẽ legemus apud gelliũ: & ita conueniet cum tranqllo. ¶ M. A N. ¶ Supplicio quod fuerat interminatus Cæsar eos in potestate redactos prius iugulari iussit ex pergami: quod se facturũ promiserat: cruci iugulatos affixit. ¶ Nutantes: instabiles: nec in fide manentes

Auxilia

Prouinciæ quæ

Prouinciales

Tribuni q

Rogatio qd.

furas. ¶ Tribunatum militum: Pedianus duo ait tribunorum militum fuisse generarumum quorũ refusti dicetentque qui in exercitu creari soliti essent: al terum comitiatorũ qui consulis designarentur: de quo nunc. Sed hi consulari potestate creati sunt: circa V eientani Senonicique belli tempora: interdum & proconsularis: aut non multum diuersa potestas data: quo fit ut tribunos fasces etiam procul italia habuisse tradiderint: quidam ut Tyberium Neronem: qui postea princeps fuit Rhodi: & M. Antonium: qui ab Antonio pio est adoptatus tota italia proconsulari imperio tribunum fuisse Capitolinus tradidit. ¶ Cuius uim potestatem. ¶ Sylla diminuerat: tulerat Sylla dictator legem ut Appianus scribit: qua cautũ est: ne is q tribunus plebis fuisset: magistratum ullũ amplius haberet. Liuius: omnẽ ferendarũ legũ uim tribunis scripsit ademptam. Pedianus autem iudicandi. ¶ Auctorẽs restituendæ tribu. po. Pompeius secũdo suo cõsulatu: quem cum Crasso gessit tribunitiam potestatem populo restituit: cuius postea rei constat eũ sub initium ciuilis belli pœnituisse

post necem consulis ad Sertorium confugerant reditum in ciuitatem rogatione Plocia confecit; habuitque & ipse super ipsa re concionem.

De quæstura eius & aliis gestis per eum.

QVestor Iuliam amitam uxoremque Corneliam defunctas laudauit e more pro rostris: sed in amitæ quidem laudatione de eius ac patris sui utraque origine sic refert. Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum paternum cum diis immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Martio sunt Martii reges quo nomine fuit mater

¶ PHI. ¶ Post necẽ consulis. S. lepidi de quo supra dictum est. ¶ Vxoris fratri: erat hic frater Corneliæ uxoris Cæsaris: Vnde merito Cæsar elaborauit ut in urbẽ redire posset. ¶ Ciuili discordia. quæ inter lepidũ & catulũ exorta est. ¶ Ad sertoriũ confugerant. Sertorius id tẽporis erat in hispania marianæ factionis propugnator: aduersus quẽ sylla multos misit imperatores cũ exercitibus. historia sertorii notior ẽ q ut pluribus sit explicanda. ¶ Habuit cõtionem.

Contio qd: Contio significat locũ suggestumque in quo uerba fiunt: itẽ cetũ populi assistentis: item orationem ipsã quæ ad populũ dicitur. auctor uerrius flaccus: contio græce [illegible] nuncupat. hic contionem intelligit orationem cæsaris habitã ad populũ. ¶ Quæstor. quæstura primus erat honoris gradus apud romanos: & prætorem quæstori suo parentis loco esse oportebat: sicuti cicero in oratione pro plancio & in uerrinis scripsit. quæstores aũt dicti sunt a querendo: q conquirerẽt publicas pecunias & maleficia. Dubiũ est romulusne an tullus hostilius questores primos romæ creauerit. Ex questoribus quidam prouincias sortiebant & tã

Questores

Patricii: patricii q plebeii indifferẽter creabant: de quibus multa iurisconsulti prodiderũt. auctor ẽ tacitus. xx. questores olim fuisse creatos cũ stipẽdiaria iã esset italia. patricii questores antiquitus appellabãtque solebãt creari cã rerum capitaliũ quærendarum: tales hac tẽpestate sũt iudices maleficiorum: quos uocit. ¶ Amitã. patris sororẽ: mariii uxorẽ: unde amitini consobrini dicti q ex sorore & fratre propagantur. ¶ Laudauit e more pro rostris. cũ ex uoto camilli cratera aurea ad apollinẽ delphicum mittẽda eẽt cumque parua auri copia foret in urbe: tũc matrõæ romanæ inter se cõsultantes oĩa corporis ornamenta aurea cõtulerunt: quod aurũ fuit pondo octo talentorũ. Igitur senatus referre uolens his mulieribus honorẽ decreuit: ut post mortẽ ita pro fœminis in funere celebrando oratio funebris haberetur: sicuti pro uiris habebatur. auctor plutarchus in camillo: a plutarcho dissentit liuiusque scribit. V. ab urbe cõdita: qđ cũ i publico deesset aurum: ex quo sũma pactæ mercedis gallis arcẽ romanam oppugnantibus cõficeret: id a matronis fuisse collatũ: preterea que institutum ut earum sicut uirorum post mortem solẽnis laudatio esset.

Rostra qd: ¶ Pro rostris. romæ ante curiã hostiliã i foro romani extructũ suggestũ adornauere ex rostris nauiũ antiatiũ: rostra quod templũ appellauerũt: ex quo loco concionari solebãt. auctores liuius & M. Varro pro rostris dicit sicuti dixerunt ueteres pro censu pro tribunali pro testimonio. Vbi hæc particula ponitur pro in alias significat ante ut pro curia pro menibus: ante curiã: ante menia: auctores festus diomedes & priscianus. utraque origine: materna & paterna. ¶ Amitæ meæ iuliæ. uerba sunt cæsaris quibus iuliam amitã mariii uxorẽ laudauit oratione funebri. ¶ Ab regibus. propter ancũ martiũ. ¶ Cũ diis. propter uenerem. ¶ Ab anco martio sunt martii reges. romæ familia fuit martiorum: qui cognominati sunt reges: propterea qđ ab anco martio quarto romanorum rege erant oriundi. unde aqua martia a noie quinti martii regis dicta est: qui fuit unus ex hac familia: cuius meminit. Pli. in. xxxvi. In hac gẽte fuit Marcius uates illustris cuius carmia citant liuius & macrobius. ¶ Fuit mater. marcia significatur: quæ fuit mater iuliæ cæsaris amitæ.

¶ M. AN. Post necem consulis: Lepidi scilicet: quem in Sardinia defunctum diximus. ¶ Rogatione: lege plebiscito. ¶ Plocia: Clodium & Claudium ueteres dixere: sic Plocium & Plancium. duorũ Pedianus Planciorum meminit. M. Plancii Syllani trib. ple. & P. plauci ipsiusque qui in consulatu fuit Milonis cõpetitor: utrius horum an alterius Plauci rogatione Cæsar Corneliæ uxoris fratri: & aliis exulibus reditum in urbẽ fecerit parum compertũ habeo. ¶ Concionem: orationẽ ad populũ: orationis ipsius Gellius meminit: in oratione inquit. C. Cæsaris: qua planciã rogationẽ suasit: Iuliam amitam patris sui sororẽ: quæ. C. Mario nupsit. ¶ E more: ueteri instituto: miror Plutarchum existimare nouo exemplo Corneliam a Cæsare laudatam: quasi is honor grandibus natu matronis tantum redderetur: quum ipse in Camillo auctor sit: ob aurum a mulieribus in publicũ collatũ: patrũ decreto oibus datũ: ut fato defunctæ publice laudarent. Alicarnassẽus Dionysius: antiquissimã orationẽ funebrẽ apud Romanos eã existimat: quã Publicola consul in Bruti collegæ funere habuisset. ¶ Quo noie Martia: quia in martia gente orta.

a Venere Iulii cuius gentis familia ē nostra. Est ergo in genere & sanctitas regum qui plurimum inter homines pollent: & cerimonia deorum: quorum ipsi in potestate sunt reges. In Corneliæ autem locum Pompeiam duxit Quinti Pompeii filiam Syllæ neptem: cū qua deinde diuortiū fecit adulteratam opinatus a Publio Clodio: quem inter publicas cerimonias penetrasse ad eā muliebri ueste tā constans fama erat: ut senatus quæstionē de pollutis sacris decreuerit

De gemitu eius apud statuam magni Alexandri: & de sommio ipsius de matris concubitu.

q Væstori ulterior Hispania obuenit: ubi cum mandato reipublicæ iure dicendo

PHI. A uenere iulii. Venus ex anchisa genuit Eneam patrem Iulii ascanii: a quo gens iulia deducit. In genere: amitæ iuliæ materno & paterno. Sanctitas regū. hoc refertur ad ancum marciū regem romanorum. Et cerimōia deorum. hoc ad uenerem referendum est. Pollent. possunt: uñ pollētia dea potentiæ colebatur a romanis: cuius signū olim procidisse refert is est liuius libro undequadragesimo. In hanc sentētiam ait papinius. Sub regibus ōis terra. Quorum ipse in potestate. huic sententiæ quadrat illud oratianū. Regum timendorū in proprios greges. reges in ipsos imperium est Iouis. Quinti pōpeii filiam. meminit asconius quinti pompeii: qui uidetur fuisse frater pompeiæ uxoris cæsaris. eum. n. nepotem syllæ ex filia fuisse refert: cuius neptis erat & ipsa pompeia. Inter publicas cerimonias. notissimum est quemadmodum. p. clodius ciceronis inimicus muliebri psaltriæ ueste occultatus prophanauit sacra bonæ deæ: a quorum conspectu sic oēs uiri ex ritu summouebantur: ut picturæ quoque masculorum aialium contegerentur. Deprehensus itaque clodius in cubiculo puellæ: quæ ancilla erat pompeiæ uxoris cæsaris: quam efflicti deperibat: accusatus fuit pollutarum cerimoniarum: quem tamen reatū euasit empto constuprato q iudicio. auctores cicero & seneca. publicas cerimonias intelligit sacra bonæ deæ: quoniam id sacrificium pro populo fieri dicebatur de quo ita scribit cicero in oratione de aruspicum rñsis: sacrificium bonæ deæ fit per uirgines uestales: fit pro populo: fit in ea domo quæ est in imperio: fit incredibili cerimonia. idem in epistolis ad atticum de hoc toto negotio sic refert. publium clodium appii filium te credo audisse cum ueste mulieris deprehēsum domi Caii cæsaris cum sacrificium pro populo fieret eum q per manus seruulæ seruatum & eductum: rem esse isigni infamia. Idem mox in alia epistola: credo inquit te audisse cum apud cæsarem pro populo fieret sacrificium uenisse eo muliebri indutum uestitu uerum id q sacrificium cum uirgines instaurassent mentionem a quinto cornificio in senatu factam. hoc idem tradit seneca libro. xvi. epistolarum ad lucilium. præterea popularia sacra sunt ut ait labeo: quæ omnes ciues faciunt: nec certis familiis attributa sunt: ut fornacalia: palilia: laralia. Cerimōiæ autem a carendo dictæ: sicut religio a relinquendo. Nam ut inquit massurius sabinus religiosum est quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est: uerbum a relinquendo dictum tanq cerimoniæ a carendo. Valerius autumat sacra cerimonias uocari a ceritibus ethruscis: quia sacra romanorum infracto reipublicæ statu perinde ac florente coluerunt. Quoniam incidit. p. clodii mentio: enarrandus est obiter locus ille ex epistola ciceronis ad lentulum. Qui non pluris fecerat bonam deam q tris sorores. Quæri enim & quidem anxie solet ab eruditis historia trium sororum: quas ita clodius polluit: sicut cerimonias bonæ deæ polluerat. ego ut pro mea parte foueam studia studiosorum: cum diligenter id inquirerem: reperi clodium habuisse tris sorores easq omnes constuprasse: quarum iunior nomine clodia nupsit lucullo. altera terrentia nominata uxor fuit marcii regis. tertia nupsit metello celeri: quadrans cognominata ex eo q quidam adolescens qui eam amabat pro argenteis nummis quadrantes æreos immisit in loculum puellæ quæ cum quadrantibus pro pretio concubitus illusa fuisset: quadrantis meruit cognomen. Auctor huius historiæ est plutarchus i uita ciceronis. sed non ea quæ uulgo ipressa legitur. illam enim scripsit Leonardus aretinus ut conditor non ut iterpres. Quæstionē: modo inquisitionem: alias tormēta. apud rhetores dialecticosq alia res ē quæstio. Pollutis: contaminatis uiolatis. Quæstori ulterior hispania obuenit: ex quæstoribus ut scribit Vulpianus qdā solebāt prouīcias sortiri. nō. n. oēs quæstores puīcias sortiebātur. Cæsar ex his quæstoribus unus fuit q puinciis sortitus: cui hispāia ulterior obuēit hoc est sortito obtigit: quæ teste plinio bethica est. omnis. n. hispania in ulteriorem citerioremq diuiditur. Citerior eadē taraconensis ad pyrenea usq iuga protenditur. ulterior in duas per longitudinem puīcias diuidit: hoc est bethicam & lusitaniam.

M. AN. A uenere iulii: ab iulo Veneris nepote: Aeneæ filio: Vergilius: Iulius a magno demissū nomē Iulo. in genere: patris. s. & amitæ meæ. Regum sanctitas: inuiolabilis maiestas. Et cerimonia: ad historiam allusit: nisi ad Venerem potius id referas: Dionysius auctor est: orta inter Iulum Ascanii filium: & Siluium Aenea & Lauinia genitum de regno altercatione ita iter eos comparatum ut Siluius regnaret: Iulo & posteris quædam sacrorum potestas cederet: quæ in ea gente usq ad sua tempora mansisset. Quinti Pompeii filiā: Pedianus. Quintus inquit Pompeius syllæ dictatoris ex filia nepos: quare Pompeia pronepotis potius: nisi hunc fratrem accipias cuius pater eodem prænomine fuerit quod raro apud maiores uideo seruatum. Inter publicas cerimonias: publica sacrorum solemnia quæ in pōtificis maximi domo celebrari solita scribit plutarchus quare Cæsarem tum potificem fuisse ac

Popularia sacra

Cerimōiæ unde

Enodat9 locus Ciceronis

Quæstio quid

Diuisio hispaniæ

cipias oportet: quum Clodius ad eius coniugem muliebri habitu penetrauit: miror Appianum Calaphurniam pro pompeia scripsisse Sed adhuc magis mirum Liuium: Metelli pontificis coniugem in sacris bonæ deæ a Clodio adulteratam scripsisse: quum & uxorem Cæsaris fuisse constet: ad quam ille in opertũ uenisset: nec Calphurniã: quæ quoad uixit Cæsar in eius connubio pmansit. ¶ Obuenit: sorte obtigit. ¶ Vlterior hispania: Bethyca: que ulterior: auctore plinio dictã ẽ.

Conuent⁹ quid

conuentus circumiret: gadesq; uenisset animaduersa apud Herculis tẽplum magni Alexandri imagine ingemuit: & q̃si pertesus ignauiam suam: quod nihil tum a se memorabile actum esset in ætate; quam iam Alexander orbem terrarũ subegisset: missionem continuo efflagitauit ad captandas q̃primum maiorum rerum occasiones. In urbe etiam confusum eum somnio proximæ noctis: nam uisus erat per quietem matri stuprum intulisse: coniectores ad amplissimam spem incitauerunt. Arbitriũ orbis terrarũ portendi interpretãtes: quando mater; quã subiectã sibi uidisset: nõ alia esset q̃

¶ PHI. ¶ Conuentus: circumiret. In hoc loco cõuentus loca significãtur in qb⁹ populi iuris dicendi cã a magistratibus iuridicis cõgregantur: de qbus crebra est mẽtio apud historicos: & ita illud intelligendũ est i. v. commentarioꝝ apud cæsarem his confectis rebus cõuentibus q; peractis in citeriorẽ galliã reuertitur. In hoc eodẽ significatu accipit̃ illud poetæ satyrici. nec p conuentus nec cuncta p oppida curuis unguibus ire parata nũmos raptura celeno. scribit plinius in. iii. in bethica fuisse iuridicos conuentus quattuor uidelicet gaditanũ. cordubensẽ. astygitanum. hispalensem.

Templum herculis gadibus

¶ Apud herculis templũ. gadibus templũ fuit herculis honoratũ. in quo quidã colũnas illas esse existimant: quæ herculis colũnæ nuncupant̃. fuũt aũt ex ære cubitoꝝ octo lõgitudine: & gades herculi dicatæ. testatur ẽr poeta in priapeis illo uersiculo. gades herculis humidũq; tibur: hoc herculis tẽplũ de quo nunc loqtur tranqllus luculentis uersibus describit sillius italicus libro tertio punicoꝝ. de eodem sentit liuius sic scribens libro. xxi. hãnibal gadis pfectus herculi uota exoluit nouisq; se obligat uotis: philostratus libro sexto de apollonii uita pdidit multa de tẽplo herculis gaditani. Gades aũt insula est extra

Gades ubi

colũnas herculeas: olim uno sensu qngenti gaditani censiti sunt in ordine equestri. cor. balbus oppidũ gadibus cõdidit noie neapolim. gaditani oriundi sunt a tyriis: hic lucanus. tyrius q gadibus hospes. ¶ Ingemuit paulũ dissentit plutarchus q sic ait. cæsar in hispania cũ ocio uacans res quasdã alexandri pictas plegeret secum diu cogitabundus dehic illacrymasse tradit̃: cuius rei cãm admirantibus sociis nõ ne iure dolẽdum arbitramini: qđ huius etatis alexander tot gentes subdidisset ipso: qua nullũ adhuc præclaꝝ facinus ipse

Pertesus

gesserim. ¶ Pertesus ignauiã. ptesus participiũ est sine uerbi origine ut autumat Seruius: & regit genitiuũ sicut ex illo Virgiliano manifestum est: si nõ ptesum thalami tedæq; fuisset. ¶ Regit ẽt accusatiuum ut ex hoc loco apte dignoscitur. cuius testimonium citat Seruius: atq Aulus Gellius libro. prio noctium atticaꝝ: usus est hoc uerbo ptedere tanq̃ psonali sic scribens uerbi eius designati ptæduissent. Scipio africanus ptisum p adsam dicit̃ enũciasse: cuius meminit lucili⁹ cũ ait. Quo facetior uidet̃ & scire plusq cæteri ptisũ hoiem

De alexandro

nõ ptesũ dicere ferunt te. Qua alex. decessit alexander annos tris & triginta natus: cũ prius subegisset oẽs ferme orientales natiões: & istar fulminis cũcta pstrauisset oceanũ quoq; eremigasset. Seneca i primo suasoriarum nõ inelegater inqt. Alex. orbi magnus est: alexãdro orbis angustus est. etenĩ sicut historiaꝝ conditores prodiderũt cũ anaxarchũ philosophũ audisset referentẽ innumerabiles esse mũdos: heu me inqt miseꝝ q ne uno qdẽ adhuc sũ potitus. hic nimiꝝ illud exiit: unus pelleo iuueni nõ sufficit orbis. ¶ Missionẽ

De missionibus

continuo efflagitauit. i re militari multa sunt genera missionũ. est. n. honesta quæ emeritis stipẽdiis ab imperatore idulget̃: est causaria: quæ pp ualitudines a laboribus militiæ soluit: unde causarii milites a liuio dicti: est & ignominiosa: cum qs propter delictum sacramento soluit̃. auctores iurisconsulti. ff de re milit. & i titulo de his q not. in fa. i hoc loco cæsarẽ intelligim⁹ missionẽ honestã flagitasse. ¶ Cõtinuo. stati. ¶ Cõfusũ

De sõnio cæsaris se matri pmiscuisse

sõnio. plutarchus a trãqllo dissentiẽs tradit cæsarẽ ea nocte quã isequutus est rubicõis trãsitus: hoc uidisse somniũ: ut. S. p qetẽ matri uideret̃ se pmiscuisse ifãdo cõcubitu: cũ mr̃ aũt cõis oĩum terra significet̃: sicuti huius plinius & naso notificãt: merito iterpretes somnioꝝ dixerũt eo sõnio portẽdi q cæsar terrã matrem sua uirtute subigeret: & orbi terraꝝ domiaret̃. ¶ Cõiectores iterptes sõnioꝝ atq; oĩum cõiectores uocãt a

Coniectores

cõiectura hoc est directõe quadã rõnis aduertẽtẽ. uñ & status cõiecturalis dĩ apud oratores. ut autor ẽ quintilianus i. in. alio noie tales sõniatores nuncupant̃. De qbus ita i deuteronomio scriptũ est. nõ adies uerba sõniatoris. De cõiectore sic igt cicero. defert ad cõiectorẽ qdã sõniasse se ouũ pẽdere ex fascia lecti cubicularis. ueteres auctore apuleio cõiecturã diuinatõis gẽus eẽ tradiderũt. homerus i pria iliados rapsodia [illegible] uocat cõiectorem.

¶ M. AN. ¶ Cõuẽtus: loca qbus i eiusdẽ plinii utar uerbis: plures populi disceptabãt: quattuor i ea conuentus Gaditanus: Astigitan⁹: Cordubensis: & Hispalẽsis. ¶ Gades: insula est extra terrã: Plinius: gadibus extra orbem conditis. ¶ Pertesus ignauiam suam: suæ ignauiæ tedio affectus. ¶ Aetate: altero: scilicet ac tricesimo ætatis anno. ¶ Orbem terraꝝ subegisset: at Macedões non solum nõ orbẽ subegere: sed de aphrica ne contendere quidẽ: ut Polybius ait: cœperunt: in Europa uero ab Adria ad Istrum: quota eius regionis parte dominati: magnam Asiæ partem intactam reliquisse eiusdẽ testimonio traduit̃. ¶ Missionem decedendi facultatẽ. ¶ Coniectores: græci [illegible] uocant.

D terra: quæ omnium parens haberetur.

De gestis per eum in urbe.

DEcedēs ergo ante tempus colonias latinas de petē da ciuitate agitantes adiit: & ad addendum aliquid concitas set: nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones paulisper ob id ipsum retinuissent: nec eo secius maiora mox in urbe molitus est.

De suspitione coniurationis eius cum Crasso & Sylla.

SIqdē ante paucos dies q̄ edilitatē iniret: uēit ī suspicionē cōspirasse cū Marco crasso cōsulari: Itē publio Sylla & L. Autronio post designationē cōsulatus

scribit. Aulo sempronio & marco minutio consulibus edes saturno dedicata: saturnalia institutus festus dies edes quoq; saturni hæc refecta fuisse significatur restitutaq; a planco. ¶ A cornelio balbo: is est ille cor. balbus cæsaris per quem familiaris & ciceronis amicissimus: ad cuius nomen alludens Cicero sic iocatur i epistolis. quæso ne pluribus balbos q disertos putes. ¶ A statilio tauro. Tacitus meminit statilii tauri unus ex potentissimis: quē opibus illustrē accusatum fuisse repetundarum tradit agrippina extimulante accusa torem quæ statilii hortis amenissimis inhiabat. Statilius impatiens iniuriæ sibi mortē consciuit. ¶ Ab a grippa cōplura: marcus agrippa in edilitate sua romā duxit aquam uirgineā: preterea fontes fecit centumquinq; castella centum triginta. compluit etiam cultu magnifica a coperibus & gratuit tribuit balnea centum se xaginta. auctor plinius in. xxxvi. idem scribit pantheon ioui ultori ab agrippa factum. Deductibus aquarum ab agrippa uel factis uel refectis sic scribit Frontinus. agrippa edilis ductus appiæ. anienis. Martiæ penæ di lapsos restituit. Idem iuliam deduxit. Virginem quoq; romam perduxit. ¶ In regiones uicosq;. Iam dictū est romam fuisse diuisam in regiones quattuor decim. Quarum singulæ compita supra. cc. & uicos innume ros continebant. sed cum dicat Tranquillus augustum diuisisse urbem regionatim: caue credas ab eo diui sam fuisse in illas quattuor decim regiones celebratissimas: quæ ante augustum præscriptæ fuerant. sed in telligendum quandā diuisionem ab augusto factam esse regionatim & uicatim ut hac noua formula magi stratus annui regionibus tuendis preessent: magistri uero singuli singulis uicis. Scribit Dionysius consti tutos fuisse a Seruio Tullio uicorum præfectos: quos scire iussit ubi quisq; habitaret. ¶ Sortito. uoluit ut magistratus regionū tuendarum per sortitionem crearentur. ¶ Illas regiones. Illos uicos. ¶ Magistri: rectores moderatores. scribit paulus iurisconsultus quod hi magistri appellantur quibus præcipua cura rei uin in cumbit: & qui magis qua ceteri diligentiā & sollicitudinem rebus quibus presunt debent. unde etiam cu/ iusuis disciplinæ preceptores magistri appellantur: magirare enim est moderari ut scribit Festus pōpeius unde magistri pagorū: societatum: uicorū collegiorū: equitū dicuntur. ¶ Excubias nocturnas: augustus occur rere uolens incendiis septē cohortes constituit: ut binas regiones urbis unaquæq; cohors tueretur prepo sito super oēs eo qui prefectus uigilum appellat. ¶ Cōmētus: excogitauit inuenit: cōminisci ut inq̄t Va rro dictū a con & mete unde & cōmētū. ¶ Laxauit: laxiorem & capatiorē fecit. ¶ Alueum: cōceptaculum & ut uulgo dicitur lectū fluminis: scribit Caius iurisconsultus titulo de acquirendo rerum dominio. q si toto al ueo naturali relicto flumen alio fluere cepit: prior quidem alueus eorum est qui prope ripā possident præ dia. Nouus autē alueus eius incipit esse cuius & flumen est. i. publici iuris gentiū. ¶ Repugnauit: purgare ut inq̄t ulpianus proprie dr ad libramētū ppriū redigere. sublato eo quod superest.

¶ M. A. N. ¶ Aedes saturni: nisi ædem ipsam refectam intelligas aliam ab ea in qua ærarium fuit: diuer sum accipi oportet: nam quod ad priorem illā attinet post reges urbe exactos publicola: ut plutarchus tra dit in ea ærarium constituit. Lucanus: Tunc conditus imo eruitur templo multis non tactus ab annis: Romani census populi. ¶ Amphitheatrū: locum ad spectacul comparatum quod ratio nominis arguit: duplex eius forma a theatro quod plērūq; dimidiatū. M. Scaurus primus auctore plin. temporarium theatrum Romæ posuit: Amphitheatrum in dubium uenire potest. Corne. Tacitus a. C. Cæ. primum in campo martio constitutum scripsit. Tranquillus destinatum dictauit atq; apparatū omnem ab Antonio in Mausolei dedicatione disiectum. ¶ M. Agrippa: Pantheon ab agrippa ioui ultori factum auctor est plin. quod & uetustissimæ litteræ: quæ in uestibuli supercilio durant perspicue demonstrant: de aquæ ductib' præter plin. testimonium extat & augusti adagium illud agrippam generum suum satis prouidisse ne siti ur be romani laborarent. ¶ In regiones & uicos. plin. auctor est. xiiii. fuisse in urbe regiones: uicos uero supra mil le. ¶ Sortito forte ducti. ¶ Tuerentur hos uicos. s. quod si disiunctim legas: ut plærīq; habent non proce dit. ¶ Magistri. moderatores: sic sodalium collegii: & equitum magistri dicuntur. ¶ E plæbe cuiusq; uici/

Statilii i æ de saturni.

Nagistri. Magirari.

Cōminisci

niæ:ex eo plebeiorum numero:quem quælibet haberet uicinia. ¶ Inundationes:inundantis tyberis euagationes. ¶ Alueum:inter capedinem utrinq; ripis cohercitam. ¶ Laxauit:ampliauit.ut quo laxius flueret:eo minimus inundaret.

ruderibus & ædificiorum prolapsionibus coarctatur. Quo autem facilius undiq; urbs adiretur desumpta sibi flaminia uia Arimino tenus munienda. Reliquas triumphalibus uiris ex manubiali pecunia sternendas distribuit: ædes sacras uetustate collapsas;aut incendio absumptas refecit: easq; & cæteras opulentissimis donis adornauit:utpote qui in cellam capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri:gemmasq; ac margaritas quingenties sextertiū una donatione contulerit.

De gestis per eum in pontificatu maximo.

Postq̄ uero pontificatum maximū:quē numq̄ uiuo Lepido auferre sustinuerat;mortuo deide suscepit

Ruderu q. ¶ PHI. ¶ Ruderibus:rudera sunt saxi contusa & fragmenta ædificiorum dirutorum cōminuta alterum nouum: alterū uetus rudus appellatur. Ex nouo pauimenta solidantur.unde ait Vitruuius.li.vii.Deide ruderi nouo tertia pars testæ rusæ.admisceatur:calcisq; duæ ptes ad quinq; mortarii mixtionibus pstent responsum. hoc idem,Plinius noster in.xxxvi.retulit a rudere fit *Ruderor. ruderatio.* uerbū ruderor:quod significat rudus inducere.Vitruuius:ne minore saxo q quod possit manus implere statuminationibus inductis ruderetur. apud eūdē titulus est de ruderatione. *rudetum.* M.Cato rudetū uocat locum rudere refertum:cum ait.lenti in rudero & rubricoso q herbosus non fiet serito.palladius quid sit rudus interpretatur cum ait in primo tunc super statuminabis rudus.i.saxa cōtusa duabus partibus & una calcis temperate constitues. *Ruderatū.* Plin.in.xxi.ait ruderatū agrum amari arosa hoc est rudere conspersum. De rudere quod significat quisquilias & fragmenta edificiorum lapsorum cōminuta loquitur tacitus:cū de ruinis incendii neroniani sic inquit.ruderi accipiendo hostienses paludes destinabat:utiq; naues quæ frumētum tiberi subuectassent onustæ rudere decurrerent.De his ruderibus nunc intelligit tranquillus:de quibus iurisconsultus quoq;intellexit.cū ait de dāno infecto.Licer dñs uelit rudera egerere:eaq; derelinquere. Item non cogi posse ut rudera tollat. ¶ Coarctatum. angustiorem factum & strictiorem. ¶ Facilius adiretur:cōmodius & breuiori tēporis curriculo.similiter papinius celebrans hēdecasillabo uiam domicianam sic inquit:at nunc quæ solidum diem terebat horarum uia facta uix duarum. *Via flaminia.* ¶ Flaminia uia. Caius flaminius collega marci lepidi in consulatu uictor ligurum strauit uiam flaminiam:ex urbe roma per thuscorum & umbrorum usq; ariminū.auctor Strabo in.v.geographiæ.Liuius uero li.xxxix.cōsul flaminius ne militem in ocio haberet uiam a bononia pduxit aretiū.Ita habent impressi fere oēs liuiani codices.ego existimo emēdandū esse: a roma perduxit ariminū nisi altera flaminia significetur.Emilius autem collega uiam emiliam a placētia ut flaminiæ cōmitteret ariminū perduxit & intelligimus augustum magis refecisse restituisseq; uia flaminiā.q̄ nouā fecisse.cū antea facta fuisset a consule flaminio. *restituere.* Restituere autem ut ait iulianus iurisconsultus uidetur is qui in pristinū statum reducit qd sit. ¶ Arimino tenus usq; ariminū. ¶ Muniēda cōstituēda: munire uiā est silicibus & lapide sternere atq; cōstruere. ¶ Reliquas:uias.s.publicas & militares. ¶ Ex manubiali pecunia manubialis pecunia dicitur quæ redacta ē ex manubus hoc est hostili preda diuendita. De uario significatu manubiarum ante dictum est. ¶ Vetustate *reficere qd.* collapsas.scribit liuius augustū cæsarem refecisse edē feretrii iouis uetustate collapsam. ¶ Refecit:reficere ē quod corruptum est in pristinū statum restaurare.uerbo reficiendi tegere substruere sarcire edificare item aduehere apportareq; ea quæ ad talem rem opus essent continentur sicuti docet Vlpianus titulo de uiis. ¶ Vtpote. tanq̄. ¶ Pondo libras: Cētena pondo dicebāt antiqui referētes ad libram:alias accipitur pro pondere:sicut aput liuium scribentem coronam aureā libre pondo ioui dicatam fuisse. ¶ Gemmas ac margaritas.in cōmentariis apperta scripsimus quēadmodū margaritæ non numerantur in numero gēmarum & Plinius distinxit margaritas a gēmis.cū gēme ppriæ ad lapides preciosos referantur & chrystallū quoq; gēmarum nomine continetur.Liuia augusti dicauit magnitudinē chrystalli in capitolio libraq; circiter quinquaginta. iuriscōsulti aiūt gēmas a lapillis distinguūt:tanq; gēmæ sint perlucidæ materiæ. uelut smaragdi chrysolithi & ametisthi.lapilli uero contrariæ superioribus naturæ ut sunt obsidiani.emendanda dictio ē apud iurisconsultos depraauata:nam pro obsidiani passim abasiani legitur margaritas autē nec gēmis nec *Dictio iurisconsultorum emendata.* lapillis cōtineri satis cōstitisse sabinus iurisconsultus ait.potior est apud me auctoritas plinii:qui gēmas generali uocabulo intelligit omnes lapides præciosos:siue materiæ sint perlucidæ siue obscuræ. ¶ Viuo lepido.de hoc ita seneca li.i.de clementia lepidi pōtificatū maximum non nisi mortuo illo transferri in se passus est augustus.maluit enim illum honorem uocari quam spolium.

¶ M.ANT. ¶ Ruderibus: ruptorū ædificiorū disiecta materia lapidibus:calce:& harena cōmixtis: estq; nouū & uetus.rudus nouū materia pauimenti: hoc ē saxa nuper nec contusa.seu testæ fractæ ad pauimētum fulciendum uetus rudus ueterū pauimentorū materia:quæ calce.harena.lapidibus: siue testis fractis constat. Plin.cōplanatæ erant ueteri rudere uiæ:hinc ruderatus ager apud eundem:qui eiusmodi materia ē respsus:rhosmarinus aiunt in glarosis:q; locis esse cōtentam:ruderatumq; agrum amare. Vetruuius:tunc super statumen duces rudus:hoc est saxa contusa duabus partibus & una calcis. ¶ Flaminia uia:flaminiæ uiæ cura. ¶ Muniendo cum muniendam enim constat uiam ipsam diu antea comunitam. Strabo eodem enim

consulatu Marcus Aemilius Lepidus & Caius Flamius collegæ fuerāt: uictores autem ligurum strauere: hic quidem Flaminiā e Roma per Thusciā & Vmbriam usq; Ariminū: alter reliquam porro usq; Bononiā recte igitur muniendā. i. resarciendam dixeris. ¶ Reliquas uias. s. ut Latinā: appiā: Valeriam. Aemiliam. ¶ Manubiali e manubus: quid autem manubiæ essent: altas abunde. ¶ Pondo. libras. ¶ Quingēties: sex tertium: ad preciū non ad pondus referas. ¶ Viuo Lepedo: eo qui triuir fuerat: nam post Cæsaris dictatoris mortem Lepidus pontificatum inuaserat.

qcquid fatidicorum librorū græci latiniq; generis nullis: uel parum idoneis auctoribus uulgo ferebatur; supra duo milia contracta undiq; cremauit; ac solos retinuit sybillinos hos quoq; delectu habito; addiditq; duobus forulis auratis sub palatini Apollinis basi. Annum a diuo Iulio ordinatum; sed postea neglígentia conturbatum; atque confusum rursus ad pristinam rationem redegit; in cuius ordinationem

¶ PHI. ¶ Fatidicorū librorum: fatidici libri dicuntur: qui continent facta populorū: quales erāt decē sibyllarū: quos fatales historici appellant: qualia etiā fuerunt uolumina martii uatis. Sic uates fatidici dicti: & fatidica mantho nomiātur a poeta: quæ erat fatiloqua uaticinabaturq; diuinitate pdita. sensiss est augustum concremasse magnam copiam librorū fatidicorum: q essent adulterini & subdititii nulloq; idoneo auctore subnixi & hoc ab augusto factitatum est ex ritu priscorū. nam ut ait liuius undequadragesimo ab urbe condita. sepe hoc patrū auorūq; etate negotiū ē magistratibus datū: ut sacra externa fieri uetarent: uaticinos libros cōquirerent cōburerent: q̄ oēm disciplinā sacrificandi. preterq̄ more Romano abolerent. mendū est in codicibus liuianis nāq; p uaticinos libros passim legitur eracinos. uaticini autē libri sunt idem qui fatidici: quibus uaticinia fataq; Ro. cōtinent. idē. xxv. dixit ptor ut quicūq; libros uaticinos haberet eos libros ad se deferret. ¶ Delectu habito. ante augustū rettulit ad senatū cuius curio cōsul: ut legati erythras mitterent: qui carmina sibyllæ coquisita romā deportarent. Itaq; missi tres legati descriptos a priuatis uersus circa mille Romā deportarunt: auctores Varro Lactantius & Fenestela: præterea libri sibyllini: qui a romanis in archano seruabant nō unius fuere sibyllæ: sed ex pluribus in unū cōgregati. ex quo credibile est quædā in his fuisse quasi confusa: ea quæ ab augusto repurgata sunt. ¶ Addidit: elegantius est abdidit. i. recondidit reposuit. ¶ Forulis: fori masculino genere pluratiuo numero significant circēsia spectacula: de quibus liuius in primo sic ait loca diuisa a patribus equitibus ubiq; spectacula sibi quisq; facerent: fori appellati. præterea fori dicuntur in nauibus sedilia nautarum: unde forulos per diminutionem dici existimat festus quasi miores foros hoc est minora spectacula: uerū apud iuuenalem: hic libros dabit & forulos & in hoc loco apud tranquillum foruli accipiuntur pro capsulis loculamētisq;. apud Virgilium forulos pro oppido accipimus: cum ait in. vii. casperiaq; colunt forulos & flumen hymelle ¶ Sub basi. fulcimēto statuæ. uulgo quoq; bases columnarum uocant: refert plinius honores in basibus inscribi uidisse se solitos. ¶ Apollinis: scribit pli. uidisse se Apollinem in bibliotheca tēpli augusti quinquaginta pedū a pollice dubium ære mirabiliorē an pulchritudine De hoc nunc intelligendū: uel de illo: quem ex marmore scopas fecit & quem plinius appellat apollinem palatinum. fuit & alius apollo eboreus in foro augusti Cæsaris: ad quē referri potest illud satiricum: sportula deinde forū iurisq; peritus apollo & illud oratianū: sic me seruabit apollo: quāuis porphirio aliud temoti us cōiixerit interpretamētū. ¶ Ad pristinā rōnē. ante dictū est quēadmodū Iulius Cæsar annū diligētissime ordinauit qui istituit: ut ānus hēret. ccclxv. dies & quadrātē. sed tunc quoq; uitium admissum est per sacerdotes: uiq; auctoribus solino in collectaneis & macrobio in saturnalibus: cum perceptū eēt āno quarto intercallarēt diē: ut oporteret cōfecto āno. iiii. obseruari: antequā qntus auspicaret sacerdotes incipiēte quarto non desinente intercalarunt. sic per ānos sex & triginta cum nouem tantūmodo dies sufficere debuissent. xii. sunt intercalati: quem errorem deprehensum augustus correxit: iussitq; annos. xii. sine intercalatiōe decurrere: ut tres illi dies, qui ultra nouenarios temere fuerant intercalati hoc modo possent repensari: qua reformatione oīs futuri temporis fundata ratio est. Amianus marcellinus lib. xxvi. refert quēadmodū ab augusto sit compositos ānus: qui initio sacerdotū cōfusus & erroribus erat implicatus: uerba marcellini hæc sunt. Quibus abolitis octauianus augustus græcos sequutus hanc incōstantiā correcta turbatiōe compo suit spaciis. xii. mensium & sex horarum magna deliberatiōe collectis. ¶ Ad pristinam rationem. a dictatore Cæsare institutā: de qua affatim dictum est in primo commentario.

Fatidici. libri.

Vaticini libri.

Fori.

Foruli.

Bases

Apollo eboreus

Augustus sextilis.

¶ M. AN. ¶ Fatidicorū populi Romani fata continentium. ¶ Parum idoneis auctoribus: quibus fides haud habēda esset. ¶ Sibyllinos: tres ab initio fuere: quos Dionysius & Gellius aiūt ad Tarquinium supbū a Sibylla delatos. Lactātius ad Tarquiniū priscū pdidit: adeo ī re etiā uulgatissima uariāt, auctores Dionysius & Valerius a duūuiris eos prius asseruatos docent: inde quindecim uiri habuere: quod Gellius testatur. Itē & decēuiri ut macrobius: marsico bello in capitolii cōflagratione īcendio sunt absumpti. quare senatus cōsulto ex erythris & locis Asiæ cōpluribus ex italiæ adhæc urbibus nōnullis legatis ad id missis alii conquisiti sunt: quos idem Sibyllinos dixere: Augustusq; pontifex maximus duobus forulis clausit. ¶ Forulis: armariolis: siue pluteis. Iu. Hic libros dabit: & forulos mediāq; mineruā. ¶ Basi: cui colossi moles erat imposita. ¶ Palatini apollonis: colossi pedū quinquaginta. Plinius: factitauit colossos & italia uidemusq; certe Apollinem in bibliothecha templi Augusti tuscanicū quinquaginta pedum a pollice: dubium ære mirabiliorem: an pulchritudine. Horatius ad forum: Scripta palatinus quæcunq; recepit apollo. ¶ Con-

turbatum: quum ex Cæsaris institutione ut Macrobius scribit: diem qui ex quadrantibus fiebat: quarto quoq; anno: in eo quintus inciperet intercalari oportuisset Pontifices quarto non peracto: sed incipiente intercalabant: qui error sex & triginta annis: tandiu n. error ille indeprahesus fuit: ita annum turbarat: ut .xii. dies in eo corrigendo intercalati sint.

sextilē mensem e suo cognomine nūcupauit magis q̄ septēbrē: quo erat natus: quia hoc sibi & primus consulatus & insignes uictoriæ obtigissent: sacerdotū & numerū & dignitatem sed & cōmoda auxit p̄cipue uestaliū uirginū: quũq; in demortuæ locū capi aliam oporteret: ambirentq; multi ne filias in sortē darent: adiurauit: si cuiusquam neptium suarū competeret ætas: oblaturum se fuisse eam. Non nulla etiam ex antiquis cerimōiis paulatim abolita restituit: ut salutis auguriū: diale flaminium: sacrum lupercale ludos: sæculares &

¶PHI. ¶Sextile mensem martium mensem principium suisse: nam apud priscos ex hoc maxime probatur: quod ab ipso quintilis quintus est dictus: sextilis sextus: & deinceps pro numero numerabantur: nei ūqm sextilis antea uocabatur: appellatus est augustus in honorem augusti Cæsaris facto senatusconsulto i. hæc uerba: cū iperator Cæsar augustus mense sextili & primum consulatū inierit: & triumphos tres intulerit in urbem: & ex ianiculo legiones deducte secutæq; sint eius auspicium ac fidem: & ægyptus hoc mense in potestatem redacta sit finisq; hoc mense bellis ciuilibus impositus sit: atq; ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit. placere senatui ut hic mensis augustus appellet. Hieronymus quoq; in epistola ad eustochium scribit augustum cæsarem calendis sextilibus romam repedasse cum triumpho ab alexandria uictoria statutūq; ee nūciatūq; p uniuersum orbē uniuersis gētibus octauianū augustū īter deos debere collocari & ut mensis iste qui antiquitus in ordine mensium sextilis dicebatur: in honorem augusti augustus uocaretur.

Sex uestales.

¶Vestalium uirginū: sex uestæ sacerdotes cōstitutæ sūt: ut populus pro sua quaq; parte haberet ministram sacrorū: quia ciuitas romana olim in sex fuit distributa partes: geganiam & bereniam primas a numa sacratas uirgines uestales ait Plutarchus: deinde canuliā & tarpeiam: postea seruium tullium duas addidisse: qui numerus senarius seruatus est.

Capit̄ uirgo a pontifice.

¶Capi aliam. capi dicitur uirgo uestalis: quādo ad id sacrificium legitur: ppterea quod pontificis maximi manu p̄hensa ab eo parente: in cuius potestate est: ueluti bello capta abducitur: pontifex maximus hæc uerba dicebat cum uirginem capiebat. Amata te capio: ideo āt amata inter capiendum a pontifice maximo appellat̄. qm̄ ea quæ prima capta est hoc fuisse noīe tradit gellius ī primo noctiū atticarū. flamines quoq; diales item augures & pōtifices capi dicebant̄: de flamine capto exemplū est apud liuium sic scribentē in .xxvii. ab urbe condita. C. flaccus flamen captus. a. p. licinio pontifice maximo.

Amatē capio

¶Ambirent. ambiendo deprecarentur. ¶In sortem darēt: scribit Gellius papiam legem se inuenisse: qua cauebatur ut pontificis maximi arbitratu uirgines e populo uiginti legerentur: sortitioq; in contione ex eo numero fieret.

Patrima. Matrima.

¶Neptium: de neptibus augusti paulo post. ¶Competeret ætas. qui de uirgine capiēda scripserūt: minorē quã annos sex maiorē q̄ annos .x. natam negauerūt capi fas esse: itē quæ nō patrima & matrima: hoc est quæ nec patrem habeat nec matrem. ¶Oblaturum: insinuat gellius fuisse homines honesto loco natos: qui adhibant pontificem maximum & offerebant ad sacerdotium filias.

Salutis augurium.

¶Salutis augurium scribit Cor. Tacitus: salutis augurium quinq; & uiginti annis omissum repeti ac deinde continuari placuisse claudio imperatori. Dion quoq; apud græcos quod foret salutis augurium luculenter tradidit qui ait modum fuisse auguriij ut si deus permittat salutem populo poscerent: quasi ne salutem quidem a dis petere fas sit: nisi prius hoc ipsum dii concesserint. obseruabatur autem una dies quot ānis in qua nullus ad bellum proficisceretur exercitus nemo contra se pararet. nemo pugnaret quod in bellis ciuilibus haudquaquam obseruari poterat: hoc salutis augurium ab augusto restitutum fuisse significat: quod prius omissum abolitūq; fuerat: sicuti a claudio ex auctoritate. Cor. taciti dicimus fuisse repetitum continuatumq;. pterea edes fuit romę salutis a iunio bubulco censore locata: quã consul bello sannitium uouerat.

Edes salutis.

Ad salutem deam alludit plautus in asinaria illo uersu: ut consueuere homines salus frustratur & fortuna.

Flaminiū.

¶Diale flaminium: flaminis dialis sacerdotium de quo affatim dictum est in principio cōmētariorum: sicut etiā de lupercis & lupercalibus. ¶Ludi seculares: primos ludos seculares a ualerio institutos esse post reges exactos censorinus tradit in libro de die natali. Valerius quoq; maximus originem ludorum secularium refert in capite de institutis antiquis. seculares dicti sunt a seculo. est autem seculum spacium centum annorum: dictū a sene ut interpretatur Marcus Varro: quod longissimum spacium senescendorum hominum id putauerunt & qui ciuile romanorum seculum centum annis transigitur: ab hoc spatio cum post centum annos hi ludi celebrarentur a seculo seculares nominati sunt: opinatur censorinus seculares dici potuisse. quod plerūq; semel fiant hominis ætate: sicut multa alia quę rara sunt post seculum euenire loquentium consuetudo usurpat. quintos ludos seculares Cæsar augustus & agrippa fecerunt: in quibus cantatū est in capitolio a uirginibus puerisq; carmen oratianū: quod seculare inscribitur: quo significatur post centum & .x. annos ludos seculares celebrari solitos.

Seculares a seculo.

¶M. AN. ¶E suo noīe: augustū qui antea sextilis dictus est. ¶Capi: capere se dicebat ponti. maximus ex ueteri instituto nō eligere uirgies: quas ad uestæ ministeriū accersebatur Fabius pictor: auctore Gel. tradidit. q̄q & flamies: & augures capi dicerent. ¶Ambirent: ambiēdo subterfugerent. ¶In sor. lege papia cō

pôtificis maximi arbitratu uirgines e populo.xx.legerent: sortitioq; ex eo numero in côcione fieret: q; hunc legi populus sit postea lege abrogatũ: ita ut unicuiq; liceret modo ætas competeret filiam pôtifici ultro offerre. ¶ Aduitam etiam enitãdo affirmant. ¶ Neptẽ suam Iuliæ & Agrippæ filiam ... et ætas: Antistius Labeo eam q capienda esset minorẽ sex annos natam esse oportere negat maiorẽ decem. ¶ Obliturum q;ñ legi. quæ pontifici maximo eam cum detulit fuerat ut diximus alioquin qua pontifex capturũ se dicere debuisset. ¶ Cerimoniarũ sacrorum institutis. Cerimoniæ ut Massurius Sabinus tradidit dictæ: ut religio a relinquẽdo. Valerius a ceritibus: qui omnia sacra bello seruarunt in publicæ pietatis monimentũ appellatas credidit. ¶ Salutis augurium: Dio ianũ ab Augusto clausum: salutisq; augurium factũ: quod fuerat iam autem multis annis omissum nero salutis augurium quod appellant longo interuallo fecerũt: est autem modus augurii quis deus permittat salutẽ populo poscant: quasi ne salutẽ quidem a diis petere fas sit nisi prius hoc ip cesserint. hæc ille: & alii un huiusmodi suiam non pauca. P'm. Augurio inquit coronatio agendi immunia die sacerdotiũ de cuius dignatione Liuius Dionysius & Plutar. ius plura. ¶ Sæculares quo ad tollendã omnem stupri occasionem noluit impuberes per urbẽ nudos uagari. ¶ Ludos sæculares centesimo quoq; anno ut Aurelius Augustinus Festus: & Acron scribunt celebrari côsueuerant: sæculum centũ annorũ spacium ut Varro ait. q; & minus sæculũ eodem auctore fuit.xxx.annorum. Augustus ea ludorũ celebritate. Iuuenes utriusq; sexus sine propinquorum aliquo maiore natu nocturnis spectaculis interesse quod edictum eo tetendit: ne in eam ætatem: quæ iniuriæ obnoxia est occasio committerẽt flagitii: quibus continuis noctibus ludi & lectisternia celebrari entur: ob tres Valerii orbo obseruatos: Valerius est auctor in cuius mentione nõ ab re fuerit locũ in eodẽ capite obi... e: quod mendum a nullo quod sciam est adhũc diem animaduersum: siquidem de ... alesio ille ... entiũ iussus fuerat egrotos filios deuehere: habitabat inquit in uilla sita prope uicinum sabinum fretũ quod si ita legis manifeste appar... ualerium nesciuisse sabinæ regionis situm: qui nõ fretum ad occasum coercet ac totus mediterraneus est. Eretum ergo pro freto legẽdũ côtendere: in ... Sitam etium sabinorũ oppidum supra tiberim iacentẽ Liuius & ad eretũ cũ sabinis pugnatum ... at locũ ... libẽ quo non solũ eos q in ualerium scripsere: sed uiri etiam quẽdam exactæ obseruationis & utraq; controuersia doctissimũ: cui nomini ob excellentem alioquin doctrinam mutuamq; beniuolentiam patimus in apertum errorem traxisse uideo.

...os supcalibus uetuit currere iberbes. Itẽ sæculari/ bus ludis iuuenes utriusq; sexus phibuit ullũ nocturnũ spe/ ctaculũ frequẽtare nisi cũ aliquo maiore natu ppinquorũ.

¶ PHI. ¶ Compitalicios. côpitalicii ludi dicti sunt a uiis compitorum quibus per urbẽ agitabantur: compita aũt erant singularum regionum supra.cc. refert macrobius in primo saturnaliũ

Côpitalicii

...arquinio superbo instituta fuisse laribus ac maniæ deæ matri deum: quibus capitibus allii & papauer... pro capitibus hoium supplicabatur. porphyrio oratianus interpres auctor est lares. i. deos domesticos ... ab augusto positos fuisse: & ex libertinis sacerdotes datos qui augustales sunt appellati. compita ... eẽ docet Ouidius in fastis cũ ait sicq; gratus geminoq; pariti qui a côpita seruant & uigilẽt ... per in urbe lares. De côpitalibus hæc Mar. Varro. compitalia dies attributus laribus ubi uiæ côpitis sacrificatur: quot annis is dies concipit. Dionysius in quarto auctor est tẽpla in suo ... s extructa fuisse in compitis omnibus. ubi annua: satia sacrificia peragebantur a seruis: tanquam ... ministerium diis gratum fore. celebrabatur at solemnitas compitaliorum paucis diebus post saturnalia ... nocte compita uñ dicta & ludi compitalicii. ¶ Currere imberbes. soli enim ... es luperci nudi in orbem discurrere & scuticis obuios cedere esse & superius enarratum est. Augustus prohibuit nudos currere pueros & adolescẽtiores honestatis ca. ¶ Vllum spectaculũ nocturnum. ludi continuis tribus noctibus celebrabantur: quia totidem filii ualesii: qui primus fuit ludorum instituto liberati fuerant. Vnde ab ausonio eleganter dictũ est: Trina tarentino celebrata trinoctia ludo ... sæculares ... ludos appellari docuimus in libro annotationum enarrantes illud epigrammati ... mea Romano spectata est uiri tarento. Nisi cũ aliquo maiore natu. in nocturnis sacris spectacula infanda multa probri stuprisq; plena fieri solent per occasionem tenebrarum. Nam ut inquit ... tatius. Nox fecunda operum pulchreque accomoda fraudi. sic huius: in bachanalibus stupra nefanda flagitia fieri solita luculente perscribit ideoque augustus ut obuiã iret huiuscemodi corruptelis & ne stupratores illuderent ætati pueri iuuenilis: in uenerem quam propensa est lasciuia iuuenes & puellas interesse nocturnis secularium ludorum spectaculis: nisi secum haberent ... propinquis atq; necessarius seniorẽ: qui ueluti custos & moderator cohiberet a probro. præsentia facit iuuenes modestiores uerecundiores ue.

Seculares

¶ M. AN. ¶ Compitalitios cũ singulæ laribus feriæ datæ eẽnt atq; illæ ipsæ sint macrobius & uarro scribũt conceptiuæ augustus bis quotannos celebrandas censuit: compitalitia ex uiis ut iidem auctores aiunt compitorum in quibus agitabantur dicta maniæ & laribus ex oraculo apollinis côstituta: Sed diuus olim factorum ... s electis regibus a iunio Bruto sublatus Macrobius est auctor Plinius & ipe duplicis larium coronationis meminit.

¶PHI.¶Compitales lares.quibus cõpita dicata sunt:& in quorum honorẽ sunt ludi cõpitalitii.¶Vernis floribus.scribit plinius in.xxi.qd coronæ deo℞ honos erant larũ publico℞ priuatorũq.uerni autẽ flores sunt helichrysos.hyacynthus:rosa & uiola alba:quæ prima florum ẽ uer nunciantiũ:quã colomela græca dictione leucoiia uocat quasi dicas albã uiolã.sunt & alii flores uerni.quo℞ noĩa refert plinius in.xxi.æstiui uero flores q succedunt uernis hi in primis memorant:lichnus:ãouis flos.Amaracus.iris.& quodã genus lilii.Nam lilio℞ quædam sunt uerna:qdam æstiua.quædam autũnalia.¶Ex minimo maximũ.apd salustiũ in catilina ait Cato.Nolite existimare maiores nostros armis rem pu.ex parua magnã fecisse:subiungitq illa quæ magnos illos fecere domi idustria:foris iustum imperiũ:animus i cõsulẽdo liber:neq delicto neq libidini obnoxius.¶Opera cuiusq ducũ.s.q imperium maximũ reddidissent:quales sunt illi quorum ita meminit iupiter apud siliũ:hinc tibi paulus hinc fabius gratusq mihi marcellus opimis:hi tñ pariẽt latio p uulnera regnum.¶Manẽtibus titulis.ueterũ.s.ducum:q inscribi solẽt in opibus:ut cognoscãt posteri:quorum hoĩum fuerint illa monumẽta.in hoc laudãdus augustus:q magis cõsulebat famæ prisco℞ q̃ suæ:dũ sub titulis illorum opa reformat.econtrario uituperandus domitianus:q restituit quidem opa maiorum:sed oĩa sub titulo tñ suo:abolita ueterum conditorũ memoria.

Compitales lares ornare bis in anno instituit uernis florib⁹ & æstiuis.Proximũ a diis ĩmortalibus honorẽ memoriæ ducum præstitit:quí imperium populi romani ex minimo maximum redidissent.Itaq & opera cuiusq manentibus titulis restituit:& statuas oĩum triũphali effigie i utraq fori sui porticu dedicauit.Professus ẽ edicto cõmentũ id se ut illo℞ uelut exẽplar:& ipse dũ uiueret:& insequentiũ ætatũ principes exigerentur a ciuibus.Põpei quoq statuã contra theatri eius regiam marmoreo Iano supposuit translata e curia in qua.C.Cæsar fuerat occisus.

De correctione & reformatione abusuũ & excessuũ.

Plæraq pessimi exẽpli correxit:quæ in perniciẽ publicã:aut ex cõsuetudine licẽtiaq bello℞ ciuilium durauerant:aut p pacem etiam extiterant.Nam & grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro quasi tuendi sui causa;& rapi per agros uiatores sine discrimine

Verni flores
Leucoia q̃
Estiui flores

¶Triũphali effigie.quales triũphantibus dicabant.plinius in.xxxiiii.refert statuas ĩ curribus dicatas fuisse his q triũphassent.de quo genere statua℞ loqui uidetur & Iuuenalis scribẽs.huius.n.stat currus æneus alti quadriiuges in uestibulis:atq ipse feroci bellatore sedens curuatum hastile minatur.Idẽ de statuis triumphalibus ait.atq triũphales inter quas ausus hẽre nescio quis titulos.statuæ ãt antiquitus togata effigie dicabantur.aliæ thoracatæ:cum Romana res ac militaris sit thoracas addere.Aliæ penulatæ:Aliæ factæ sunt habitu luperco℞.Aliæ equestres:Aliæ pedestres.quædam in columnis quarum ratio erat attolli supra cæteros mortales.fuerunt & statuæ effigie triumphali in curribus eorum.s.qui triũphauissent.a diuo augusto seiuges facti sunt:hoc ẽ currus ducti a sex equis.¶In utraq porticu fori.græci in quadrato amplissimis & duplicibus porticibus fora constituebãt:crebrisq colũnis ornabãt.sed ut inqt uitruuius in qnto:in urbibus italiæ fo℞ non ẽ eadẽ rõne faciendũ.nam pp spectacula spatiosioribus intercolumniis fora distribuenda sũt:circaq in porticibus argẽtariæ tabernæ collocãdæ.¶Cõmentũ.excogitasse.Cõmini ẽi ẽ excogitare:cũ fingunt in mente q nõ sunt.a con.& mẽte dictũ.auctor Varro.¶Ad illo℞ exẽplar.exemplũ est auctore festo qd sequamur:exemplar est ex quo simile faciamus.¶Exigerent.sensus est uoluit augustus ut romani & ipm & futuros principes exigerẽt ac ueluti ex debito reposcerẽt tales esse debere:quales fuissent illi duces:q impiũ auxissent.¶Eius.s.põpeii.fuit ãt theatrũ põpeianũ romæ clarissimũ:qd ille cõdidit ad similitudinẽ theatri mithylenei.qq maius & speciosius.añ pompeiũ subitariis gradibus & scena temporaria ludi soliti erãt celebrari.põpeius mansurã theatri sedẽ posuit:tanq̃ ita parsimoniæ consuleret.aucto.Cor.tacitus.sensus ẽ augustũ supposuisse simulacbro iani marmorei statuã.e regiõe regiæ põpeii translatã ex põpeiana curia:in qua occisus fuerat Iulius Cæsar:cuius statuæ meminit plutarchus:scribẽs cassium anteq̃ trucidandi Cæsaris facinus aggrederet.ad imaginẽ põpeii uersum illam ueluti aiatam adorasse:quauis ab opinione epicuri nõ multum dissimilis foret.Iano marmoreo.simulachra iani multifaria extrui solita testis ẽ domitianus:q multos ianos ut inferius declarabit Romæ extruxit.¶E curia.quã põpeius inter alia ornamenta añ theatrũ suum dedicauerat.¶Regiã.latino uerbo basilicam designauit.ita papinius de basilica pauli.sublimis regia pauli.¶Grassatorum plurimi.grassatores sunt latrones:qui grassari dicunt.cum uias obsident & uiatores despoliant.officium psidis est ut scribit iurisconsultus prouinciã a grassatoribus liberare.¶Se ferebant.ostẽtabant & in pp̃atulo grassabantur.¶Licentia bello℞ ciuilium.tunc magna est gladio℞ licentia.tunc impune peccatur.tñc ut ait silius.uis colitur iurisq locũ sibi uendicat ensis:& ut inquit orator silẽt leges inter arma cedit stillus gladio:decus decorũ pbitas improbitati.¶Succincti ferro.tales pene fuerũt sicarii illi:& collegia latrocinalia.q Ioseph⁹ & egesippus scripserũt infestasse hierosolyma.Ibãt.n.succinti sicis hoc ẽ breuiorib⁹ gladiis luce pcunẽtes.

Statuæ thoracatæ
Seiuges
Exemplũ
Exemplar
Regiam
Crassatores

¶M.AN.¶Opera cuiusq eo℞.s.qui rem pu.auxissent.¶Manentibus titulis:qbus intelligi posset cuius memoriæ id pstaretur:nam illis prorsus obsoletis sciri nõ potuit in cuius gratiam ea restituerent.¶Sui fo

riq.ad ædem martis ultoris publicauit: Lampridius auctor est Alexandrum principem augusti exemplo fuge neruæ imperatorū imaginibus excoluisse. ¶ Triūphali effigie: de his credo. Iuue. Atq3 triūphales inter quos ausus hēre: Nescio qs titulos. ¶ Cōmentū. excogitasse. ¶ Ad exēplar: ad similitudinē & exemplū. est exemplarium exemplū dicit̃ græce τὸ παράδειγμα. idea uocatur exemplū uero τὸ εἶδος. Annæus seneca alte & inqt exēplar est alterū forma ab exēplari sumpta & opi imposita & paulo post idos in ope est idea extra opus ē nec tñ extra opus: sed ante opus. ¶ Exigerent: reqrerent faut certe collatis utroq3 ingenti cutibus conferrent. ¶ Regia basilica: græca uoce id ædificii genus alio loco appellauit. ordo ē suppositur iu tus statuā pōpei e curia in qua cæsar occisus & ad cuius pedes cōcidisse dicit̃ ti aulatam igitur mo q erat cōtra regiā theatri edis pompei. & theatrū & curia pōpei n ... multū inter se distabat: auctor ē Plutarchus ei ædificia romæ circa ædē Laurentii in damaso fuisse antiquarii quidā & in his blondus forhuiēiectura haud incepta memoriæ pdiderūt. ¶ Grassator. latronū grassari est gradiēdo sæuire: unde latrōes obsidētes: grassari dicunt̃ un̄ grassatores dicti q hostiliter in uiatores gradiunt̃ qui spoliāt occidūt. Invito grassator agit rē. ¶ Viatores. peregre transeuntes. Iuue. Cātabit uacuus corā latrone uiator. Ver. carnitor iter. erāt uiatores & ministri q magistratibus pręebat & quos opus erat ex agris uocabāt. Cicero ad senatū accersebant̃ curius: & cæteri senes ex quo qui eos accersebāt uiatores nominati sunt.

liberiq; seruiq; ergastulis possessor̃ supprimebant̃. Et plurimæ factiones titulo collegii noui ad nullius nō facinoris societatē coibāt. Igit̃ grassatores dispositis per oportuna loca stationibus inhibuit: ergastula recognouit. Collegia præter antiqua & legitima dissoluit: tabulas ueter̃ ærarii debitorū uel præcipuā calūniādi materiā excussit: loca i urbe publica iuris ābigui possessorib̃ adiudicauit diuturnor̃ reor̃ & ex

¶ PHI. ¶ Sine discrimine. indifferenter passim. ¶ Ergastulis. ergastula loca sunt in agris: in quibus uincti serui opeant̃: quos plinius eleganter descripsit his uerbis. at nunc eadē il a uicti pedes damnatæ manus: inscripti uultus exercent. Idem ut ergastulor̃ non eadem emolumēta esse q̃ fuerunt imperatorū. quēadmodum ergastuli mancipia recognosci debeant atq3 tractari

Ergastula que

ab ergastularis docet columella libro primo de re rustica: qui ergastularios eleganter appellat eos qui præsunt ergastulis. scribit iulius firmicus natos sub sidere andromedæ futuros ergastulis præpositos. leges sæpe apud historicos refracta fuisse ergastula & seruos ad arma uocatos ab auctoribus seditionum: & olim Caius marius seruitia & ergastula armisse fertur. & athenio pastor familia i ergastulo liberatam sub signis ordinauit. & eunus syrus refractis ergastulis numerosum fecit exercitū. ergastulum a uerbo græco ἐργάζεσθαι q̃d significat operor deriuatur unde ἐργαστικὸς operarius: ergasteriū officina dicitur. in decretis: di. xlvi. scriptū est. nulli clerico licet tabernam aut ergasteriū habere. ¶ Collegii noui. libro. xlvii. digestor̃ titulo de collegiis illicitis. præcipit ut collegia illicita & noua dissoluant. in summa nisi ex senatuscōsulto uel Cæsaris auctoritate collegiū coierit dissoluendū est. Numa Rex. instituit collegia tibicinum aurificū. Architectorum tinctorum. coriariorum. fabrorū & figulorum. Vnde plinius cū de plastice & figulinis scriberet in xxxv. subiunxit. pp quã numa rex septimū collegium figulorum instituit. ¶ Nullius non: cuiuscūq. ¶ Cortus contrahebatur. uerbo usus e significantissimo na proprie coiri societas dicit̃. apud iurisconsultos digestis cum socio. sic inqt paulus. societas coiri pōt uel imperpetuū uel ad tps. & modestinus societatē coire & re & uerbis & p nunciū posse dubiū non ē. & ab ulpiano societas coita p cōtracta accipit̃. ¶ Stationibus. militatibus custodiis. ¶ Inhibuit. repressit. cohibuit. ¶ Recognouit. more boni patrisfamilias: q ergastuli mancipia recognoscit & explorat diligenter: nū uillicus alligauerit quēpiā ipso nesciente aut reuinxerint: Ita augustus recensuit ergastula reuinciens resoluēsq; si quos liberos supprimi dephenderat. hadrianus auctore sparciano ergastula seruor̃ & liberorū sustulit. ¶ Erarii debitorū. laudat ausonius gratianū imperatorem qd argumenta oia flagitādi publicitus sustulerit codonatis tributorū residuis. tabulas. n. oēs debitorum publicorū ex qbus emergere subinde consueuit materia columniarū iussit incendi: qd incendium salubre fuisse testatur: propterea qd ardebat stirpes fraudiū ueterū: ardebat seminaria futurarū. Adrianus quoq3 ad collegiam nihil prętermittēs infinita pecuniā q fisco debebat̃ priuatis debitoribus i urbe atq3 in Italia: i prouinciis ueto ingētes sūmas remisit: syngraphis in foro: quo magis securitas oibus roboraret̃ icensis tale quiddā fecisse uidetur augustus excussis tabulis ærarii debitorū & ut dici solet uentilatis: ne inde præberet̃ calumniatoribus ueluti ansa calūniandi. ¶ Iuris ambigui. de quibus ambigebatur: an priuatorū essent: an ad publicū pertinerēt. ¶ Adiudicauit. assignauit. abiudicare uero significat rem: de qua cōtrouersia ē: iudicando eripere atq3 intercipe. Vnde ager abiudicatus a liuio dictus. quē romani p iniquū iudiciū interceperant eripuerantq3 ardeatibus. ¶ Possessoribus. qui id tps possidebant: quia in re dubia possessorū melior ē conditione sicut scribūt iurisconsulti. ¶ Diuturnorū. reorum: reos appellat antonius orator apud Ciceronē non eos mō qui arguūt̃ sed oīs quorum de re disceptat̃. & reum fieri ut iquit asconius nihil aliud ē: qñ apud prætorē legibus interrogari. diuturni dicunt̃ rei: quorū causæ in longū tps protrahunt̃: cū neq3 absoluant̃ neq3 dānent. nihil noia aboleuit augustus. qñ uidebat nihil aliud q̃ri ab inimicis: quā ut diutius eēnt sordidati. M. AN. ¶ Ergastulis: locis in qbus lapides aut metalla foderent̃. Iu. nempe in lucanos & tusca ergastula mittas: sed ubicūq3 serui uincti aut sub custodia opatent̃ ergastulū a ueteribus dictū crediderim: Pli. colit rura ergastulis pessimū ē & q̃cqd agit̃ a desperantibus: ἐργάζομαι: græce opor. unde ἐργαστικὸς opatius.

Collegia

Societatē coire

Societas coita

Tabulæ debitorū incensæ

Syngraphæ incensæ

Abiudicare

¶ Nullius nõ cuiuslibet. ¶ Facinoris: flagitii nũc ac sceleris ẽ. n. alioqn mediũ ẽ uerbũ. ¶ Per opportuna lo cata urbis: q suburbanarũ regionũ. l. u. armato quoties custode tenenẽ: & pontina palus & palliniana pinus. ¶ Inhibuit: coprẽssit. ¶ Recognouit. purgãt nec p se. sed p Tyberiũq postea princeps fuit. ¶ Collegia: qd collegia eẽnt q ueteraq; itẽ recẽtia i Cæsa e ex Asconio & alus documnis. ¶ Veterũ æraru debitorũ: q iudicio ærarii olim facti eẽnt. aut alia rõne publicũ æs hẽrent. ¶ Calũniadi criminũ intẽdendi. ¶ Materia: occasione. ¶ Excussit: sustulit. aboleuit. ¶ Possessoribus: iis qui ea possiderent. ¶ Adiudicauit: addixit: ha benda dedit. ¶ Diuturniorum reorũ: eorũ qui iudiciorũ metu diu in squalore & sordibus fuissent.

quorum sordibus nihil aliud q̃ uoluptas *inimicis quereret* nomina aboleuit conditõe ppposita: ut si quẽ quis repetere uellet par periculũ pœne subiret. Ne quod aut maleficiũ ne gociũue ĩpunitate uel mora elaberetur. xxx. amplius dies q honorariis ludis occupabãtur: actui rerũ accõmodauit. Ad tres iudicũ decurias quartam addixit ex inferiore cẽsu: quæ ducenariorum uocaretur: iudicarentq; de leuioribus sum mis iudices a tricesimo ætatis ãno allegit. i. quinquẽnio ma turius q̃ solebant. At plærisq; iudicãdi munus detrectãtibus uix concessit: ut singulis decuriis p uices ãnua uacatio esset: & ut solitæ agi nouẽbri ac decẽbri mense. res omitterentur.

De modo & more in iure dicendo.

IPse ius dixit assidue: & in nocte nõnũq si parũ cor pore ualeret lectica pro tribunali collocata uel eti am domi cubans. Dixit autẽ ius non diligẽtia mo do summa: sed & lenitate: si quidem manifesti parricidii reum

¶ PHI. ¶ Sordibus: qui reorũ mos erat ut uestem sordidã in duerẽt in publicũ. capillum bar bamq; summitterent: essentq; in squalore: ut ita facili⁹ misericor diam mouerent & absolutionẽ impetrarẽt. Cicero in pisonem: nec minus letabor: cum te sem p sordidũ quam si paulis per sor didatũ uiderem. scribit iuriscon sultus nulli licere uestẽ sordidã noie rei in publico habere capil lum ue summittere. Nisi ita coniũ ctus esset affinitate: ut inuitus i reum testimoniũ dicere nõ pos sit. ¶ Si quẽ: reum. ¶ Quis accu sator. ¶ Repeterẽ: reum postu lare & in iudiciũ uocare. ¶ Hono rariis ludis. honorarios ludos alio noie dici liberalia scribit fe stus Pompeius. uidentur autẽ ita uocitati ab honore prætoris. Nam & prætorius honor itũ nominatur. officium ãt prætorũ hoc erat apud Romanos ut ludos exhiber nt in prætura: inde a Iuuenale dictũ est. prædo caballorum prætor sedet. q nodus satyricus enodatus est a nobis in libro annotationum. ¶ Occupabant. dies illi quibus ludi romæ fiebant minime idonei erant ad agendas causas. id qd Cicero abunde demõstrat in uerrinis. scribẽs ludos uotiuos: quos Pompeius facturus erat ablaturos dies. xv. cen sus est Augustum accõmodasse actui. i. actioni rerum causisq; agendis supra. xxx. dies: qui ludis prætoriis occupari solebant tanqua feriati: & hoc facit ne malefi. ia aut negotia subterlaberentur. ¶ Quartam. s. decu riam: hoc est qd ait plinius. iudicum non nisi quattuor decurias fuisse primo. quintã decuriam adiecit Ca ius prin eps. ¶ Decenariorum: equites legitimi quorũ ordo iudicabat: qui dũ ũgenta habebat in censu: q addita sunt ab augusto cũ cc. tantummodo h berent decenarii dicti sunt de qbus loqui uidetur & plinius sic scribens. diuo augusto decurias ordinante maior pars equitũ in ferreo anulo fuit. hi non equites sed iudices uocabant. ¶ Quinquẽnio maturius. tanquã legitima etas legendi iudicis foret quintus & trigesim⁹ annus. ¶ Iudicandi munus. officiũ & onus. nam munus: ut scribit iurisconsultus: dicitur donũ & officiũ & onus. ¶ Decuriis. iudicũ ordinibus. ¶ Annua uacatio. i. uicissim alia post aliã decuriã hẽret anni ã uacatio nẽ. ut. s. quatto quoq; anno qlibet decuria immunis foret ab onere iudicãdi. ¶ Solitæ res. causæ & lites. an tiqui. n. auctore Cicerone rẽ litẽ dici uoluerũt. ¶ Omitterent. cũ illa tpa sint magis rebus genialibus satur naliciisq; uoluptatibus dicataq; negotiis feriis abeũdis. ¶ Ipse ius dixit. magnificũ ẽ ut ait plinius i panegy rico nõ so'ũ ciuibus iura sed ẽt hostibus reddere. ¹aud itaq; tarãniũq; assiduus erat in tribunali adeo ut labo re refici ac reparari uideret. & profecto: ut inqt uerissime Cyrus apud xenophontẽ. De et principẽ nõ ocio anteire subditis sed industria & prudentia. & quemadmodũ celestia stare nesciunt sed pperuo motu & iu gi agitatõe uegetant: ita princeps debet eẽ semper exercitus sp irrequietus: uigilãdo iis dicẽdo cõmodis iser uire subditorũ: & qd facere solebat Alex. magnus: alterã aurẽ accusatori pbere: alterã reo reseruare. ¶ Pro tribunali. uel ante tribunal uel in ipso tribunali: ex quo ius reddit magistratus. ¶ Lenitate clementia comita te. scribit Calistus iurisconsultus obseruandũ esse ius reddenti ut in adeundo se facilẽ præbeat: nec q p sides in cognoscendo excandescere oportere aduersus eos etiam qui mali sint. Cicero in epistola ad quintum fratrem didascalica sic ait. adiungenda ẽt est facilitas in audiendo: lenitas in discernendo: in satisfaciendo ac disputando diligentia.

Capillum submittere

Honorarii ludi

Decuriæ iudicum Decenarii

¶ M. A N. ¶ Inimicis: quibus ille reorũ squalor & metus uoluptati eẽt. ¶ Nomina aboleuit: debitorũ titulos oblitterauit. noia. n. asconius p debitis ipsisq; debitoribus a iure cõsultis sæpius usurpari docet. Cõditiõe: de nunciatiõe lege. ¶ Si quẽ reorũ: ex iis qui iudiciis e ant obnoxii quis accusatorũ aliquis aut litigatorũ. ¶ Re peteret: iterũ in iudiciũ traheret. ¶ Par periculũ: idem discrimen in qd reum trahere perseuerasset. ¶ Impu nitate sine pœna. ¶ Vel mora: mora ad negocium impunitas ad maleficium refert. ¶ Honorariis ludis: prætoriis quos & liberalios constat uocatos: Dictum est & ius honorarium. ¶ Actui: actioni siue

ni potius acta & actus ab ago Cicero qđ si de mea uita atq; actibus huic conuitiatori respondeo: Lucanus licet ingētes abruperit actus. ¶ Quartā. s. decuriā Quintā ut Plinius scribit Caligula addidit. ¶ Ex inferiore censu ex iis q quadringenta nō hērent sextertia: sed id plinii uerba declarāt. qui ex equestri ordine augusti tēporibus decurias iudiciū ipleri nō potuisse ait. ¶ Ducenariorū ceñsu credo potius q̄ a numero quia equestrē censum semiplenū possiderent: ducenisq; nec amplius censerent: sextertiis. ¶ Allegit. decuriis ascripsit. ¶ Maturius: tēpestiuius q̄ solebant. ¶ Annua uacatio. ut qui quattuor decuriæ eēnt quarto quoq; anno singulis annua a iudicandi munere uacatio esset. ¶ Lectica qua cubans ius diceret.

ne culeo insueret: quod nō nisi cōfessi afficiebāt hac pœna ita fert interrogasse: certe patrem tuū non occidisti: & quū de falso testamento ageretur: omnesq; senatores lege cornelia tenerent: nō tantū duas tabulas dānatoriam & absolutoriā simul cognoscētibus dedit: sed tertiā quoq;: qua ignosceretur his quos fraude ad signādū uel errore inductos constitisset. Appellationes quot annis urbanorū quidē litigatorum prætori delegabat urbano: At pꝛouincialium consularibus uiris: quos singulos cuiusq; prouinciæ negociis præpo suisset.

De legibus per eū sancitis & aliis retractatis.

LEges retractauit & q̄sdā ex itegro sāxit ut sūptuariā

¶ De quoquā: s. sonte. s. & morti dānato. legimus apud historicos uirgines uestales tanta fuisse maiestate p ditas: ut si casu dum in publicū prodirent in quēq; incidissent: q ad mortē duceret: necem eū non liceret. uerum deierare uirginem uestalē oportebat se fortuito non de industria factam obuiā. ¶ Patris patriæ. post detectā uindicataq; catilinæ coniurationē Cato: q tū tribunus erat Ciceronem pro rostris oratione luculenta laudauit: illumq; patrē patriæ primū appellauit. quod nominis ornamētum a po. confirmatū est. hinc illud Roma patrē patriæ Ciceronē libera dixit. tradūt eruditi huiuscemodi appellationem a Cicerone sumpsisse initium ex hac catonis laudatione: ac deinde ad imperatores q digni hēbantur paulatim defluxisse: nec. n. quilibet quāquā imperator statim pr patriæ appellabat: sed in testimonium uirtutis hoc cognomen optimis principibus deferri solebat: sicut in præsentia delatū est augusto. laudat plinius traianum q soli omnium illi contigerit ut pater patriæ eēt añ q fieret. nam tunc merito princeps ē pater patriæ appellandus: quādo ita uiuit cū ciuibus quasi cū liberis parens. Ouidius in .ii. fastorum tradit cognomē patris patriæ datum eē augusto Nonis Februarii ab oībus ordinibus. sic. n. inqt sancte pater patriæ tibi plebs. tibi curia nomen hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques. ¶ Prima plebs. s. detulit cognomen patris patriæ. ¶ Antium. ubi erat augustus est āt antium ciuitas in latio uolscorum caput litoralis qdem sed portu carens. ad otium tamen: negotiorumq; urbanarum uacationem accōmodata: quo secessu Romani principes auctore strabōe utebantur: quocirca in ea urbe edificate erāt ædes magnificenter: quemadmodū romanis sit deducta colonia scribit liuius. apud quem satis multa de antiatibus. ¶ Frequens & laureata. aūt. s. triumphalium: nam q; romani laureati currū triūphantis seq solebant. ¶ Mox. post ipsam plebem. ¶ Senatus. s. detulit cognomen patris patriæ. ¶ Acclamatione. senatus cum in curia sedisset solitus erat acclamationibus principem decorare & laudationib⁹. Vnde aūt flauius uopiscus in tacito. senatum oēm acclamasse tacite auguste dii te seruēt te diligimus: te principem facimus. tibi curā rei pu. orbisq; mandamus & post paulo. acclamationes inquit senatus he fuerunt acclamationū aliæ ueræ erāt aliæ falsæ: prout bonis malisue principibus fiebāt. hinc plinius in panegyrico. Discant principes acclamationes ueras falsasq; discernere. sensus est tranquilli senatū neq; per acclamationem neq; per decretum detulisse augusto cognomen patris patriæ: sed demandasse p Valerium messalam clarissimū senatorē. fuit. n. messalarū familia romæ clarissima: qui sicut docet seneca i libro de breuitate uitæ: primo messanæ appellati sunt a noīe messanæ ciuitatis siciliæ: quam ualerius primus uicit. paulatim uero uulgo per mutante litteras messalæ dici ceperunt.

Acclamationes

Messanū messala:

¶ M. N. A. ¶ Iouem tragœdum: ut illum a loco: ita hunc ab habitu cognominatum existimo: est enim tragœdus: qui tragœdiam agit: quo habitu in scœna tragœdi uterentur: suo loco dicetur. ¶ Veteranam emeriti. ¶ Decuriæ: iudicum. s. ¶ Tribus: quæ quinq; & triginta erāt numero. ¶ Sigillatim: per se multi. ¶ Delibāte: leuiter attingente ne suorū munificentiā oīno aspernari uideret. ¶ Aceruos: cumulos. ¶ Faustis ominibus: Lucan: Nō omia fausta: Nō fictas læto uoces simulare tumultu. ¶ Ne supplicium: ne publice:

aut priuatim quisquam supplicio afficeret. ¶ Patris patriae: togatorum primus Cicero: Catõe id censẽte: patris patriae cognomen Catilinae coniuratione oppressa est affec. tus. Pli. Salue primus oium parẽs patriae appellatae. primus in toga triumphum linguaeque lauream merite. In roma patrem patriae Ciceronem libera dixit Liui. Plutar. & Appia. eiusdem sunt rei auctores. ¶ Antium: littorale latii oppidum quõdam aphrodisiũ dictũ: ubi forte Augustus erat. ¶ Laureata: laureos gestans ramos: aut laureas coronas habens. ¶ Decreto: prius facto. ¶ Neque acclamatõe. tumultuaria appellatiõe: ut est apud Lãpridiũ: acclamationes inquit senatus graues fuere: & mox paulo acclamationes ipsas indidi: & finiam senatusconsulti hosti patriae honores detrahantur: parricidae honores detrahantur parricida trahatur: & alia quae sequuntur.

mandantibus cunctis: quod bonũ inquit: faustũque sit tibi domuique tuae Caesar Auguste: (Sic enĩ nos ꝑpetuam felicitatẽ reipu. & laeta huic precari aestimamus) senatus te cõsentiens cum populo Ro. cõsalutat patriae patrẽ. Cui lachrymãs respõdit Augustus his uerbis. (Ipsa enĩ sicut Messala apposui). Cõpos factus uotorum meorũ p̃res cõscripti: quid habeo aliud deos immortales precari; q̃ ut hunc cõsensum uestrum ad ultimum uitae finem mihi perferre liceat.

De honorib⁹ eidẽ collatis ꝑ singulares ciues Romanos.

MEdico Antonio musae: cuius opa ex ancipiti morbo cõualuerat: statuã aere collato iuxta signũ aesculapii statuerunt. Nõnulli patrũ familiariũ testamẽto cauerunt: ut ab haeredibus suis praelato uictimae titulo in capitolium ducerent: uotũque pro se soluerent: quod supstitẽ Augustũ reliquissent. quaedam Italiae ciuitates diẽ: quo primum ad se uenisset initium ãni fecerunt: prouinciarũ plaeraeque sup templa: & aras: ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituerunt.

¶ PHI. ¶ Quod bonũ. uerba messalae. ¶ Sicut messala. corrige messalae. ait. n. tranquillus se apposuisse ita uerba augusti. sicut iam apposuit ipsius messalae uerba quibus consalutauit augustum patrẽ patriae. ¶ Cõpos factus. uerba augusti. ¶ Hunc cõsensum quo senatus uniuersus una cum populo & augusto bene sentiebat. ¶ Medico antonio musae. antonius musa medicus fuit imperatoris augusti ut ait porphirio enarrans illud oratianũ. Nam mihi baias musa supuacuas antonius & tamen illis me facit inuisum. hic uipas edendas dabat cum incidisset in sanabilia ulcera miraque celeritate ꝑsanabatur auctor est plini⁹ in. xxx. q in. xix. ita scribit. diu⁹ augustus lactuca conseruatus in egritudine fertur prudẽtia musae medici cum prior esset esca ex melle. Idẽ in. xxix. sed illa antonius musa mutauit auctoritate diui augusti quẽ cõtraria medicina graui periculo exemerat. legimus in ecclesiastico honora medicum ꝑp necessitatem. & n. illum creauit altissimus. adeo n. est ois memela. Cassius hemia ex antiquis auctor ẽ primũ uenisse Romã ex medicis archagatũ peloponensem: cui datũ ẽ ius quiritiũ & taberna in cõpito acilio: fuitque ab initio gratus mox ob crudelitatẽ secãdique medẽdi iussus. Cato inuectus est in medicos & maxie graecos. extat apd plin. luculenta i malos medicos oratio. sed merito statuae honore decoratus est Antonius musa & quia fuit medicus optimus: & quia sanauit augustũ genium romanorum: ex cuius salute pendebat salus non solũ urbis sed ẽt orbis. graeci honores eosdem hippocrati principi medicorum quos herculi decreuerũt. Antonius musa uolumen condidit de medicina luculentũ: quod hodie quoque extat. ¶ Aere collato. cum unusquisque aes cõtulisset ad statuam fabricandã. ita auctore liuio menenium agrippã extulit plaebs Romana sextantibus collatis in capita. ¶ Iuxta signũ: ꝑpe statuam dei medicinae loco honoratiore ꝑinde ac deo proximus foret in medẽdo. esculapium. n. apollinis filiũ sicuti notissimũ est celo dicauerũt & diis assignauerũt prisci tanq̃ inuẽtorẽ medicinae. auctores pli. & celsus. esculapiũ scripsisse mytiogenesim testis est iuli⁹ firmicus li. v. matheseos: quo uolumine oium gentium ordines explicari intelligebantur. aedes esculapii in insula tybetina extra urbem posita erat. cãm refert plut. in problematis: quia salubrius foris q̃ in urbe degit. Vide & graeci tẽpla esculapii cõstruunt in excelsis ac puris locis: nota ista historia est de esculapio tolendae pestilentiae causa accersito euocatoque ex epidauro quod oppidũ esculapii delubro celebre est. ¶ Testamẽto cauerũt. prouiderunt praescripserunt in tabulis testamẽtariis. ¶ Praelato titulo. ante lata iscriptiõe q̃ significabat ideo uictimas imolari uotũque exolui tanq̃ libenter morerentur dum relinquunt tã bonũ principẽ supstitem. ¶ Initiũ anni. maximũ specimẽ amoris & uenerationis in principẽ hoc erat: q sicut nos annum auspicamur. Cal. ianuariis: ita quaedã ciuitates annũ incipe uoluerit ab eo die quo augustus primum ad illas accessisset. tanq̃ ille dies esset oibus aliis diebus anteponẽdus. quo augustum uidissent sua menia inuisentẽ. & suos lares abeuntem. ¶ Sup templa. ultra templa quae erexerant augusto ludos quoque celebrari uoluerunt in illius honorẽ q̃quenales: quod herodẽ imprimis factitasse legim⁹: q in caesarea ciuitate iudeae theatrum amphitheatrumque digna uocabulo collocauit: & q̃quenali certamine instituto nomẽ ei Caesaris dedit: in quo maxima praemia uictoribus ꝑposuit: ait. n. ipsi uictores & proximi & tertii successores eorum regalibus diuitiis potirentur. ¶ Pene oppidati. quasi ꝑ singula oppida.

¶ M. AN. ¶ Fausti: Plutar. q felix e iqt & hilare Ro. faustũ appellat. ¶ Ipsa: Augusti uerba. ¶ A Messala relata. i. memoriae ꝑdita. ¶ Cõpos factus quasi uotorum oium suma fuisset. ut pr patriae merito q̃que appellari pos

Antonius musa

set. ¶ Consensit: hoc uestg: hoc de me iudiciū. ¶ Antonio musæ: Antonio cognomento musæ medico ea tempestate illustri. Plinius: Diuus certe Augustus lactuca seruatus in egritudine fertur prudentia Musæ medici. ¶ Signum æsculapii: æsculapii templum in tiberina insula fuit: Ouidius & Valerius auctores sūt Plutarchus tamen in quæstiōibus quærit qd sit quod esculapio extra urbē ædes ponerētur. ¶ Cauerunt testamento: cautū uoluerunt. ¶ Prælato titulo: sacrificii ei titulo prælato. ¶ Supsitem Augustum. suscipiēdi uoti ratio fuit: si moriens augustum supstitem reliquissent. ¶ Initium anni. ut dies ille annum incohare: quo primum Augustus sua esset mœnia ingressus. ¶ Oppidatim: per oppida.

¶ PHI. ¶ Cæsareas urbes. sicuti herodes: qui auctoribus iosepho & egesippo ciuitates in iudea cōdidit in honorē Cæsaris Augusti: quas ptim Cæsareas ptim sebastas hoc ē augusteas appellauit. Idē in multis ciuitatibus templa cōstituit: quæ Cæsateæ noīantur. Iuba quoq; rex cōdidit in mauritania Cæsareā ciuitatē in honorē Cæsaris Augusti: sicut tradit eutropius.

De honore ei collato p reges ac ciuitates.

Reges amici atq; socii & singuli in suo quisq; regno cæsareas urbes cōdiderūt: & cūcti simul ædē Iouis olympici Athenis antiquitus incohatam perficere cōmuni sumptu destinauerunt; genioq; eius dedicare; ac sæpe regnis relictis; nō Romæ modo; sed puincias peragranti quotidiana officia togati ac sine regio isigni more clientum præstiterunt.

¶ Edē iouis olipii. inter cætera iouis cognomēta. olimpii cognomen apud græcos inclytū est. & in pmis athenis. existimat diodorus in quinto bibliothecæ iouē olimpiū cognominatū fuisse ab olympio a quo eruditus & ad uirtutē institutus fit. alii uero a celo quē olympon græci appellāt. in quo regnare fertur: athenis ut scribit thucydides in. ii. historiaȝ templum uisebatur iouis olympii de quo nūc loquitur tranqllus scribens eā ædem dedicatā fuisse genio augusti. De hoc iouis olimpii templo sic scribit pli. i. xxxvi. sic est incohatū athenis templū iouis olimpii. ex quo sylla capitolinis ædibus aduexerat colūnas de eodē spatrinus ī adriano. opa q̄ ap athenienses cepat dedicauit: ut iouis olympii ædē. picles atheniensis ab eloquentiæ ui atq; excellētia cognominat᷑ ē olympius. ut docet plutarchus in picle: hic ait plinius in. xxxiiii. stypax cyprius uno celebrat᷑ signo splachnopte periclis olympii uernula: ubi splacnoptes significatur euiscertus. græci. n. τὰ σπλάγχνα uocāt uiscera. in codice plinii puetusto legi spargāopte ut expōas fasceato. Nā σπάργανον græci dicūt fasceis uicio & σπαργανῶ fasceā. utrūq; historiæ accōmodatum est. faber. n. qui seruus erat carus periclis cumi arce templum edificaret repsissetq; super altitudinem fastigii inde pceps cecidit. ex quo lapsu cū uehementer egrotaret essetq; a medicis deploratus. fertur mineruā picli ob lapsum uernulæ dolenti in somnis demōstrasse herbāq; cōtra lapsus & præcipitia est singularis: q̄ ille stati sanatus ē. quare herba q̄ prius dicebat pdiciū cepta ē uocari ptheniū a uirgine mineruā παρθένος. n. græce uirgo dicitur. huius uernulæ effigies ex ære facta est ad perpetuum rei monumentū qui cum formatus esset ab artifice uisceribus effusis: uel fasceis uinctus: fuit cognominatus splacnoptes siue sparganoptes. apud plinū ut diximus legitur in. xxxiiii. splacnoptes. apud eundem in. xxii. legitur sparganoptes. ex quo cōicimus uel hic uel illic esse mendum. tamen siue hæc siue illa lectio magis placet: hēs utriusq; interpretamentum. ¶ Genio. de genus lege quæ scribunt apuleius in libro de demonio socratis: & martianus ī libro de nuptiis philologiæ & Augustinus in. vii. de ciuitate dei & nos copiose scripsimus in cōmentariis propertii. illud in pītia referendū ē. qd a cēsorio refertur. qui scribit genium nō uno sanguine colēdū esse: ne die qua lucem ipsi accepimus alii demamus. Illud etiam adde: quod tradit firmicus maternus in secūdo matheseos. dignum memoratu. xi. ab horoscopo in genituris locum a nobis dici bonum genium: q a græcis appellatur agathos demon: qui est locus iouis & cum horoscopo exagona radiatione coniungitur. genium die natali suo quisq; uenerabatur. si quis iurauerit p genium principis dare se non oportere & peierauerit ipator rescripsit fustibus eum esse castigandū: & ita ei supdici iportune noli iurare: sicut docent iuriscōsulti digestis de iureiurando. citius: ut inquit eleganter tertullianus: per omnes deos q̄ per unum genium Cæsaris peieratur. de genio constantii principis & de genus erudite scribit amianus marcellinus in. xxi. satis est locos indicare: ne uolumen exuberet. ¶ Togati. sensus est reges per inde ac clientes togatos more cliētū Romanoȝ: sine regio insigni hoc est sine diademate ornamentisq; regalibus solitos fuisse præbere officia augusto iter facienti per prouincias. toga. n. Romani est habitus & clientis. Vnde togati dicti. Martialis mane uel a media nocte togatus ero. huius historiæ meminit eutropius his uerbis. multi reges ex regnis suis uenerunt ut augusto obsequerentur: & habitu romano togati s. ad uehiculū uel equum ipsius cucurrerunt.

¶ M. AN. ¶ Cæsareas urbes: Cæsaris nomine nuncupatas. ¶ Cuncti simul: communi nomine: quasi cōiuncti: ut Pedianus interpretatur. ¶ Iouis olympici: uel ab Olympia regione pisei agri parte: ubi templū Iouis fuit: uel ut Diodorus scribit: ab eo q Iuppiter puer Aegypti rex a Dionysio constitutus: ab olympo quodam. quem ille prefecti nomine puero dederat eruditus & ad uirtutem institutus esset: olympius: siue olympicus est dictus: quod olympii Iouis templum Athenis fuerit: Thucidides auctor est: hac inquit præcipue parte extructa delubra uisuntur Iouis olympii telluris: quæ loca uidetur idem auctor significare ante Thesei tempora in uetustissima urbis parte fuisse constructa. ¶ Genio: deorum filio: ut Aufustius scripsit & parenti hominum. ex quo homines gignuntur. Laberius: genius genus nri parens

Olympius unde

Splachnoptes an Spatganoptes apud plinium

Parthenium herba

... oium rex gerédaq; alii cuiusq; loci deū autumāt. ¶ Peragrāti: lustrāti. ¶ Quottidiana officia: circa illū officia quottidie uersati. ¶ Togatus: ciuiliq; hitu: nō regio culti. ¶ Insignis: sine purpura & diademate.

De interiori & familiari uita.

Voniā qualis in īperiis: ac magistratib9: regendaq; per terrā; orbē pace belloq; republica fuerit exposui: referē nūc interiorē ac familiarē eius uitā: qusq; moribus atq; fortuna domi: & inter suos egerit a iuuē usq; ad supremū uitæ diem. Matrē amisit in primo consulatu: sororē Octauiā quinquagesimū & quartū agēs ætatis annū: utriq; cū præcipua officia uiuæ præstitisset: etiam defūctæ honores maximos tribuit.

De sponsis & uxoribus eius.

Ponsam habuit adolescēs. P. Seruilii Isaurici filiam sed recōciliatus post primā discordiā Antonio expostulātibus utriusq; militibus: ut ex necessitudine aliqua iūgerent: priuignā ei9 Claudiā Fuluiæ ex. P. Clodio filiā duxit uxorē: uix dū nubilē: ac simultate: cū fuluia socru exorta dimisit intactā adhuc & uirginē: mox Scriboniā ī matrimoniū accepit: nuptam ante duobus cōsularibusq; & ex altero etiā matrē. Cum hac etiā diuortiū fecit pertesus ut scribit āno; puersitatē ei9: ac stati Liuiā Drusillā mrīmonio Tiberii Neronis: & quidē prægnantē abduxit: dilexitq; & pba

¶ PHI. ¶ Quoniā qualis in īperiis post explicatā augusti uitam publicā hoc ē qualis fuerit in publicis rebus administrandis. nūc referre se uelle uitā priuatam testat. hoc est qualis fuerit in re domestica qualiter uixerit cum suis. nunquid fortunatior fuerit foris q domi. hæc .n. quæ ptinent ad cognitiōem uitæ iterioris & domesticæ nō minus ondunt pricipem q res foris gestæ: & uita in ,ppatulo acta. utit' at tranqllus trāsitōe. q exornatio rhetorices est: q cū ondit breuiter qd dcīn sit. Itē breuiter ,pponit qd consequatur. ¶ Matrē. actiā. ¶ Isaurici filiam seruilius isauricus cum mortuus eēt elatus fuit publico funere. ¶ Interiorē uitā. domesticā & qualis fuerit dom & itra penares. ¶ Vtriq;. matri acciæ & sorori octauiæ. ¶ Priuignā ei9 claudiā. post initam proscriptionis societatem censuetunt milites amicitiā inter augustū & antonium esse affinitate firmandā itaq; augusto uxor data est claudia fuluiæ & p. clodii filia antonii priuigna. Nam fuluia tres habuit maritos p. clodium illū Ciceronis inimicum. ex quo erat hæc claudia secundum curionem: tertium Mar. Antonium. Vnde ait Cicero in secunda Antonianā. & enim ista tua minime auara coniunx quam ego sine contumelia describo: nimiū debet ...po. Ro. pensionem tertiam. ¶ Vix dum nubilē. adhuc uiro immaturam contrarium illud. Iam matura uiro iam plenis nubilis annis. ¶ Simultate cum fuluia. extat epigramma augusti Cæsaris: quo causa simultatis inter ipsum & fuluiam exortæ obscena refertur. sic. n. ait: quod futuit claphirā antoni' hanc mihi penam fuluia constituit: se quoq; uti ... aut futue aut pugnem' ait: q qd mihi uita carior est ipsa mētula signa canant. Appiānus uero li. v. bellorum ciuilium refert fuluiam impulisse lucium Antōnium ad bellum aduersus augustum capescendum. erat enim ut inquit luci' Florus fœmina uirilis militiæ gladio cincta quæ semper Antonii ingenium agitabat: plutarchus quoq; sic scribit in antonio: erat fuluia natura ferox atq; impigra: putabatq; fore ut antonius a cleopatra distraheretur: si quis rerum motus in italia esset ... rum cum Fla in asiam nauigatet mortua est sycione. ¶ Scriboniam. in expositiōe nouissimæ apud propertium elegiæ non pauca scripsimus de hac scribonia: quæ fuit de familia libonum. hinc mendosus ille uersus a nobis est emaculatus. Altera maternos exæquat turba ligones: non enim ligones apud propertium legendum est sed libones. cum scribonii libones dicti sint. & puteal quæ erat sedes prætoris dictum est libonis a libone scribonio: qui prope arcum fabianum tribunal & subsellia collocauit tranquillus in libello de grammaticis meminit scribonii grammatici: quem ait fuisse redemptum & manumissum a scribonia libonis filia: quæ prior augusti uxor fuerat. ¶ Etiam matrem. nomen ē q dialectici dicunt ad aliquid: nam cum matrem audis statim intelligis illam quæ filios habet. ¶ Abduxit. abducere proprie est per uim ducere. ut enim perducere interdum significat. unde perductores a Cicerone in uerrinis dicti qui ut inquit asconius an hoc differunt a lenonibus: quod lenones sunt scortorum: perductores etiam inuitarum personarum: & in quibus stupra exercitata legibus uindicantur significat augustum quasi per uim potius q ab illo neo accepisse liuiam uxorem. ¶ Prægnantem posterius uidebimus quemadmodum liuia cū augusto ... nupsisset intra mensem tertium pepit drusum: qui fuit pater claudii impatoris.

Libones

Perductores

¶ M. AN. ¶ Quoniam trāsitio ex epilogo & ,ppositiōe cōstās: a politica uitæ rōne ad oeconomicā. ¶ Egerit. iunxerit. ¶ Matrē acia. Octauiā sororē. quæ. C. Marcello mox Antonio nupsit. ¶ Officia. Appianus auctor est eius pietatis in matrem amoris aūt & officii in sororē. Plutar. in Antonio. ¶ Claudiā: ex. p. Clodio & Fuluia genitam. Plutar. at Curioni antea nuptā ait Fuluiam ab antonio acceptā q diuerso loco Clodiā Fuluiæ filiam & Antonii priuignam dicat Concordiæ cā Augusto despōsatā: unde colligi pōt Fuluiā primum Clodio. mox curioni nouissime Antonio nupsisse. ¶ Simultate: cōtētiōe: discordia. Appia. & Plut. eiusmodi simultatis meminerunt. ¶ Nuptā duobus senatoribus: sūt q Scriboniā itelligāt. quæ. L. Scipiōis

qui in aphrica a Cæsare dictatore uictus est nupsit: sed nõ aduertunt pax temporx rõnẽ conuenire: nisi Augustus admodũ iuuenis cõcordiæ cã ducere uoluerit fœminã grãdem natu. fuit & alia scribõia huius filia cuius Tranqllus in li. de grãmaticis: & rhetoribus meminit. de qua libentius intellexerim: sed qbus hæc uel mater duobus senatoribus nupserit q liboni adhuc quæro. ¶ Pertesus: eius mores aduersatus. ¶ Liuiã drusilla. tiberii & Drusi matrẽ. ¶ Abduxit: abductam dixit quasi auctoritate magis q̃ uoluntate. Tiberio neroni. cui locata erat: ademptam in Tiberio Liuiã inquit Drusillam: & tunc grauidã: & iam antea apud se Tiberium enixa petẽti Augusto cõcessit: qbus uerbis apparet Liuiã non ui ademptã: contra in caligula: qui ille Liuiam Horestilam Caio Pisoni locatam medio nuptiarum officio domum abduxisset gloriatus ẽ romuli & Augusti exemplo quæsitam sibi uxorem: quasi ui dicere uoluisset. quod & Antonius ad Augustũ scribens in epistolis exprobrare uidetur.

uit unice ac pseueranter. De filia Iulia & mrĩmoniis ci9.

Ex Scribonia Iuliam: ex Liuia nihil liberox tulit: cũ maxime cuperet. Infans: qui cõceptus erat: imaturus est editus. Iuliam primũ Marcello Octauiæ sororis suæ filio tãtũq; pueritia egresso: deinde ut is obiit. M. Agrippæ nuptui dedit: exorata sorore ut sibi genero cederet. Nã tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat & ex ea liberos: hoc quoq; defũcto multis diu etiam ex equestri ord. ne circũspectis conditionibus Tiberium priuignũ suũ elegit: coegitq; prægnãtem uxorẽ; & ex qua iam pater erat dimittere. M. Antonius scribit primum eum Antonio filio suo despondisse Iuliam: deinde Cotisoni Getarum regi quo tempore sibi quoq; inuicem filiã regis in matrimonium petisset. De nepotibus eius ex Iulia.

Nepotes ex Agrippa & Iulia tres habuit. C. & L. & Agrippam: neptes duas Iuliam & Agrippam. Iuliam. Lucio. Paulo censoris filio. Agrippinam.

¶ PHI. ¶ Nihil liberox. pli. in vii. ic scribit. est qdã priuati dissociatio corpox & inter se sterilisat: ubi cũ aliis miscuerẽ gignũt sicut augustus & liuia. ¶ Immaturus est editus. ex utero minoratus editur fetus nouo & decimo mense itẽ dũ & septio sed raro: inter: & hoc est partus tẽpestiui tps a philosophis medicisq; obseruatũ: ante quod edit9 fetus ẽ imaturus & fit abortiu9 & tunc fœmina dicit abortare Iulius firmicus. Abortiuit filios geminos. ¶ Marcello octauiæ. octauia augusti soror ex marcello duas filias & marcellũ genuit: quem genex sibi & filium fecit augustus. mortuo deinde marcello cum Cæsar non facile quẽ sibi ex amicis genex eligeret suasit octauia ut agrippã genex suum caperet. quod cũ Cæsari placeret octauia cũ agrippa genero egit: ut filia repudiaret: & Cæsari gener fieret quod & factum est. auctor plutarchus ut i Antõio. ¶ Is obiit. s. marcellus. de obitu marcelli qui periit in baiano agens annum ætatis. xviii. scripsimus copiose in secundo ppertii commentario. ¶ Marcellax: filiax octauiæ & marcelli: quæ duæ erant. ¶ Tiberium priuignum filium huiæ drusillæ. priuignus. u. est ut dicunt dialetici nomen ad aliqd. & ut scribunt iurisconsulti uxoris meæ filius mihi priuignus ẽ. ¶ Prægnantẽ uxorem. in tiberio scribit tranquilus quẽadmodũ agrippinam marco agrippa genitam uxore duxit susceptoq; ex ea filio rursusq; grauidã coactus est dimittere: ac Iuliã augusti filiã cõfestĩ ducere nõ sine magno angore ai: de quo mox plura. ¶ Iã pater erat suscepto filio druso. ¶ Antõio filio: octauia antõiũ marci antõi filiũ ex fuluia genitũ ita magnũ apud Cæsarẽ fecit ut post agrippã & liuiæ filios prias ptes obtineret: cui & ipsa alterã filiax marcellax matrimonio collocauit. ¶ Cotisoni. de hoc & oratius loqui uidetur lib. ii. carminũ scribens occidit daci cotisonis agmen: medius infestus sibi luctuosis dissidet armis. ¶ Getax regi. getæ populi sunt i scythia europea aduersus quos Cæsar augustus exercitũ quinquagintamiliũ misit: auctor strabo in. vii. qnidã getas daços appellãt alii uero dacos eos dicunt q ad histri fontes uergũt: quos olim dauos uocatos esse idẽ strabo arbitratur. getas uero eos qui ad pontũ in orientẽ spectant. pli. i. iiii. sic ait. oẽs scythax sunt gẽtes uariæ tñ littori appositæ. tenuere alias getæ daci a romanis dicti: alias sarmathæ a græcis sauromathæ: refert helius spartianus getas dici gotos. unde asyriticus hoc est dubius iocus emersit in antoniũ carracalã qui cũ getas deuicisset & fremẽ uoie getã occidisset a pertinace festiuiter dictũ atq; mordaciter: getici nomen inter alia cognomenta antonio ascribendũ esse. ¶ Filiam regis. s. cotisonis. ¶ Iuliã. s. neptem. ¶ L. paulo. fortassis hic ille. L. paulus est: qui prius habuit uxorem corneliã ex familia libonum cuius rei extat pulcherrima apud ppertium elegia in calce opis. Namq; ut credam huic nupsisse post obitum corneliæ iuliam augusti neptẽ persuadet illud: quod cẽsoris filius uocatur a tranquillo: & apud propertium huius censuræ mentio fieri uidetur illo uersu. me neq; censuræ legem mollisse & paulo post. filia tu speciem censuræ nacta paternæ.

Daci

Daui

Sarmatæ

¶ M. AN: ¶ Ex Scribonia cũ qua diuortiũ fecit. ¶ M. Marcello: q ex. c. marcello: ut diximus: & maiore Octauia est natus. ¶ Exorata: pcibus uicta. ¶ Sibi genero cederet: generi possessiõe ui pateretur Agrippam facto cum Marcella filia diuortio ex qua iam pater erat: Iuliam suam Augusti dico filiã duceret uxori. ¶ Alteram marcellax: unã ex duab9 octauiæ filiabus quas illa ex. C. marcello fuerat enixa. ¶ Hoc quoq; agrippa. s. ¶ Priuignum: Liuiæ & tiberii neròis filiũ. ¶ Prægnantẽ: grauidã. ¶ Vxorẽ agrippinã: Mar. agrippa

& pomponii attici filia genitam:ex qua drusum filium tiberius tulerat: Anneus seneca nomen attici inquit perire Ciceronis epistolæ non sinunt:nihil illi profuisset gener agrippa: Tiberius progener:& drusus Cæsar pronepos:inter tam magna noia taceretur nisi Cicero reliqua ex eo require. ❡ Tiberius:ne quis similitudine nominum erret:is dico qui priuignus fuit augusti:ac post illum rex potitus est:& fratrem drusum & filium quẽ ex scribonia tulit eiusdẽ nominis habuit:Sed de utroq; alias:est ad hæc ipse ut pater Tiberius nero appellatus:nã qui tiberio neroni Tranqllus ait Liuiã locatã de patre loquitur quum Iuliam tiberio post agrippæ mortẽ matrimonio iunctam de filio qui postea ut dixi Imperator fuit. ❡ Antonio filio:quem Antonius ex fuluia tulerat:Augustusq; Alexandria capta occidi iussit. ❡ Cotisoni:cotisonis huius horatius meminit:occidit daci cotisonis agmen. ❡ Gethar regi:gethæ supra histrũ pontico mari adiacẽt:Plin. ab eo omnes scytæ gentes uariæ tamen litori appositæ tenuere alias gethæ daci a romanis dicti quibus plini uerbis dacos & gethas eandem esse gentem:non mirum igitur si hic getharum regem uocat quem flaccus dacium dixit.

Germanico sororis suæ nepoti collocauit: Caium & Lucium adoptauit domi per assem & liberam emptos a patre Agrippa:tenerosq; adhuc ad curam Reipu. admouit: & cõsules designatos circum prouincias exercitusq; dimisit. Filiam & neptes ita instituit:ut etiam lanificio assuefaceret:uetaretq; loqui aut agere quicq̃ nisi palã: & quod ĩ diurnos cõmentarios referret̃ extraneorũ quidẽ cœtu adeo ꝓhibuit:ut L. Tuci. claro decoroq; iuuẽi scripserit quõdã parũ modeste fecisse eũ:q; filiã suã baias salutatũ uẽisset. Nepotes & lras &

❡ PHI. ❡ Sororis suæ nepoti. octauia augusti soror duas ex antonio filias antonias suscepit alteram uxorem duxit domitius ænobarbus:alterã drusus liuiæ filius augusti priuignus:ex hac nati sunt germanicus & claudius qui postea imperauit auctor plutarchus: & inferius in caligula id late explicabitur. erat itaque germanicus hoc pacto nepos octauiæ ut pote genitus ex antonia illius filia: quum plinius

solinusq; notificant nunq̃ expuisse. ❡ Per assem & librã emptos. mancipatio ut Caius iurisconsultus in institutionibus & boeti⁹ in .iii. commentario topicorũ exposuerunt est imaginaria quædã uenditio quod ipsum ius ipsorũ Romanorũ est ciuium eaq; res ita agitur adhibitis nõ minus q̃ quinq; testibus ciuibus rõanis puberibus & pterea alio eiusdẽ cõditionis:q librã æneã teneat:q appellatur libripens. aderat & ille:qui familiæ emptor dicebatur:q mancipium emit:& æs tenet ita dicens. hunc ego hoiem ex iure quiritiũ meũ esse aiousq; emptus est hoc ære æneaq; libra. deinde ære percutit libram. idq; æs dat ei:a quo mancipiũ accepit quasi ptii loco ex lege .xii. tabularũ quæcũq; res ab alienari non poterant nisi p hanc solemnitẽ:quæ p æs & librã fieri dicitur:cuius rei meminit & porphyrio:q enarrãs illud oratianum:si proprium est quod qs librã mercatur:& ære sic scribit:uerba sunt iuris quibus oĩs emptio confirmatur:cũ p libram expensa pecunia p ipsum prætium demonstratur. pterea scriptum legimus lib. ii. institutionum genus testamentorũ fuisse quod dicebatur p æs & libram:cuius solemnitas agebatur per illam imaginariam uenditionem:cuius solemnitas supra scripta est. de quo sic scribit gellius li. xiiii. tertium testamentorum genus fit per familiæ mancipationem:cuius æs & libra adhiberetur. Igit̃ augustus hac solẽnitate adhibita adoptauit agrippæ filios tanquam alio iure non possent abalienari transireq; in alienam potestatem. ❡ Lanificio assuefaceret apud romanos nuptialis uox erat thalasio:quod signum fuisse lanificii Varro & festus Pompeius prodiderunt. thalasionem enim uocabant quasillum:qui alio modo appellatur calathus:quod genus uasculi est usq; lanificiis accommodatum. & ut inquit plutarchus in romulo:hæc uox exortatio erat & prouocatio ad lanificium:quod græci thalasion dicunt:namq; mulieres nulla alia in re uiris operam suam nauabant q̃ in his quæ ad lanificium pertinent. Vnde institutum est ut nubentes uirgines comitaretur colus compta & fusus cum stamine. Non me præterit historiam de thalasio uulgatissimam aliter narrari ab historicis:sed hæc omittenda non sunt:quæ ex litteris interioribus deprompta magis iuuant studiosos. lanificium sordida res & ignominiosa apud persas. ut enim inquit curtius:nihil existimant turpius q̃ feminas admouere lanæ manus. ❡ Diurnos. tanq̃ in diarium: est enim diarium liber in quo per dies singulos res gestæ scribuntur græci ephemerida uocant auctor gellius in .v. sed de ephemeride plura scripsimus in .iii. propertii commentario in illius uersus interpretatione. & ponit duras inter ephemeridas. ❡ Salutatum uenisset. tanq̃ sub ptextu salutatiõis obreperet ad adulteriũ filiæ. sepe numero. n. sub honestis nominibus adulteri delitescũt. ❡ Baias. baianas delicias insectatur seneca li. vii. epistolarũ moralium tanq̃ diuersoriũ uitiorũ eẽnt ubi sibi plurimum luxuria permitteret.

Imagiaria uendiuo

Familiæ emptor

pæs & libram

Thalasio quid

Colus cũ stamine

Diarium Ephemerides

❡ M. AN. ❡ Germanico sororis suæ nepoti:Germanicus drusi fratris tiberii & iunioris antoniæ filius:sunt or antonii. M. Antonii triumuiri & octaniæ filia:Plutarchus in Antonio est auctor. ❡ Per assem & libram:per assem & libram emptio fiebat quum adhibitis testibus is qui empturus erat libra quam tenebat ille qui in possessione mancipii erat ære percussa se mancipium idest seruum aut aliud quod sub eius dominio esset ut filium dicebat ea sui emptione uendicare:Sed quum tria essẽt testamentorum genera:quorum unum Calatis comitiis in concione populi fieret. Alterum in procinctu quum milites in aciem processuri essent tertium fuit quod per familiæ emancipationem fieri consueuit cui æs & libra:ut Gellius ait:adhibebantur:Verum non inepte quæri posset cur domi emptos dixerit:si publicæ alioquin id fieri consuesset: Cui occurras licet Calatis comitiis auctore gellio & execrationes & testamenta fieri soli

ta quoq₃ unum id genus erat qđ p æs & librã fiebat: Verǔ eadē calata comitia ꝓ collegio pontificũ haberi solita lælius fœlix tradidit pōtifices coire oportuit in pōtificis maximi domo potius q̄ alibi. Augustus tum pontifex maximus erat: ergo domi a ꝓ collegio pontificũ ad se accersito uel domi emptos. q.d. non extra familiã quæsitos: siquidē. C. & Luciũ nepotes augusti Iulia filia genitos ꝓ domesticis habere potuit. ❡ Circa prouinciã ad prouinciarũ administrationes. ❡ Filiam iuliã. ❡ Neptes. Iuliæ & Agrippæ filias. ❡ Vt etiam ❡ Lanificio assuefaceret: sīc dixit quasi paruǫ decorǫ illustriori loco natis esset lanificiũ quod apud ouidiũ quererula illi penelope affirmare uidet: Forsitan & natres iquit q̄ sit tibi rustica coniunx. quæ tantũ lanas non sinit esse rudes: hæc illa uerǫ Tanaquil uel ob idipsũ a rõscriptoribus est maxime celebrata: Plinius lanã colo fuso Tanaquilis quæ eadē Caia Cecilia uocata est in templo Marci ancj durasse se hæc prodente auctor est Marcus Varro: Plutarchus in romulo eiusdem tanaquilis & lanificii eius meminit: Homerus heroidibus quoq₃ id opificiũ tribuit: sic apud illũ hector andromachen alloquitur ἀλλ᾽ εἰσ οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆσ ἔργα κόμιζε ἱστόν τ᾽ ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισ κέλευε. Brutus quoq₃ ad bellũ exiturus portiã uxorem: ut Plutarchus scribit ad colũ & telam interpellantē remisit: idē auctor: Caios & Caias uoces in sacris nuptialibus in bonũ rei omen quia tanaquil. C. fit dicta usurpatas tradidit quanq̄ fabius aliter interpretatus sit. ❡ Pro palam: in aperto & omnibus audientibus. ❡ Diurnos commentarios: græci Ephemeridas dicunt. Iu. in cuius manibus ceu pinguia succia tritas cernis ephemeridas. ❡ Baias: littorale campaniæ oppidum a baio ulixis socio dictum: silius italicus Itacensia littora am bai. ❡ Nepotes. C. & Lucium & agrippam Iulia genitos.

natare aliaq₃ rudimēta per se plerũq₃ docuit; Ac nihil æque elaborauit q̄ ut imitarent chirographũ suum: neq₃ cœnauit una nisi ut in uno lecto assiderēt: neq₃ iter fecit nisi ut uehiculo anteirent aut circa adequitarēt.

De infortunio eius circa sobolē descēdētiũ.

SEd lætũ eum atq₃ fidentē & sobole & disciplina domus fortuna destituit. Iulias filiã & neptē oibus ꝓbris contaminatas relegauit. C. & L. in duo de. xx. mensium spacio amisit ãbos. C. i lycia. L. massiliæ defūctis. Tertiũ nepotē Agrippã simulq₃ priuignum Tiberium adoptauit in foro

❡ PHI. ❡ Natare. hoc erat officium exercitatioq₃ pene quotidiana romanæ iuuentutis: ut in cãpo martio armis exercerētur & deinde in tiberi natarent: ut ita sudorē puluereq₃ armis dilluerent: ac lassitudinē cursusq₃ laborē natãdo depōerēt. auctor Vegetius. hinc ab oratio dictũ est: Cur timet flauũ tiberim tãgere. ❡ Rudimenta. tyrocinia & prima excremēta disciplinarum. ❡ Per se. ut ipsemet doctoris officio fungeret. ❡ Chirographũ suum. suã ut dici solet i scribēdo manũ. & cicero scribit se amare alexis manũ. a chirographo chirographarius deriuatur. Iurisc͡osultus titulo commodati eleganter appellat debitorem chirographariũ: qui suo chirographo scripsit se in codice debitorē. ❡ Vno in lecto triclinari & discubitorio. Scribit plinius pōpeium tertio triũpho tomã transtulisse lectos triclinares tres ex auro & gēmis. ❡ Vehiculo anteiret. ex more psarum: apud quos iter facit rex i uehiculo cognatis antecedētibus: cũ liberi regis in uehiculis subsequantur. uoluit augustus ut nepotes secum eadē mensa discũberēt ut ipsius oculis subiecti essent modestiores. ❡ Fortuna destituit. pene simile est illud quod de herode prodidit iosippus: illum quidem in aliis rebus omnibus fuisse fortunatissimum: in rebus uero domesticis infelicissimum. nam ex uxore marianæ & filiis infortunia non pauca illi prouenerunt. ❡ Probris. stupris atque flagitiis. probrum uirginis uestalis capite antiquitus ex lege puniebatur. Existimat ulpianus iuriscōsultus probrum & obprobrium idem esse: quod interdum pro maledictis & conuitiis acceptum est. Liuius occursant portis ingerunt probra. Et cicero ad atticum. Epistolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. Probra enim significant apud utrunq₃ in hoc loco idem quod conuitia & contumelias. sed probum sepius ad dedecus flagitiumq₃ refertur. Et pro stupro apud ueteres usurpatur. ❡ Caio & Lucio. Caius ab augusto cum exercitu missus ad orientem sedandum fuit interfectus a quodam nomine donnequ simulata proditione libellum caio obtulit utrumq₃ libello legendo intentum cultro percussit percussor ipse a militibus quidem confossus est: Caius uero ex uulnere obiit. hunc cum augustus mitteret in armeniam rogauit deos ut illum comitaretur beniuolentia pompeii: audentia alexandri: ipsius uero fortuna. Sed uota sepe irrita feruntur a procellis: ut aiunt poetæ. ❡ In lycio. Regione asiatica in qua est mons chimæra noctib' flagrans: & xantos. op. fluméq₃ eodē noie. ❡ Lucio massiliæ. Lucius ut inquit florus massiliæ inglorius moritur ex morbo. Est autem massilia narbonensis prouinciæ ciuitas incly ta: opus phocensium qui bene instituti legumque condam æquitate fuerunt excellentes cum aristocratia rempublicam gubernarent. præterea studiis litterarum adeo clara fuit hæc ciuitas: ut temporibus strabonis romani pro attica peregrinatione massiliam peterent causa disciplinarum capescendarum: De massilia superius satis multa.

❡ M. AN. ❡ Per se. nullo externo pceptore adhibito. ❡ Chirographũ suũ: suum scribēdi characterē. ❡ Cœnauit una eodem triclinio. ❡ In uno lecto: eodem quo ipse accubaret. ❡ Fortuna: successus. ❡ Oibus probris: omni flagitio & infamia. C. & Lucium: quos adoptauerat. ❡ In lycia: asiæ regio est lycia inter cariam & pamphiliam sinum a lyco pandionis filio olim termile dicta. lxx. oppidis frequens ut Plinius scribit.

Chirographarius

probrum

¶ Massiliæ insignæ id narbonēsis galliæ oppidū a phocēsibus conditum: Strabo: Plinius & Lucanus sunt auctores.

lege curiata. Ex quibus Agrippam breui ob ingenium sordidū ac ferox abdicauit: sepositq; surrentū. Aliquāto aūt patientius mortē q̄ dedecora suo℞ tulit. Nā C. Luciiq; casu non adeo fractus: de filia absens ac libello p quæstorem recitato notū senatui fecit: abstiuitq; cōgressu hoium diu pre pudore ēt de necāda deliberauit. Certe quū sub idē tp̄s una ex cō

¶ PHI. ¶ Lege curiata. pōponius iuriscōsultus tradit romulum diuisisse populū romanū i triginta partes: quas curias appellauit: ppterea quod tunc rei publicæ curā p sniās partiū earū expediebat. Et ita leges quasdā & ipse curiatas ad populū tulit: tulerunt & sequentes reges curiatas leges quæ oēs conscriptæ fuerunt in libro sexti papirii: q ob hoc appellatur ius ciuile papirianū. De lege curiata sic scribit Cornelius tacitus quæstores regibus ēt tum imperantibus institutum sunt. quod lex curiata ōndit ab lucio bruto repetita. p hanc legē augustus adoptauit agrippā nepotem ex iulia & tiberiū priuignū ex liuia. Comitia aūt quæ partim curiata partim cēturiata dicebātur. quo℞ meminit gellius m. xiii. nihil ptinent ad legē curiatam. in comitiis curiatis ois potestas calculo℞ erat penes plebeios: cū uiritum suffragiū ferretur: In centuriatis uero diu erant patricii: cū singulæ centuriæ singula ferrēt suffragia. plures. n. erant centuriæ diuitū q plebeiorū super qua re multa scienter & subtiliter explicant a dionysio alicarnaseo lib. iii. & vii. antiquitatum. ¶ Abdicauit. abdicare .p amouere & priuare ponitur ut abdicauit se dictatura abdicauit se cōsulatu: quæ elocutio frequens est apud historicos: & ita pater filium abdicare dicitur cū eū ex familia abiicit & a bonis amouet atq; exheredat. ¶ Sepofuit surrentū. surrentū ciuitas est cāpaniæ cū pmontorio mineruæ syrenū quondā sedes. Surrentina uina inter generosa numerant̄ cōualescentibus maxime cōprobata pp tenuitatem salubritatemq;. Tiberius cæsar dicebat cōsensisse medicos ut nobilitatē surrentino uino darent: alioqn esse generosum acetum. Caius cæsar qui successit tiberio nobilem uappam appellabat uinum surrentinū. Censebatur antiquitus surrentum calicum quoq; nobilitate: qui opere figulino præcipui illic conficiebantur: ut indicat plinius. xxxv. unde a martiale dictum est. Surrentina bibis nec murina picta nec aurum sume: Dabunt calices hæc tibi uina suos. De surrento sic ait silius in quinto punicorum: Equana & zephiro surrentū molle salubri. ¶ Dedecora. tanq̄ dedecus peius sit q mors q reliqua oia infortunia. ¶ Casu morte. cum alter massiliæ alter in licia occubuissent. ¶ Non adeo. n. non multum tristatus neq; nimio dolore confusus. ¶ Per quæstorem recitato. ex quæstoribus quidam sunt qui candidati principis dicebantur. quiq; epistolas eius in senatu legebant. ulpianus auctor: talem quæstorem modo significari intelligimus. scribit Seneca li. vi. de beneficiis q diuus augustus filiam impudicam relegauit & illius stupra pp̄ propalam potens iræ publicauit quæ tam uindicanda principi fuerunt quam tacenda: quia quorundam rerum turpitudo etiam ad uindicantem redit. deinde cum interposito tempore in locum iræ subisset uerecundia gemens q non illa silentio pressisset exclamauit. horum mihi nihil accidisset si aut agrippa aut mecenas uixissent. Multa sunt & digna annotatu quæ de impudicitia iuliæ augusti filiæ clarissimi conditores certatim pdiderunt. Quod scilicet gregatim admittebat adulteros: q noctibus marsiam coronabat: q forum ipsum ac rostra ex qbus pater legem de adulteriis tulerat elegit in stupra q ex adultera i quæstuariam uersa ius omnis licentiæ sub ignoto adultero petebat. Et qm̄ mētio icidit marsiæ: quē licētiosa iulia corōabat: obiter annotanda uidētur quædam non indigna cognitu nec futura curiosis ingrata. liberum patrem tanq libertatis deum ueteres coluere: unde & marsias eius minister i liberis ciuitatibus colebatur. ueluti iudicium libertatis: quod & seruius memorat in quarto eneidos commentario. hinc romani utpote libertatis cultores assertoresq; signū marsiæ posuerunt in foro: apud quod ut docet porphirio, uadimonium sistebatur. De hoc ait oratius in sermonibus. obeundus marsia qui se uultum ferre negat noniorum posse minoris. ad hunc quotidianus a iulia concursus fiebat ut refert seneca in sexto de beneficiis. hunc iulia luxu diffluens noctibus coronabat ut testatur plinius in uigesimo primo. & degemunt litteræ augusti. hic est ille marsia: cui cum coronam e floribus dempsisset. P. mutianus: eamque capiti suo imposuisset ob id in uincula duci iussus est a triumuiris ¶ De hac marsiæ statua nimi℞ intellexit epigrāmatarius poeta illo uersiculo. ipse potest fieri marsia causidicus. In cuius enarratione enarratores hallucinantur uoluit. n. intelligi festiuissimus poeta marsyam qui erat in foro: apud cuius statuam uadimonium sistebatur & causæ agebant̄ iam posse fieri causidicū. dum iugiter & cōtinēter audit strepitus clamosos litigātium & quotidianis causidico℞ actionibus obtunditur. Cui simile est illud frontonis platani conuulsaq; marmora clamant.

lex curiata

Abdicare.

Surrentū

Surretina uina calices surrentini

Candidat' quæstor

Marsia i liberis ciuitatibus marsia in foro

Loc' marcialis

¶ M. AN. ¶ Curiata lege: Calata comitia de quibus proximo loco diximus alia ut gellius scribit curiata erant alia centuriata: Centuriata per cornicinē uocari. Curiata uero curiatim populū ad cōcionē calari. i. p curias atq; id ipsum per lictorē non cornicinē fieri. ¶ Agrippā. C. & Lucii defuncto℞ fratrem ex iulia & Agrippa natum. ¶ Sordidū: foedum & in uita pnū. ¶ Abdicauit familia & bonis expulit est q; uiuētis adhuc abdicere exhæredare uero mortui. ¶ Surrenti: oppidū puteolano sinui ppinquū: calicibus & uino nobile: sed syrenū sede adhuc nobilius: papinius est inter notos syrenū nomine mutos. Mat. Surrentina bibis nec myrrina picta nec aurum sume dabunt calices hæc tibi uina suos: Plinius retinet hanc nobilitatem & aretium in italia & calicū tantum surrentum: & rursus quod ad uinū attinet idē auctor: Tiberius inquit Cæsar dicebat cōsensisse medicos ut nobilitatem surentino darēt alioqui ēē generosū acetum: Papini

ris. Qua bromio dilectus ager collesq; p altos utitur & plis non inuidet una phalernis. ¶ Dedecora. infamiam. ¶ Non ideo non multũ. nõ omnino fractus. ¶ De filia. de filiæ adulterio. ¶ Per quæstorẽ. quæstores ærarii id pstabant ut publicas litteras recitarent: ut est in eo libello q fenestellæ noie de romanis inscribitur magistratibus ¶ Congressu hominum. diu nulli sui adeundi copiã fecit. ¶ Deliberauit. animo agitauit. ¶ Ex consciis adulteriorum ministris.

scis liberta fœde suspendio uitã finisset: maluisse se ait fedes patrem fuisse. Relegatæ usũ uini omnẽq; delicatiorẽ cultũ ademit: neq; adiri a quoq̃ libero seruoq; nisi se cõsulto pmisit; & ita ut certior fieret: qua is ætate: qua statura quo colore cẽt: ẽt quibus corporis notis uel cicatricib9. Post quinquẽniũ demũ ex insula in cõtinentẽ lenioribusq; paulo cõditiõibus transtulit eã. Nam ut omnino reuocaret exorari nullo modo potuit: deprecãti sæpe populo Romano & ptinaci9 instãti: tales filias talesque cõiuges p concione iprecatus. Ex nepte Iulia post dãnationẽ editũ infantẽ agnosci alique uetuit. Agrippã nihilo tractabiliorẽ imo i dies amentiorem in insulam trãsportauit sepsitque insup custodia militum. Cauit etiã 'senatuscõsulto ut eodẽ loco i ppetuũ cõtineret: atq; ad

¶ PHI. ¶ Fedæ. nomen est libertæ. ¶ Vna ex cõsciis. una ex his quæ nouerãt iuliæ heræ adulteria: & illius stuprorum erãt cõsciæ. oratitis miseram se conscia

Conscia

clamat. idẽ. quo te demisit peccati conscia herilis. ¶ Fedes patrẽ ita uidebatur optare ut filia se suspenderet quemadmodum fede seipsam suspenderat. ¶ Vsũ uini. Vinum & adolescentia ut inquit hieronimus duplex ẽ libidinis incendium. Idem præ

Vinũ p ueneno

cipit uirgini Eustochio ut uinũ fugiat p ueneno. Nam ut ait pelignus poeta: Et uenus in uinis ignis in igne fuit. Ideoq; non inscienter fabulata est antiquitas priapum ex libero patre & uenere esse genitum cum hi qui uino indulgent: sint ad uenerea ppensiores. Præterea ut auctor est Valerius quæcunq; fœmina uini usum imoderate appetit & uirtutibus ianuam claudit & delictis aperit. Hinc anti

Vinũ fœis interdictũ

quitus non licebat fœminis uinum romæ bibere: & ut ait cato ideo propinqui fœminis osculum dabãtur sentirent an temetum hoc est uinum olerent. ¶ Delicatiorem cultum. Hæc enim instrumenta sunt impudicitiæ. unde apud liuium legimus minutiam uestalem propter mundiorem iusto cultum insimulatam fuisse stupri: Idem alibi ait. postumia uirgo uestalis de incestu causam dixit crimini obnoxia ob suspitionem propter cultum amœniorem. ¶ Corporis notis uel cicatricibus. Hoc ideo facere uidebatur augustus ut ita

Notæ regenerantur

cognosceret an filii ex talibus concepisset nam plerũq; notæ paternæ & signa quædã uerrucæ & cicatrices regenerantur. pterea ut auctor est plinius: quædã sibi similes semp pariunt filios: quædã uiro uerum iulia augusti filia cũ conscii flagitiorum mirarentur quõ filios similes agrippe pcrearet quæ tam uulgo corporis sui ptãẽ

Dictum iuliæ

faceret festiuiter respondit. Nunq̃ nisi plena naui tollo uectorẽ: quo urbane dicto significabat se non prius adulteros admittere quã ex marito grauida fuisset. augustus cũ ad nepotũ turbam similitudinemq; respexerat qua representabãt agrippã dubitare de pudicitia filiæ erubescebat. olim amico suadẽti ut se cõponeret ad exempla paternæ frugalitatis respondit: ille obliuiscit' se cæsarẽ esse: ego memini me cæsaris filiam.

Cõtinens icontinẽti

¶ Ex insula. in quã fuerat iulia a patre relegata inter genera penarum est in insulã deportatio. ¶ In continẽtẽ in terram ut uulgus appellat firmã. orbem enim terrarum diuisere cosmographi ut partẽ eius insulas: partem uocarẽt continentẽ uerum ut inqt apuleius i cosmographia: ois terrarum orbis una est insula cũ insulis suis oĩb' quam undiq; circũfundit oceanus. apud iurisconsultos incõtinenti usurpatur pro cõfestim & sine cũctatiõe sicut uulgo dicitur qd non facile repias apud oratores & historicos tales tã prostitutas tãq̃ impudicas quã prostituta q̃q̃ impudica foret ipsius filia. & ita oñdebat non esse præcãdum pro talibus sim qbus sola libido dñaretur. ¶ Ex nepte iulia. plurius inter augusti infortunia enumerat adulteria filiæ & neptis. ¶ Aliq. edu

Sepire

cari noluit ut aleret tanq̃ ex adulterio natus. Agrippã nepotẽ quẽ adoptatũ abdicauerat seposueratq; surrentum ex surrento in insulam tanq in locum deteriorẽ deportari iussit. ¶ Sepsit. clausit circũuallauit: sepire. i. est undiq; claudere atq; munire. unde sepes & septa & sepimenta deriuantur. ¶ Eodem loco. insula [illegible] latine significat. utinã utinã sine uxore esse & sine filiis mori liceret. Phoroneus rex legum conditor cũ moreretur fratri dixisse fertur. ad summam felicitatem nihil mihi deesset si uxor semper defuisset ait Terentianus senex. Quod isti fortunatum putant uxorem nunq̃ habui. De filiis autem q̃ inter dũ plus mœroris pbeant q̃ uoluptatis indicat dictum illius: qui dixit se filios inuenisse tortores. Euripides carent' liberis eleganter dixit in infortunio esse felicem.

¶ M. AN. ¶ Fœde. pprium libertæ nomen. ¶ Se fœde patrẽ: optare ut eadẽ mens filiæ fuisset mortẽq; sibi ut fœda cõsciuisset. ¶ Vsũ uini. uino ab initio romanæ mulieres decreto abstinuerunt. mecenas q uxorẽ occidit q uinũ e dolio bibisset a romulo absolutus dicitur. Plinius est auctor egnatiũ meteciium secutus: fabi' pictor qa mulier loculũ ubi claues erant cellæ uinariæ resignasset a suis inedia mori coactã tradidit: Cato icirco ait ppinquos domũ reuersos osculũ fœminis dare solitos ut cognoscerent an olerent temetũ: Dionysius psuasũ fuisse ait ab initio romãis corruptiõis principiũ esse ebrietatẽ: Insaniæ uero corruptionẽ. ¶ Cõsulto ci prius ad se delatã is qui ad illa traiecturus esset. ¶ A notis ac cicatricibus: ne credo moechorum qsq̃ ad eã sub aliena psona nauigaret. ¶ Ex isula. ex qua nõ dicit' sed potiã pãdatariã & alias cõtra cãpaniã litus sitas insulas hunc usũ principibus in suos seuientibus pstitisse cõstat. ¶ Exorari. pcibus uinci. ¶ Tales fili

as & coniuges tã impudicas q ipse filiã & neptem effectus esset, pro qbus tã ptinaciter intercederet. Agnosci uetuit in apertũ referri: Sed cõtinuo extingui qsi adulterio conceptũ. Transportatis. ex surrento i insulã transportari fecit. Sepsit circũdedit ne qua pateret effugiũ. Cauit: Cautũ uoluit. Senatusconsulto: publico decreto.

oẽm & eius & Iuliarũ mẽtionẽ ingemiscẽs proclamare ẽt solebat αἴθ᾽ ὄφελον ἄγαμός τ᾽ ἔμεναι, ἄγονός τ᾽ ἀπολέσθαι nec aliter eas appellare q tres uomicas: aut tria carcinomata sua.

De receptione & cultu amicitiarum eius.

AMicitias neq facile admisit: & constãtissime retinuit: & nõ tãtum uirtutẽ ac merita cuiusq digne psecutus sed uitia quoq & delicta dũtaxat modica ppessus. Neq eni temere ex omni numero in amicitia eius afflicti repirentur: præter Saluideniũ Ruffum: quem ad cõsulatũ usq & Corneliũ Gallũ quẽ ad prefecturã ægypti ex infima utrũq fortuna puexerat. Quorũ alterũ res nouas molientẽ dãnandũ senatui tradidit: alteri ob igratũ & maliuolũ animũ domo & puinciis suis iterdixit. Sed Gallo quoq & accusatorũ denũciationibus: & senatuscõsultis ad necem cõpulso: laudauit quidẽ pietatẽ tantopere pro se indignantiũ. Cæterum & illachrymauit: & uicẽ suam cõquestus ẽ: quod

PHI. Vomicas. tumores i corpore nascunt purulẽtiquos uomicas uocant a uomendo: ut indicat serenus sic scribens. sunt odio quos dira uomit natura tumores: uomica qbs erit uel idẽ proxima quedã. hinc plautus n infestiuiter uomicã appellat crumenam nũmis refertam atq tumentem: ut inquit in persa. Quid hoc in collo tibi tumet uomica est. pressare parce: nam ubi qui mala terigit mãu dolores cooriuntur. In uulua uomicas nasci testis est plinius: qui ait in uigesimo q sytacion uomicas uuluæ curabat menta. Iuuenalis & uomicæ putres. Cor. celsus i tertio ait. Vomicæ finis est ut rumpatur. prisci uomicas appellauere loca concaua & uetustate exesa.

Vomica quid

Carcinomata carcinomata sunt ex genere cancrorũ: de quibus hæc scribit celsus in quinto. Carcinoma fit maxime in superioribus partibus circa faciem nares aures: labra mãmas feminarum. & in iecore. aut splene hoc nascitur. color eius ruber est. curatiõibus irritatur. Est & alterum ulcus ex eodem genere qd Cacoethes a græcis nominat: & hoc recipit curationem. Vix discerni potest cacoethes: quod curationem recipit a carcinomate quod non recipit. Scribit plinius q polemonia herba ulcera quæ caoethe uocant sanat. Idem in uigesimo sexto ait ad carcinomata argemoniam herbam ex melle esse efficacissimam. Idem in uigesimo primo Sal carcinomatis imponi cum uua taminia. Amicitias non facile admisit. amicitia ut inquit aristoteles octauo ethicorum res est in uita maxime necessaria: adeo ut sine amicis nullus eligeret uiuere: licet cuncta possideret alia bona. Et ut ait Ennius qui põt esse uita uitalis: qui non in amici mutua beniuolentia cõquiescat: qui amicitiã e uita tollunt solem e mundo ut ait lelius apud Ciceronem tollere uidentur: iucundissimum mũ est ut uerissime scripsit plinius in rebus humanis amari: sed non minus amare: laudatq traianũ q cum ipse ardentissime diligat adhuc tñ ardentius diligatur. Adolescentes uero in amicitia colenda mobiles sũt qui cũ cito fiant amici cito desistũt: sæpe ut auctor est idẽ aristoteles eadẽ die propositũ mutantes. debemus itaq eẽ diligentes in amicis eligendis: ut idonei & stabiles & cõstantes eligant. hoc faciebat augustus qui amicitiarũ erat morosissimus pensitator. Et amicorum ubi idonei ad amicitiã uisi forent: cõstantissimus retẽtor. de quo sextus aurelius sic inqt. rarus quidẽ ad suscipiẽdas amicitias. ad retinendas cõstantissimus. Et ppertius in hãc sniam inqt cũ de amore loqueret. hoc mihi perpetuo ius ẽ quod solus amator nec cito desisto: nec temere incipio. Vitia modica ppessus. uetus uerbũ est: amici mores noueris nõ oderis: quo precipit amicorũ uitia si leuia sint ferẽda esse. in quã sniam est illud ab oratio decenter dictũ. ac pi ut gnati sic nos debemus amici si qd sit uiciũ nõ fastidire. Ad consulatũ usq. s. prouexit. Ad prefecturã ægypti. Eusebius chronographus sic ait in libris chronicorũ. Corneli gallus de quo Virgilius scribit i bucolicis primus tenuit ægyptũ quæ ab augusto facta ẽ romana puincia hic quadragesimo ætatis suæ anno ppria se manu interfecit. de eodẽ ait strabo in ultimo geographiæ. Gallus cor. cui primũ prouincia commissa est heroum urbẽ: quæ defecerat cũ paucis recepit & seditionem in thebaide exortam facile cõposuit. ptereundum minime est id qd apud amianũ marcellinũ legimus de cornelio gallo eiusq morte sic pdentem. Cor. gallus res tenens romanas egypti procurator exhausit ciuitatem thebarũ plurimis interceptis: reuersusq cũ furti arcesseret & populatæ puinciæ: metu nobilitatis acriter indignatæ cui negocium spectandũ dederat imperator stricto incubuit ferro. is est si recte existimo, gallus poeta quẽ flens quodãmodo in postrema bucolicon parte uirgilius carmine decantat: hactenus marcellinus. Alteri. saluidieno ruffo. Prouinciis suis. diximus supra diuisas fuisse puincias romanas ut aliæ cæsaris aliæ populi dicerẽtur. augustus saluidienũ uetuit habitare in illis puinciis: q ad ius ipsius ptinebant & cæsaris dicebantur.

Mors galli.

M. AN. Iuliarũ. filiæ & neptis. αἴθ᾽ ὄφελον ἄγονός τ᾽ ἔμεναι ἄγαμός τ᾽ ἀπολέσθαι. Sic hector ille homericus cõuiciabundus paridẽ alloquit. utinã nũq esses natus uel celebs mortuus esses. Vomicas: apostemata seu fistulas ut alii interpretant. Carcinomata: cancros græci καρκίνους cancrũ uocant unde & τὸ καρκινῶδες morbus ipse plinius huiusmodi Augusti clades breuiter executus. Incusatæ inquit liberorum mortes luctusq non tantum orbitate tristes adulterium filiæ & consilia parricidæ palam facta.

¶ Neq; facile admisit. Secutus credo sapientis illius solonis preceptum ut est apud laertium: [Greek illegible] amicos ne celeriter nimis acquiras qd & Cicero i laelio pcepit. ¶ Corneliu gallum. is ē de quo maro in bucolico carmine pauca meo Gallo sed q legat ipsa lycoris. & quē eusebius scribit primum oīum ægyptū in formā prouinciæ ab augusto redactam administrasse. ¶ Alterū gallū. ¶ Alterū silandeno ¶ Malluolū mihi infestum. ¶ Ad necem cōpulso: eusebius ē auctor gallum sibi mortē consciuisse. ¶ Pietatem pū et gra se patrum stupidū. ¶ Vicem suam paje feclicem sortem.

sibi soli nō liceret amicis quatenus uellet irasci. Reliq potentia atq; opibus ad finē uitæ suæ cuiusq; ordinis pricipes floruerūt: q̄q̄ & offensis interuenietibus. Desiderauit. n. nōnūq̄ ne de pluribus referā: & .M. agrippæ patiētiā: & Mœcenatis taciturnitatē: quū ille ex leui rigoris suspitiōe & qd Marcellus sibi anteferret: Mitylenas se relictis oībus contulisset: & hic secretū de cōperta Murenæ cōiuratione uxori Terētiæ pdidisset. Exegit & ipse inuicē ab amicis beniuolētiā mutuā tā a defunctis q̄ a uiuis. Nā q̄uis minime appeteret hereditates: ut qui nunq̄ ex ignoti testamēto cape quicq̄ sustinuerit: amicorū tn̄ suprema iudicia morosissime pēsitauit: neq; dolore dissimulato si parcius aut citra honorē uerborū: neq; gaudio si grate pieq; eius se psecutꝰ fuisset. Legata uel ptes hereditarū & a qbuscūq; parētibus relicta sibi aut stati liberis eorū cōcedere: aut si pupillari ætate essent die uirilis togæ: uel nuptiarū cū incremēto restituere cōsueuerat.

De seueritate & clemētia eius erga libertos.

¶ PHI. ¶ Sibi soli. Cogitꝰ imperator nōnunq̄ quedā facere ex aliorū snia. In multis ēt non libens morē gerere amicis: ideo ut interdū seruare nō possit: quē amici ad mortē deposcūt. Dicit Ci. in quadā ad. M. marcellū epistola: multa uictori eorū arbitrio p quos uicit ēt inuito facieda sunt. ¶ Quatenus uellet. tanq̄ amicis irasci noler usq; ad mortis supplicū. ¶ Reliq. augusti cæsaris amici. ¶ Offensis. offensa declinatꝰ: cuius diminutiuū est offensiuncula: quo utitꝰ Cicero. ¶ Cū ille. agrippa q indignabūdus & impatiēs sibi marcellum octauiæ filiū anteferri cōtulit se mitylenas: q ciuitas est in insula lesbo: de qua in iulio cæsare dictū est.

Agrippæq
q in pedes nascunt agrippæ dicti sunt uocabulo ab egritudine & pedibus: quos infelices ppe modū esse eruditi annotauerūt. unicū felicitatis exemplū in talibus est hic. M. agrippa. q & ipse ita tntus est: quiq; is puerpii sui pposteri luisse pœnas existimat multis icō modis: & ipmis aduersa pedū ualitudine cōflictatus: quē dolorē cū ppeti nequet unius medicorū portentosa scia ignorāte augusto demersit crura in acetū calidū in acerrimo ipetu morbi. atq; ita euasit tanti ptis usu pedū sensuq; oī: cu et eū dūmodo & dolore illo careret. plurimus inter infortunia agrippæ numerat pgtaue seruitiū soceri. socer āt fuit diuus augustus. ¶ Vxori terentiæ. Cato dicere solebat se diui penitudine si tē unq̄ arcana cū uxore cōicasset. preceptum esopi fabulatoris est: [Greek illegible] mulieri nunq̄ cōmiseris arcana: uitupatur mecenas qd nimis fuerit uxorius: q cū uxore quotidie diffidiū faciebat & mox recōciliabatꝰ. ob hoc dixit seneca in epistolis moralibus hūc esse q milies uxorē duxerit cū unā habuerit. idē in li. de mūdi gubernatiōe scribit uxorē mecēatis anxiā fuisse & morosā: cuius quotidiana repudia deflebat mecenas. differūt a tranqllo sextus aurelius & eum opus q scribunt mecenatē pcipuū fuisse augusto amicorū ob taciturnitatē & agrippā ob pacientiā modestiaq;. fuit alius mecenas melissius quē triēnio silētiū sibi iperauisse a cōuulsiōe redito sanguine pditū memoriæ est. ¶ Murenæ cōiuratiōe. huius mētio facta in superioribus ē. ¶ Exegit. repetit tanq̄ debitam: hoc. n. exigere interdū significat. aliquando excludere & eicere. Inde apud historicos leges exactis regibus p eiectis. & exactor regū dictus publicola qui tarquinios ex romano imperio eiecerat exturbaueratq;. ¶ Mutuam. n. amore respondentē. mutuꝰ dicitꝰ amor: ubi par uoluntas accipiꝰ & redditur. In amore āt uinci turpe est. ¶ Suprema iudicia. ultimas morientū uolūtates quæ in testamentis maxime apparent. ¶ Morosissime pēsitauit: cum nimia diligentia & morositate ppendit examinauitq;. ¶ Si parcius. sensus est. aperte dolebat augustus: siqs amicorū in testamēto de se ipso nimis parce & sine honorificentia uerborū meminisset. Idē apte gaudebat si amici benigne & pie sui mentionē fecissent in testamento scribendo. ¶ Partes hereditatū ut esset coheres. ¶ A quibuscunq; parentibus. ab his qui filios habuissent. uidetur. n. iniquissimum esse: q patri alius succedat q filius: q in hereditates paternas alii q̄ liberi succedant. ideoq; eleganter & uere dixit Cor. tacitus in uita soceri agricolæ: q a bono patre non scribiꝰ heres princeps nisi malus: tanq. s. boni principes nollēt inuadere aliena bona: minimeq; ad se ptinētia. hic laudatꝰ augustus q filiis testatorū bōa sibi relicta cōcedebat restituebatq; cū incremēto. ¶ Die uirilis togæ uel nuptiarū. Sensus est augustum noluisse accipere legata ab his: qui liberos haberent: sed consueuisse restituere illis ubi adoleuissent: quo die sumebant togam uirilē: uel si essent feminæ quo die nupsissent.

Arcana cū feminis ñ cōmunicāda

Silentium mecēatis

Exigere

¶ M. AN. ¶ Quatenus: quantū uellet. q. d. maiora sunt eorū scelera q̄ possit q̄s ill is leniter irasci & iccirco se infelicē dicere cui ut ē apud Anneū senecā malū eē necesse eēt. ¶ Reliq. amici. ¶ Offensis irei uenētibus q̄q & ab illis q̄nq; offensus. ¶ Desiderauit. M. Agrippæ patientia: q rigore quodā ai potius q̄ iniuria mitylenas concessit. Plinius pudenda inquit agrippæ ablegatio quasi ab augusto fuerit ille ablegatus non ultro.

fecesserit nisi ad eius filium id potius referas. ¶ Terentiæ uxori: Plinius: Arcanorum proditionē ad mecœnatis credo leuitatem alludens: Anneus seneca eum mollē & uxorium taxat: celebre alioquin ipsius nomen flacci horatii & Maronis carmine. ¶ Hæreditates: legatas. ¶ Supremā: ultimā: extremā uoluntatem: nam uoluntas ex indicio pendet. ¶ Morosissime: nimis anxiæ & curiose. ¶ Patrius: remissius. ¶ Citra honorem uerborum: an sine honorifica præfatione de se ultimo uitæ tempore locuti essent. ¶ Pupillari ætate: ut aliena ope & tutela indigerent. ¶ Virilis togæ: quo die uirilem togam sumpsisset. ¶ Aut nuptiarum: aut quum uxorem duxisset. ¶ Cum incremento: auctis et rebus aut muneribus superadditis.

Patronus dominusq; nō minus seuerus q̄ facilis & clæmens multos libertorum in honore & usu maxio habuit: ut Liciniū Enceladum aliosq;. Cosinium seruum grauissime de se opinātē nō ultra q̄ cōpedib⁹ coercuit. Diomedē dispensatorē a quo simul ambulante incurrenti fero apro p metū obiectus ē: maluit timiditatis arguere q̄ noxæ: rēq; nō minimi p̄iculi: quia tamē fraus aberat i iocū uertit. Itē Proculū ex acceptissimis libertis mori coegit compertū adulterare matronas. Gallo a manu quod p epistola p̄dita denarios quingētos accepisset, crura effregit. Pædagogū ministrosq; Caii filii p occasionē ualitudinis mortisq; eius superbe auareq; in p̄uincia grassantes oneratos graui pondere ceruicibus præcipitauit in flumen.

De infamia dedecorum primæ iuuentutis eius.

Prima iuuēta uariorum dedecorū īfamiā subiit. Sex. Pompeius eū ut effœminatū insectatus ē. M. Antonius adoptionem auūculi stupro meritū. Item. L. Martii frater quasi pudicitiam delibatā a Cæsare. Aulo etiam Hirtio in Hispania trecentis milibus nummum substrauerit

¶ PHI. ¶ Patronus dñsq; noīa hæc sunt relatiua & ut dialectici dicūt ad aliqd: nā patrōus libertī est & dñs serui & econtrario libertus p̄roni: seruus dñi ē. ¶ Liciniū: qdā autumāt hūc eē illū licinīū de quo uulgatū sit illud distichon. Marmoreo tumulo licinus iacet: at Cato paruo. pōpeius nullo. credimus esse deos. ¶ Dispēsatorē. In numero seruorū erāt dispensatores. hinc ait tacitus. Galbæ corpus dispensator argius e p̄timoribus sui humili sepultura in priuatis ei⁹ ortis cōtexit. & plinius in. xxxiii. sic inquit seruus claudii drusillanus noīe rotūdus dispēsator hispaniæ citerioris quinquagenariā lancē habuit. dicti āt sunt dispensatores ab dispēsanda pecūia. nā ut auctor est p̄liberalis & dipōdius assis appendebat: unde & adhuc expēsa dicunt. & stipendiorū hoc est stipis ponderādæ pēsatores libripēdes dicti. ¶ Fero apro. scribit plinius in. viii. in oībus aīalibus cuiuscūq; generis ullū sit placidū: eiusdem inueniri & ferū. utpote cū hoīum ēt siluestriū genera reperiant. cōplura tñ sunt nec placida nec fera sed mediæ inter utrūq; naturæ: ut hirūdines: apes delphinus mures. p̄blema est apud aristotelem. cur in animātiū genere quæcūq; domestica. eadē etiā fera reperimus quæcūq; aūt fera non utiq; eadē domestica natura creauit cū fero apro si misceatur sus domestica: quæ mixtura facilis est. nascetur hibrida. sic. n. uocatur ex utroq; sue & domestico & fero genitus. ¶ Arguere: accusare. ¶ Quā noxæ: criminis & culpa: alias noxa p̄iculū significat & dānū: De noxa & noxia plura scripsimus in notis seruii. ¶ Adulterare matronas. in hoc uidet imitatus esse iuliū cæsarē qui libertū gratissimū capitali pena affecit ob adulteratā equitis romani uxorē. olim claudius retulit ad senatū de pena feminarū: quæ seruis coniungerent: statuitq; ut ad id prolapsa in seruitute hēretur si maritus ignorasset: sin uero cōsensisset eēt loco libertæ. ¶ A manu. hoc ē amanuēsem & scribā. repete quæ superius scripta sunt in iulio cæsare: ubi ait philemonē a manu seruū. ¶ Prodita: reuelata demōstrataq; cuidā: cuius intererat eā inspicere. hoc āt factū ē cōtra offm̄ scribarū: q in p̄imis arcanorum tenacissimi custodes eē debet. ¶ Mortisq; eius. dictū iā est quēadmodum Caius augusti p adoptionē filius fuit in licya interfectus fraude dōnis: qui libellum legenti quem ipse porrexerat uulnus incussit. ex quo uulnere cū periisset caius pedagogus illius atq; ministri ceperūt superbe & auare grassari atq; predari in licia prouincia: p̄pter quod ab augusto affecti sunt supplicio capitali & in flumen precipitati: quo olim supplicio usus est alexander in seditiosos. ¶ Dedecorū. dehonestamētorū flagitiorum. ¶ Sextus pompeius. filius magni pompeii: hic fuit. exercuit pyraticam i sicilia: quē ut in superioribus explicauimus pugna nauali augustus profligauit. hic ergo utpote inimicus de augusto inimico obloqbat. solēt āt inimici insectanter & grauiter uituperare inimicos: & pleruq; fit ut quanto uituperatōes fuerint acerbiores tanto minus fidei habeant. potuerūt itaq; cōmenticia esse quæ sextus pompeius & marcus antonius in augusti iuuentā insectāter prodiderunt qui eū fuisse mollem & patientis criminati sunt. ¶ Adoptionem auūculi. Iulii cæsaris qui ut superius dictū est maior auūculus fuit augusti. hoc ē frater eius auiæ: per adoptionē uero pater. ¶ Lucius marci frater. significat luciū antoniū fratrē marci antonii triūuiri quem in bello perusino uictū ad deditionē compulit augustus. ¶ In hispania. hoc ad illud tēpus referendum: quo iulius cæsar profectus est in hispanias aduersus Cnei pompeii liberos: & tunc augustus eū subsecutus ē. ¶ Delibatā. preflorātā p̄regustatamq;: Cor. cethegus ab ennio dictus cū laude: flos delibatus populi. ¶ Substrauerit. prestituerit precio corruptus.

¶ M. AN. ¶ Patronus in libertos. ¶ Dñs in seruos. ¶ Grauissime: pessime. ¶ Dispēsatorē: dispenso uñ dis

Dispensatores in mancipiis.

Nec placida nec fera.

Hibrida.

p̄ensator ꝛ dispendo ē pēdendi æris mos lōge antiquissimus: nā quū æs graue eēt ī usu appēdi oportuit non numerari: q igit̃ pari ōi aut dñi æs dispēdebāt dispēsitores ab initio sūt dicti. ¶ Fero ꝑpro siluestri. ¶ Per metūq dū apri declinatet ī cursū irruētis illi augustū ꝓ se obiecit. ¶ Quā noxæ: culpæ. ¶ Proculū: ꝓculus dī q pegrinitte piei natus. ¶ Adulterare: adulteria cōmittere. ¶ Talbo a manu: q serui ꝛ manu essent q a pedibus dicunus. ¶ Pro epistola prodita: q secretiorē epistolā prætio corruptus uolenti legendā subiecisset aut ꝑ ere recitasset. ¶ Cau qui lycia perit. ¶ Occasionē: tpis oportunitatē. ¶ Valitudinis: morbi. ¶ Onerato genti pōdere. grandioribus saxis eius collo alligatis. ¶ Præcipitam: p̄cipitari fecit. ¶ Dedecoꝝ: probroꝝ. ¶ Sextus pom. magni pompeii filius: qui ab eo postea nauali est ꝑlio uictus. ¶ Insectatus: proscidit. ¶ Auunculi: Cæsar is. maior. n. auūculus augusto Cæsar dictator fuit. ¶ Stupro: turpissimo corporis obsequo. ¶ L. Antonius: qui circa perusiam ab eo fame domitus ē. ¶ Marci Antonii. f. triūuiri. ¶ Delibata: primo uiolati. ¶ Aulo hircio: qui postea mutinēsi bello p̄it. ¶ Substrauerat: abutendā dederat.

¶ PHI. ¶ Nuce ardenti. Dionisius ille syracusanoꝝ tyrānus solitus erat barbam sibi & capillū adurere cādentibus ingladium putaminibus hoc est ardentib⁹ nucū corticibus. & hoc faciebat ex formidine: dū timet tonsori collum caputq; cōmittere. Igit̃ augusto ꝓbro datū uidetur: q crura suburere nuce ardēti: quo mollior pil⁹ surgeret: sed & populus quodā uniuersus ludoꝝ die & accepit in contumeliā eius & assensu maximo cōprobauit uersum sccena ꝓnunciatū de gallo matris deum tympanizante: Vides ne ut cynedus orbē digito tēperat.

De adulterio & libidine eiusdem.

Psilothrū quid

solitusq; sit crura suburere nuce ardēti bus: tanq illud putamen habeat uim psilotri hoc est medicamēti depilatorii. Scribit plinius in. xiiii. maximū honorē fuisse resinæ in euellēdis a uirorum corporibus pilis. Idē in. xxiii. qd huic sententiæ cōgruit refert: putamen nucis cōbustum tritūq; in oleo aut uino infantiū capite perūcto nutrire capillum & eo sic utebant ad alopetias. sunt āt alopetiæ ex genere ateatū in qbus emortua pellicula pili extenuātur deinde excidunt. fit alopetia in capillo & in barba ut ait Cor. celsus: hinc sæpe leges apud plinium medicamēta tradi

Alopeciæ quæ.

ad alopetias repellendas de qbus apud auicēnam quoq; magna mētio est. Alopetia āt nominatur a Vulpe quā græci uocāt ἀλώπηκα: q hoc morbo peculiariter cōflictat̃. Igitur q glabri & molles dīu uideri uolebāt pilos uariis modis euellebant augustus nuce suburebat hoc ē modice urebat utebaturq; putamine nucis pro psilotro. ¶ Nā quāuis psilotra sint ꝓprie medicamenta muliebria tñ in usu etiam uiroꝝ esse ceperunt: q in femineam naturā se trāsferre ꝓ uiribus nitebant̃: dolebantq; q uiri essent nati prorsus enerues eura ti effeminati. De psilothro ī dictū est. & ut plinius in. xxvi. psilothrum hos quidē ī muliebribus medicamētis tractamus: uerꝝ ētiā uiris in usu est. ¶ Ludoꝝ die. quo ludi scenici & histrionici agebant̃. ¶ In cōtumeliā

Galliābon Equiuocū Pluriuocū Gallus qd:

eius. In cōtēptum opprobriūq; augusti. ¶ De gallo timpanizāte. agebatur fortassis in theatro fabula galliambo metro contexta: cuius argumentū erat de cybele cōpositum & de gallis cybeleis cōcinnatū: de quo ait & martialis. nec dictat mihi luculentus atys mollem debilitate galliābon. Gallus aūt nomen ē ut græci dicunt omonymon ut latini interꝑtantur equiuocum: qd̃ marcianus in dialectica plurivocū uocat: quando .s. pluribus rebus eadē est appellatio: est. n. gallus nomen gentis: nomē uiri: nomen auis. & fortunā corporis significat ut fabius quintilianus. i. castratū. Namq; tales erant galli sacerdotes matris deorum cybeles qd̃ nomē traxerunt a gallo flumo. ut scribit plinius in qnto & tradit ouidius in fastis. de gallis cybeles qui erāt abscissi multa scribit augustinus li. vii. de ciuitate dei: ubi ī eē ideo abscisos matri deum seruire ut significaret̃ eos q semine indigeāt terrā seq oportere: q mater deū noīatur. In ea qppe oia repiri auctor est iulius maternus si luna se in septimo loco soli mercurio saturno aliqua radiatiōe cōmūxerit: q; talis cōstel-

Archigalli Tympanistæ Tympanū cybeles. Cinedi.

latio faciet archigallos: uta. n. dicunt̃ principes galloꝝ abscissoꝝ. Idem alibi ait. uenus i. x. ab horoscopo loco facit eunuchos & archigallos. ¶ Tympanizāte tympanū pulsante. elegāti uocabulo id gēnus hoies timpanistas appellat apuleius in libro de demonio socratis: augustinus tradit iō magnā matrē q & tellus & cybele & ops & mater deū uocit̃: hie tympanū uit significet ut eā esse orbē terræ: & ob hoc ipsū tympanū galli cybellei in sacris pulsare solebāt. lucretius in. ii. de gallis cybeleis loquens ait. tympana tenta tonant palmis. & cymbala circū concaua raucisonoq; minant̃ cornua cantu. catullus quoq; tympanū tubā cybeles nō ineleganter uocat. ¶ Vides ne ut cynedus. hic est uersus galliābus pronūciatus in scena de gallo tympanū pulsante cuius talis est sensus. uides ut gallus digitos pulsans moderatur tympanū: nam cynedus significat̃ gallus tā q̄ri mollis & effeminatus. pręterea cynedi apud ueteres dicti sunt saltatores & pantomimi. uñ & cætio cynedica a planto dici uidetur in sticho: nō me peterit q tradant̃ de cynedica oratione & eius inuētore sotade. orbē uero accipimus pro tympano orbiculato ad orbem terræ significandū. sed cum hic uersus de gallo cybeleio scriptus esset: conuersus est per amphibologicam similitudinem in augusti contumeliam: tanq & hoc significaret uides ut cinedus augustus orbem terrarum digiti nutu regat: & ita tanq mollis & paticus taxabatur augustus a po. ro.

¶ M. AN. ¶ Nuce ardenti: plinius tingūt̃ cortice eaꝝ lanæ: & ruffant̃ capillus: cæteꝝ huiusmodi usus nihil memini. ¶ In cōtumeliā: i contemptū. ¶ De gallo: de cibeles sacerdote. ¶ Tympanizante: tympanum pulsāte. Mar. Aera celeneos lugētia matris amores: Esuriēs gallus uēdere sæpe solet. Ita aūt resupinati cessantia tympana galli. Catullus ministras quoq; ipsas deæ gallas appellauit rapidæ inqt ducē sequūt̃ gallæ ꝓpoꝛ pete pedē: aut certe ad galloꝝ molliciē respiciens gallas catullus dixit: ut ē illud apud Varro uere phrygiæ.

¶ Cynedus mollis gallus: genitalibus nãq; excectis mollissimi habebant. ¶ Orbẽ digito tẽperet quũ de gallo tympanũ pulsante esset a poeta dictũ populus in augustum uertit q mollissimus uir galloꝝ unus orbẽ terrarum porrecto digito quod imperantium est regeret.

Adulteria quidẽ exercuisse ne amici quidẽ negant excusantes sane non libidine sed rõne cõmissa quo facilius cõsilia aduersarioꝝ p cuiusq; mulieres exq̃reret. M. Antonius ĩsup festinatas Liuiæ nuptias obiecit: & fœminã cõsularẽ e triclinio uiri corã ĩ cubiculũ adductã: rursus in cõuiuio rubẽtibus auriculis incõptiore capillo reductã: & dimissã Scriboniã: quia liberius doluisset nimiam potentiã pellicis: & conditiones quæsitas per amicos qui matresfamilias & adultas ætate uirgines denudarẽt; atq; pspicerẽt

¶ PHI. ¶ Per cuiusq; mulieres exq̃reret. nihil est ta arcanũ: qđ mulier nõ prodat detegatq; maxie in cõplexu amatoris subãs. tradũt magi si cor bubõis impõnatur mãmæ mulieris dormiẽtis sinistræ fore ut oĩa secreta pnunciet. ¶ Super festinatas. scribit sextus aurelius augustũ abiecta uxore scribõia amore alienæ cõiugis possessum liuiã sibi coniũxisse. M. antonius non cõtentus obiecisse augusto q̃ festinanter nuptias c liuia aliena uxore fecisset tanq̃ amoris impatiẽs: et probro ei dedit q; alterã feminã summatẽ uiri cõsularis uxorẽ ex bibitus impaciẽtia abduxerit e cõuiuio in cubiculũ pactoq; cõcubitu reduxerit. ¶ Viro corã. flagitiũ est abducere cõiugẽ alienã. flagitiosissimũ uero id efficere uidẽte ipso marito. cuius in oculoꝝ ẽ acerrimus. & animũ uehemẽtius lacinant uisa q̃ audita nostroꝝ dehonestamẽta nisi forte maritus imitabat cipiũ illum qui pararẽchos dictus est: qa simulabat se dormire. & ut ait ille. doctus erat stertere ad calicẽ uigilanti naso: quo impunimus eius uxor mœchabat: cuius meminit lucilius: a quo uidetur natũ illud uetus prouerbium: q̃ est non oĩbus dormio: q̃ usurpat & Cicero quadã ad fabium gallũ epistola: cũ ait. olim: nõ oĩbus dormio sic ego non oĩbus mi gal. ¶ seruio. ¶ Femina proconsularem. scribit ulpianus libro primo digestoꝝ consulares feminas dici consulariũ uirorum uxores. adiicit saturninus & matre aq̃d nusq; relatum ẽ. feminæ uero preclarissimis personis clarissimatũ personarũ appellatione continentur. feminis. n. dignitatem clarissimã mariti tribuũt. ¶ E triclinio. In notis seruii docuimus triclinũ & mensam & cenaculũ significare. ¶ Rubentibus auriculis. Auricula proprie significat partem illam auris infimam q̃ mollis ẽ. Inde prouerbialiter a Cicerone dictũ est. hoiem reddo ima auricula molliorẽ. græci ὦτιον appellat. Scribit plinius ĩ undecimo in aure ima hocẽ auricula memoriæ locũ esse quẽ tangentes attestamur. unde oratianũ illud. Ego uero appono auriculã. Auriculæ in femina rubẽtes & capilli uexati indicio sunt recẽtioris concubitus. hoc idem indicat iuuenalis illo uersu. uexatisq; comis uultuq; aurem q; calentẽ. ¶ Dimissam scriboniã. sobiecit augusto. superius dictũ est quemadmodũ augustus scriboniã accepit in matrimoniũ. cum qua mox diuortiũ fecit pertesus moꝝ eius peruersitatẽ. fuit aũt libonis filia a qua Scribonius aphrodisius grãmaticus fuit redẽptus & manumissus: Mar. antõius ideo scribonia ab augusto repudiatã fuisse dixit: q̃ illa doluerat ob impotentiam pellicis. est aũt pellex ꝓprie ea q̃ cum eo corpus miscet cui uxor est. & in hoc significatu fere semp accipi reperies ab oratoribus & poetis. ubi aĩaduertendum & pellicẽ non dici tam uiri quã uxoris. ut illud salustianũ. filia matris facta pellex: & illud ciceronianũ in oratione pro cluẽtio. uxor generi. nouercæ filii: filiæ pellex. hinc lex a numa põpilio lata hæc est. pellex edem iunonis ne tangito. interdum pellex ut inquit massurius iuriscõsultus apud antiquos ea habita ẽ: quæ cũ uxor nõ esset cum aliquo tñ uiuebat: quã nũc uero noĩe amicã: paulo honestiore cõcubinam appellari tradit. ¶ Matres familias. matrẽ familias ut inqt ulpianus eã accipere debemus: q̃ non inhoneste in domo uixit. matrem. n. familias a cæteris feminis mores discernũt atq; seperant; proinde nihil interest nupta sit an uidua. ingenua sit an libertina. Nã neq; nuptiæ neq; natales faciũt matrẽ familias sed boni mores. boetius in cõmentario secũdo topicorum tradit matrẽfamilias esse nõ posse. nisi quæ cõuenisset in manu mariti per coemptionẽ. coemptio uero certis solẽnitatibus peragebatur: & sese in coemẽdo inuicẽ interrogabant. uir ita. an mulier sibi materfamilias esse uellet: illa respondebat uelle. Item mulier interrogabat utrũ uir sibi pr̃familias esse uellet. ille respondebat uelle. ælius melissus inter grãmaticos celebratus. matrona inquit est. q̃ semel peperit. quæ sepius materfamilias. cuius suiam refellit gellius li. xvii. noctiũ atticarũ scribẽs matrem familias appellari esse ei solã: quæ in mariti manu mãcipioq; esset: de matre familias idẽ seruius sensit qu d boetius: qui illud preterea addidit: familias genitiuũ esse antiquũ a græco deductum. seruio astipulatur priscianus: qui sic ait in sexto. primæ declinationis femininorũ genitiuũ etiam in as more græcorũ solebant antiquissimi terminare: unde adhuc pater familias & mater familias pro familiæ solemus dicere: & frequens hoc habet usus.

¶ M. AN. ¶ Festinatas: quando prægnantem etiam abduxisset. ¶ Fœminam consularem: consulari uiro nuptam quo pacto ad liuiam id referri possit non uideo Tyberius enim nero nunq̃ quod legerim consul fuit. ¶ Rubentibus auriculis: quod in fœmina patratæ libidinis est signum. Iuue. Vexatasque comas uultumq; auremq; cælentem. ¶ Dimissam scriboniam: obiecit intelligæ. ¶ Pellicis. quam marito presentee triclinio ad stuprum abduxerit. ¶ Conditione quæsitas. sic potius legendum q̃ conditiones unde nihil sequitur: ut sit sensus Antonium obiecisse augusto preter cætera flagitia fœminas quoq; p amicos illi conditione q̃sitas ut si nude placuissent ipsius congressu dignæ iudicarentur.

Vt mulier secreta pronũciet.

Cipius Pararenchos

Nõ oĩbus dormio

Cõsularis femina.

Claritas femine a uiro.

Auricula.

Pellex.

Materfamilias.

Interrogatio uiri et uxoris.

Matrona.

rent tanq̃ Thoranio mangone uendente. Scribit etiã ad ipsum hoc familiariter adhuc nec dum plane inimicus aut hostis. Quid te mutauit: quod reginam ineo: uxor mea ẽ. Nũc cepi: an ab hinc annos nouem: tu deinde solã Drusillã inis: Ita ualeas uti tu hanc epistolam quum leges: nõ inieris Tertullam: aut Terentillam: aut Drusillam: aut Saluiam Citiscenіam aut oẽs: An ne refert ubi & in qua arrigas.

De coena eius & discũbentium in apparatu deorum.

Coena quoq; eius secretior i fabulis fuit. Quæ uulgo δωδεκάθεος uocabatur: in qua deorum dearũq; habitu discubuisse conuiuas: & ipsũ pro Apolline

Mãgones. Vẽalicіarii

¶ PHI. ¶ Magones. mãgones sunt uenaliciarii hoc est hi qui uendũt seruos elegantiores. uenustioresq; & cũ hoĩes mercis appellatione nõ contineãtur: mangones aut recte ait mela iuriscõsultus: nõ debent appellari mercatores. mango dicitur quasi manungo ut interp̃tat̃ porphirio enarrans illud oratianũ. Nemo hoc mangonum faceret tibi. mangonũ officium est ut docet quintilianus in. ii. colorẽ fuco & uetũ robur mali sagina mentiri. ita. n. mancipia uendibiliora & preciosiora efficiũnt. Docet eleganter plinius solitos fuisse mãgones medicamẽtis pubertatem uenaliũ puerorũ coercere: & non pati erũpere. unde ait in. xxi. hiacynthi radix est bulbatea mangonicis uenalitiis pulchre nota: quæ uino dulci illita pubertatem cohercet & nõ patitur erũpere. Idẽ in. xxx. ne sint malæ hirsute formica gonna pueris infricata prestantatem mãgonibus ut lanugo tardior sit pubescẽtium sanguine & testiculis agnorum qui castrantur: qui euulsis pilis illitus & contra uitus p̃ficit. ¶ Mãgones quoq; feminas dici posse testis est idem plinius qui ait in. xxxii. ita pueros pubescere negauit mãgo salpe obstetrix. Aliqui aliarũ quoq; rerum uenditores metaphoricos dicũtur mangões. qui merces poliũt atq; interpollãt ut pluris uendãt. uñ ab eodem plinio mãgones gẽmarũ dicti: a mãgone mãgonium inclinatur accipitur q; p̃ artificio mangonis. plinius in. x. Nec tñ in hoc mãgonio quicq̃ totũ placet. Infra mangonicos questus uocat tranquillus lucra: quæ mãgones faciunt in uendendis mancipiis: hinc mãgonizare uerbũ est quod significat expolire ornare ut emptores alliciat ad facilius emẽdum. p̃linius in. xxiii. siccus bryeniæ uitis illitus p̃ & cum eruo lætiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat corpora. idẽ in. ix. uillas mãgonizatas appellat quasi mãgonio opere uendibiliores factas. ¶ Thoranio huius thoranii mãgõis meminit solinus in polihistore: & plinius in. vii. quẽ scribunt uẽdidisse. M. antonio duos eximios forma pueros alterũ asiaticum alterũ gallicum ut geminos: tanta unitas erat: de eodẽ sic ait macrobius in. ii. saturnalium. Delectatus erat augustus inter cenã symphoniacis thoranii mangonis: atq; eos frumento donauerat. sensus est trãquilli antoniũ obiecisse augusto q̃ per amicos matronas & uirgines sub cõditiõe quereret ad stuprũ: qui illas denudatas tã diligẽter & ociose cõtemplarẽtur tãquã eas empturi a mãgone thoranio. mos est. n. eorũ qui seruos emũt ut eos diligẽter ppendãt inspiciãtq;. ¶ Inimicus aut hostis. Sciẽter hæc duo tanq̃ diuersa disparauit. inimicus. n. priuatus est: hostis publicus. sed attẽde q̃ uerbũ inimicare ab altero inclinat̃: significatq; inimicũ facere: ut apud oratiũ. & iniuras inimicat urbes. ab altero uero hostire: quod significat ferire. uñ hostiam dici autumat festus. ¶ Quid te mutauit. uerba. M. antonii qbus augustũ sub accusat: tanq̃ erga ipm immutatus sit. q̃ cum regina cleopatra cõcumberet: cũ ipse plures hẽret: quas passim subagitaret: more eorũ: qui acres sunt in uitiis ulciscendis: qbus ipsi uehementer indulgẽt. & ita augustus a sexto aurelio reprẽditur cum esset luxuriæ seruiẽs erat tñ eiusdẽ uitii seuerissimus ultor. ¶ Reginã ineo. cleopatrã subagito. inire. n. coire est & initus coitus significat. ausonius. Sic me taurus init. sic proxima buccula mugit. plinius in. x. primos quoq; mares pariũt canes in ceteris alternãti: ineũt opportuno & recto mẽse: ineũtur a partu sexto mẽse. idẽ tradit equos & canes & sues initũ matutinũ appetere. Ouidius ineat quãlibet aũ uelim. ¶ Solã drusillã ineo. p̃ interrogationẽ legendũ: significat. n. augustũ minime esse cõtentum unius uxoris liuiæ drusillæ concubitu. ¶ Tertullam. hæc sunt noia matronarũ cũ quibus rem habere solebat augustus. ¶ An ne refert. quasi nihil differre putaret an cõcuberet domi cũ uxore: an foris cũ alienis cõiugibus: inter dicit Aristoteles in. vii. politicorũ oi cõcubitu p̃terq̃ uxoris qui secus fecerit dignã inquit penam patiatur. ¶ Arrigas: obscenũ uerbũ ẽ ut illud epigramatici poetæ. arrigis ad ueteles fastidis basse puellas. ¶ In fabulis fuit. in ore uulgi quottidianisq; rumoribus & fabulatiõibus Ouidius: fabula nec sentis tota iactaris in urbe. ¶ Dodecatheos: duodecim deorũ: ne aũt putes hũc numerũ temere usurpatũ: scito duodecim eẽ deos: sex mares totidẽ fœmias: q̃ ab antiqs iter selectos numerantur: quos i duos uersus ennius cohibiliter coartauit. enniãi uersus sunt hi. iuno. uesta: minerua: ceres: diana: uenus: mars mercurius. iouis: neptunus: uulcanus. apollo. herba quoq; ẽ: quã dodecatheon uocauerũt: oium deorũ maiestate commẽdãtes: quam i aqua potã oibus morbis mederi tradũt. de hac cena augusti dodecatheo nũcupata quam i secreto agebat itellexit sextus aurelius cum ait. nã iter duodecim catamitos totidẽq; puellas accubare solitus erat. ¶ Ipsum p̃ apolliẽ. augustus habitu apollinis discubuit. nã & apollo: ut ex ennianis uersibus apparet & M. uarro diuusq; augustinus p̃diderũt: unus ẽ ex nũero deorũ: q selecti nũcupãt̃. ¶ M. AN. ¶ Thoranio mãgone: q uenalia mãcipia a magonibus emebant diligentius inspicere cõsueuerunt neq̃ uitii inesset q̃q uitia q̃dam licet nõ intellecta tãti haberi solita: ut seruus quemadmodũ gellius scribit iure redhiberet̃ eidẽ thoranio. M. Antõius duos iuuenes quos mira similitudine fratres natus co

Mãgones feminæ.

mangoniũ

mãgoniza re

Thoranius mango

Inimicus hostis. Inimicare hostire

Inire Initus

xii. dii. selecti

Dodecatheos herba

merat cū diuersitate linguæ ꝑditos redhibēdos putasset pretiū restituere coegisset nisi tēpestiuo illꝰ sophi mate fuisset delinitus. ¶ Reginā: cleopatrā. ¶ Ineo: pro cōiuge uxor: inite ꝑter notū significatū coire ē: Pli mus conceptio uno initu peragit. ¶ Tu deinde. q. d. tu qui uis unius octauiæ concubitu tu quia sit uxor. ¶ Solā drusillam: solam liuiā q̄ drusilla cognominata ē quæ eadē tibi est & uxor. ¶ Tertullam: noia illustri inam fœminarū quibus augustus cōgredi solebat. ¶ Anne refer an multū differre putas. ¶ Vbi: domi an fo ris. ¶ In qua: i uxore an aliena fœmina per interrogationē hæc legenda sed q̄ felle nō carent. ¶ Secretior cena: secretiore loco instructa. δωδεκάθεος: duodecim deorum. ¶ Pro apolline: apollinis habitu.

ornatū nō Antonii mō: epistolæ singuloꝝ noia amarissime annumerātes exprobrāt: sed & sine auctore notissimi uersus

Quū primum istoꝝ conduxit mensa choragum,

Sexq; deos uidit mallia sexq; deas:

Impia dū phœbi Cæsar mendacia ludit:

Dum noua diuorum cœnat adulteria:

Omnia se a terris tunc numina declinarunt,

Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.

Auxit cœnæ rumorē sūma tūc in ciuitate penuria ac fames acclamatūq; est postridie frumētū omne deos comedisse: & Cœsarē plane esse Apollinē: sed & tortorem: quo cogno mine is deus quadam in parte urbis colebatur.

De nota præciose suppellectilis & aleæ lusu.

¶ PHI. ¶ Singuloꝝ noia. noiatim singulos cum amarulenta mordacitate annumerabant: q i cena dodecatheo epulabant. ¶ Choragum. choragos græce di choreæ princeps & expensæ suppeditator. & chori cōuiuiiq; magister. plutarchus in apophthegmatis lacōicis. ὦ χοραγέ qd latinæ iterpretatur o ductor chori excogitasti quo pacto hic inhonoratus locus fieret honorabilis. choragiū uero dici uirginale funus ait fulgētius placiades adq; cōfirmat illa apuleii auctoritate. iā feraliū nuptiarū miserrimæ uirgini choragiū struit sed qd cum bona fulgētii uenia dictum sit choragiū ut ego sentio non significat apud apuleium uirginis funus: sed accipit metaphoricos ꝓ instrō atq; apparatu nuptiarū quidē feraliū atq; funebriū. nāq; auctore festo pōpeio choragiū est scenicū instrm. quo. s. scena instruit & apparatꝰ cuius ꝑfectus dr choragus. ut hic & apud plautū in ꝑsa: cū ait πoιεῖ .i. uit ornamenta ? ab chorago sumito: dare debet ꝑbenda ædiles locauere. Itē ait in trinummo. ipsa ornamēta a chorago hæc sumpsit suo periculo. huius sniæ astipulatorē uitruuium: q sic ait in qnto. post scenā porticus sunt cōstituēdæ: uti cum imbres repētini ludis interpellauerint hēat populus quo se recipiat ex theatro: choragiaq; laxamētū hēant ad comparandūm: ut sunt porticus pōpeianæ. apuleius in apologia choragiū timelicum appellat intelligi uolens instrm scenicū & histrionicū apparatū: de timele & timelicis affatim scripsimus in annotatiōibus. sensus est uersiculoꝝ: defecisse terras iouē & liquisse capitoliū: qn sub hitu deoꝝ dearūq;. xii. cōuiuæ cōduxerūt choragū hoc ē ductorē chori ꝑfectūq; cenæ apparādæ: in qua adulteria inter deos & deas patrata sunt tanq̄ cena hæc foret histrionica simuletūrq; a chorago instrm. ¶ Mallia. ego existimo symbolicos & poetice malliam appellati domū capitolinā ab illo tito mallio capitolino: cuius edes in arce erant: q capitoliū in bello gallico seruauit: īn & capitolinus dictus. & ē sensus mālia hoc est arx ipsumq; capitoliū uidit sex deos & sex deas simul accubātes: tanq̄ in capitolio cena dodecatheos celebrata fuerit. scribūt sextus aurelius & eutropius augustum accubare solitū inter. xii. catamitos totidēq; puellas tanq̄ essent. xii. mares sub habitu deoꝝ & xii. puellæ sub habitu deaꝝ discumbentes. ¶ Phebi mendatia. dū pro apolline ornatus inter cōuiuas discubuit. ita. n. phebum per mendatiū irreligiosum effingere ac representare uidetur. uñ impia optimo epitheto dixit. Cenat adulteria: quasi non tā ad cenā conuenirēt q̄ ad coitum exercendū: uetus ē locutio. tertullianus in apologetico ñ tam cenā cenauerunt: q̄ disciplinam. A terris declinarūt. terras reliquerunt ne uiderent tāta flagitia: ita catullus: iustificam a nobis mētem auertere deoꝝ quare nec tales dignātur uisere cetus. ¶ Iupiter ipse emphaticoteron. tāquam iupiter capitolinus suū deseruerit capitoliū & sellas aureas ipsi dicatas: q erāt in capitolio: i quas sellas iuno & minerua ad cenā inuitari solebāt antiquitus: qn epulum ioui fiebat. poetas exponere tronos ꝓ sellis illis: i quibus sedentes cōuiuæ augustales cenitabāt. nam qn̄uis ex instituto antiquo Romanoꝝ accubarent nec sederent in cōuiuio: tñ ut ait Valerius fœminæ sedentes cenabant uiris accubātibus & cum i cena augusti essent cōuiuæ sub habitu deaꝝ merito thronos dixit ꝓ sellis in qbus deæ sederūt cenitātes. ¶ Thronos. sedes nā tronos dicitur sedes. ¶ Postridie. sequēti die. ¶ Deos comedisse. xii. illos cōuiuas q deoꝝ deaūq; habitu discubuerant. ¶ Tortorem. iocus est dictus ex apollinis cognomine: qui romæ celebrat sub hoc cognomēto ut tortor uocaret. sicuti iupiter ꝑdator colebatur augustus in cena discumbēs habitu apollinis apollo esse dicebat: sed tortor: tanq̄ torqueret ciues romanos fame annonæq; penuria cruciaret: tortores a torquēdo dicti. Mars in. vii. ab horoscopo loco facit tortores & carnifices. dicit̄ ē tortor iaculator. Vnde ab Amiano Marcellino tortores balistarum appellat: qui ex balistis tela contorquent & iaculantur.

Chorago qui

Choragiū

Tortor

¶ M. AN. ¶ Singulorum: qui cœnæ affuerunt. ¶ Amarissime: amara exprobratione. ¶ Sine auctore: auctoris nomine suppresso. ¶ Istorum. qui pro diis deabusq; discumbebant. ¶ Choragum: χορηγὸς choreæ princeps & offitii suppeditator etiam expensæ traducitur q latinæ choragus: est & choragium instrumentum scænicum ut festo placet: sed metri ratio non recipit. ¶ Malia: pro loco accipiunt quidam quo sit

discubitum.sed cepit potius q̄ uidit dixisset quare libentius pro ꝓprio mulieris acceperim p quam oia fuit in uulgꝰ ædita.¶ Impia:deos lædentia qa in re turpi eos affingerent.¶ Cæsar:octauius.¶ Mēdacia: emētitis pres.¶ Ludit:p lusum affingit.¶ Cœnat:cœnando repsentat.¶ A terri: ubi ea scelera patrarentur.¶ Declinā:t:oculos auerterunt.¶ Auratos thronos:& ad sacras iouis sedes id referri pōt & ad locum cōmunē qui auratis esset sedibus instructus.¶ Deos comedisse:obliqua exprobratio qd pro diis cœnassent.¶ Sed tortorem:qa fame populū torqueret plinius de augusti infortuniis pestilentiæ urbis fames fuisque italiæ.¶ In quadā parte urbis:in ea uidelicet qua uenalia tortorum flagella pendebant: Mar.ubi pendent flagella tortorum:siue uicum intelligas quem tortores incolerent:Iune.sunt quæ tortoribus annua præstent.

¶ PHI.¶ Corinthiorum.corinthia uasa dicunt̄ ex ære corinthio fabrefacta:qd auro argēto q̄ cū ipso ære confusis fiebat: auctor plinius in.ix.idē in.xxxiiii

Aera corinthia

tria genera corinthii æris facit: candidū:qd nitore accedit q̄ ꝓxime argento.Alterū in quo auri fuluus color conspicitur.tertium:in quo æqualis temperies olum fuit.corinthum hoc æs casus miscuit.nam cum caperet a mummio corinthus pustis quoq plurimus statuis atq simulachris:ut auctor ē Florus æris auri argentiq uenæ in cōmune fluxerūt.

Otatus est: & ut præciosæ suppellectilis corinthiorūq; præcupidus: & aleæ indulgēs. Nā & ꝓscriptionis tpe ad statuam eius ascriptū est. Pater argentarius: ego corinthiarius: quū existimaret quosdā ꝓpter uasa Corinthia inter ꝓscriptos curasse referēdos: & deide bello Siciliensi epigrāma uulgatū est. Postq̄ bis classe uictus naues perdidit: Aliquando ut uincat ludit assidue aleam. Ex quibus siue criminibus: siue maledictis infamiam impudicitiæ facilime refutauit: & præsentis & posteræ uitæ castitate. Itē

Cicero in orone de signis refert nullū corinthiū fuisse in sicilia:qin id q̄sierit inspexerit abstulerit uerres:quē pro criptum ab antonio fuisse tradunt qa corinthius se ei cessurū negauisset.scribit Iabolenus iurisconsultus libro tertio de legatis.cui co

Matelio corinthius

rinthia uasa legata eēnt bases hinc quoq eorū uasorū collocandorū cā paratas deberi. Cicero in padoxis matelōne corinthiū appellat uas ex ere corinthio fabrefctū.ē.n.matellio genus uasis diminutiuū ma matulare pp æris corinthii existimationē dixit.Ouidius.& nobilis ære corinthos.& maro aut ephyreiaq; æra.¶ Pre

Supellex

tiosæ supellectilis.nemo nescit appellatione supellectilis significari instūm quodā patrisfamilias, rerum ad quotidianū usum paratarum.sed ut ait celsus iurisconsultus ueteres fictili aut lignea aut uitrea aut ærea de

Supellectilis

niq; supellectile utebātur.nūc ex ebore aut testudine atq; argento iam ex auro ēt atq; gēmis supellectilē utūtur.luxuriæ asiatica inuexit primū romæ supellectilem magnificam & ptiosam:ut Iulius pliniusq; notificauit.Recto casu a nobis nūc dicitur supellex.a priscis dicebatur supellectilis:sicut ēt senisq tunc senex.¶ Aleæ

De alea

indulgens.scribit plato in phedro theut.cui dicata est ibis:inuenisse talos & aleam.herodotus uero in clio auctor est.lydos pmos excogitasse aleam & tesserarū ludum ceteraq; genera lusoria præterquam talaria.

Aleones

Alea legibus Romanis erat uetita.hinc Cicero lenticulā collusorem Antonii de alea condēnatum fuisse tradidit.oratius.seu malis uetita legibus alea.Aleatores qui alio noie a luculentis scriptoribus aleones nūcupantur illiberales sunt & sordidi:qm ut inquit Aristoteles in quarto ethicorum in sordido lucro uersantur:& cum alea dicatur ois ludus in uarietate fortunæ consistens.hinc factū est ut pro periculo periculique dubitatione Accipiat̄.Lucanus placet alea fati Alterutrū mersura caput.Iulius in dubiam impu seruitiq; aleā inuis:qui habuerit horoscopū in undecima parte libræ erit aleat r populari notione pspicimus.¶ Pro scriptionis tpe.quando Augustus.Antonius & lepidus nephariam illā proscriptionē peregerunt:qua pro

Corinthiarius

scriptus fuit Marcus Tullius:qui ob id a Iunenale dicti sunt tres syllæ discipuli.¶ Pater argentarius.supra dictū est Octauium Augusti patrē a nō nullis argentariū dictum fuisse.¶ Ego corinthiarius.uerba hæc erant ascripta ad statuā Augusti.ut ita illius pater tanq̄ argentarius.ipse uero tanquā corinthiarius taxaretur:hoc est corinthiorū amator immodicus.¶ Curasse referendos.sicut.M.Antonius uerrem quem Cicero damnauerat:proscripsisse traditur ob corinthia uasa:quibus se ei cessurum negauerat.¶ Siciliensi.qd gestum est in sicilia aduersus sextum Pompeium Pompeii magni filium.¶ Postq bis.uerba epigrammatis uulgati:quod augusto probro dat illum esse factum aleatorem: ut aliquando uinca r esarciatq; ia

Seruitutē seruit

cturam:quam passus est perditis classibus:quas tempestatibus duplici naufragio amiserat in bello siciliensi.¶ Ludit aleam.uetus loquutio est.sic enim prisci loquebantur:uiuit uitam.seruitutem seruit.pugnā pugnat.¶ Impudicitiæ.q esset pathicus & muliebria pateretur.

¶ M.ANTO.¶ Corinthiorum uasorum: sunt qui a materia putent dicta quæ corintho achaiæ urbe a romanis incensa ex uariis sit metallis conflata: Plinius hoc casus miscuit corintho quum caperetur incensa: sed idem auctor certa temporum computatione ostendit opifices nobiles corinthiorum uasorum aut certe ad quos nobiliora referebantur opera corinthi excidium præcessisse quod si sic est aut in materiæ indicio aut operis est a maioribus erratum. Corinthiorum pretium supra modum temporum ambitione est auctum: Plinius Mirum quum ad infinitum operum pretia hæc creuerint auctoritas artis extincta sit: papinius: Aeraque & isthmiacis auro potiora metallis.¶ Aleæ:lusui.¶ Tempore proscriptionis: quum proscriptionem exerceret: quo tempore præcipua flagrauit inuidia.¶ Pater meus:ik

hus persona cuius erat statua loquitur. ¶ Argentarius: campsor trapezeta: ait quidam uoluerunt alii in qui bus est acron qui auctioni præest seu qui erat & auctor est dictus. ¶ Corinthiarius: corinthiorum uasorum studiosus sed inscriptionis auctor ad metallorum nomina allusit. ¶ Victus: octauius. ¶ Ludit alea: in ludo alea & aleam dicimus in alea sunt talus tessera alueolus & bræui omnia quæ lusus esse dicuntur: est n. alea ipse casus siue euentus ludi. Mar. Alea parua nuces & non damnosa uidetur. ¶ Impudicitiæ: qua infamia adolescens non caruit. ¶ Castitate: uitæ integritate omni ex parte seruata quum plerique alii ætate prouecti non fecerint sed pati perseuerauerint.

lautitiarum inuidiam: quum & Alexandria capta nihil sibi p̄ter unum myrrhinū calicem ex instrumento regio retinuerit & mox uasa aurea assiduissimi usus conflauerit oīa. Circa libidines hæsit. postea quoque (ut ferūt) ad uiciandas uirgines promptior: quæ sibi etiam ab uxore undique conquirerentur. Alcæ rumorem nullo modo expauit. Lusitque simpliciter & palam oblectamenti causa etiam senex: ac præterq̄ decembri mense aliis quoque festis profestisque diebus: nec id dubium est: antigrapha quadam epistola cœnaui (ait) mi Tiberi quū idē accesserunt conuiuæ: Vinitius & Siluius pater

¶ PHI ¶ Necubi. aut scriptione aut recitatione. scriptio ad lectorem: recitatio ad auditorem refertur. ¶ Neque praepositiones uerbis. quaedam uerba simplicia subobscura sunt quae addita propositione perspicua fiunt & aperta: ut exempli causa cernere simplex uerbum in usu antiquorum erat significabatque depugnare atque confligere ut apud plautum certamen cernitur & apud ennium. olli cernebant magnis de rebus agentes: atque id uerbum quod simpliciter prolatum est obscurum addita praepositione de fiet apertum: ut decernere ferro: cuius uerbi significatus omnibus est obuius & manifestarius. ¶ Coniunctiones iterare. cor. taciti plinii utriusque aliorumque quorundam eloquutio est asyntheta hoc est sine coniunctionibus: ita. n. floridior uenustiorque uidetur: sed ita fit subobscurior. unde augustus iterabat saepe coniunctiones malens in elegantem usurpare eloquutionem cum perspicuitate quam uenustam cum obscuritate. scema polysyntheton dicitur quando oratio est pluribus coniuncta coniunctionibus: ut tectumque laremque amycleumque canem. dialyton uero est oratio sine coniunctionibus. ut eunt quaerunt inueniunt: afferunt. ¶ Cacozelos. cacozelia auctore diodemede est per affectationem corrupta sententia: cum eo ipso dedecoretur oratio: quo illam uoluit auctor ornare. haec fit aut nimio tumore aut nimio cultu. exemplum cacozeliae ex nimio cultu illud nasonis affertur. aureus axis erat temo aureus: aurea summae curuatura rotae. quintilianus in octauo cacozelon inquit. i. mala affectatio per omne dicendi genus peccat: nam & tumida & exilia & praedulcia & abundantia & accersita & exultantia sub idem nomen cadunt: denique cacozelon uocatur quod specie boni fallit: omnium in eloquentia uitiorum pessimum hunc cacozeli dicitur huius ce uitii. cui nomen cacozeliae est: in oratione affectatores: latine dici possunt mali affectatores emulatoresque cacozelus fuit mecenas: cuius oratio talis fuit: qualis & uita hoc est delicata & soluta ut inquit eleganter seneca. li. xx. epistolarum. magni quidem uir ingenii fuerat si non in oratione difflueret uerba mecenatis haec sunt ex quibus cognoscere facillime poteris eum fuisse cacozelon. quis pulchrius amne siluisque ripa comantibus? quid si quis foeminae cirros crispat & labris columbatur. exigunt gemitu festo uix suo testem: tenuis ue cerei fila & crepacem molafocum mater aut uxor inuestiunt. haec uerba mecenatis tam improbe structa tam affectata tam eneruata cuius manifestum faciunt illum cacozeliae fuisse mancipatum. ¶ Antiquarios. antiquarii dicuntur, qui sordes uerborum & uoces nimis priscas & antiquas in oratione aucupantur: quod uitium est par cacozeliae. namque ut inquit gellius: uerbis uti aut nimis obsoletis exculcatisque aut insolentibus, nouitatisque durae & illepidae par esse delictum uidetur. Cor. tacitus in dialogo de oratoribus: nec quemquam adeo antiquarium puto: ut celium ex ea parte laudem qua antiquus est. ausonius: oblata per antiquarios mora scio promissi mei gratiam expectatione consumpta. Iuuenale foemina antiquaria: dicitur quae uoces nimis priscas & uersus ob antiquitatem ignotos callet. & in sermocinationibus usurpat. Igitur cum antiquarius esset tiberius hoc est antiquorum uerborum affectator augustus mecenatem tanquam cacozelon tiberium tanquam antiquarium pariter fugiebat. ¶ Myrobrechis. uerbum est mecenatis per cacozeliam uitiosum ut pote nimis affectatum. nam cum uellet dicere capillos esse unguentatos: affectate dixerat myrobrechis quasi unguento stilantes. μύρον. n. graeci unguentum nocant & βρέχω significat proluo & irrigo. cincinnus uero dicitur capillus intortus & molliter inflexus. hinc cincinnati dicti capillati & crispuli: quod uitii nomen in delicatos & comae curiosos regeri solet. hieronymus ad demetriadem. cincinatulos inquit pueros & calamistratos uirgo deuitet. apud macrobium epistola extat augusti irridentis mecenatis sui stilum utpote mollem & dissolutum cacozeliaque corruptum: uidetur autem mecenas dixisse myrobrechis: cum intelligi uellet unguento delibutos ad imitationem plauti: qui in aulularia nominat mirobrecharios: quo nomine significantur unguentarii confectoresque unguentorum ad capillos irrorandos: sic. n. ait aut manuleari aut myrobrecharii. nos cum plautum profiteremur publico auditorio: ostendimus legi etiam posse. myrrobaptarii loco myrobrecharii. sunt. n. myrobaptarii tinctores. murrei coloris. ¶ Exoletas. longa antiquitate euanescentes iam & abolitas.

Cernere

eloquutio asintheta

polysinthe ton

Dialyton

Cacozelia

Cacozeli

Cacozelus mecenas

Antiqrii

myrobre chis

Cincinn'

myrobre charii

¶ M. AN. ¶ Obturbaret: confunderet. ¶ Praepositiones uerbis addere: utpote uim: & perspicuitatem sermoni ablaturas. ¶ Cacozelos: graece dixit malos & ineptos imitatores. ¶ Antiquarios: obsoletorum uerborum & carminum affectatores. Iu. ignorosque mihi tenet antiquaria uersus quamquam antiquarius in bonam quoque partem accipi possit. i. ueterum poematum & historiarum peritus siue studiosus. ¶ Diuerso genere uitiosos. nam ut Cicero & fabius docent decet uetustioribus uerbis quandoque uti. sed uitiosum putat illa inculcare aut prorsus obsoleta repetere. ¶ Myrobreches: accusandi casus est & numerus multitudinis. i. unguento delibutos: uerba. s. sucatiora ἀπὸ τοῦ μύρου unguento: καὶ βρέχω perfundo. ¶ Cincinnos: capillos calamistro inflexos. Iu. quare hic cicinnus. ¶ Exoletas: abolitas. ¶ Inconstitus qui modo romanos modo asianos secutus sit: Plutarchus utebatur autem genere dicendi quod appellant asianum maxime temporibus illis florente plu

rimatiq; cum Antonii moribus similitudine habente:erat.n.turgens atq; lasciuum & inani quadam iactātia prolenum. Quint. Antiqua quidem illa diuisio inter atticos & asianos fuit: quū hi pssi & integri contra inflati illi & inanes haberentur.

mirentur potius homines q̄ intelligant: deinde ludens malū & inconstans in eligendo genere dicendi ingenium eius addidit hæc. Tuq; dubitas ciber ne Anneus ut Veranius Flaccus imitandi sint tibi ita quod uerbis quæ Crispus Salustius excerpsit ex originibus Catonis utaris: an potius asiaticorū oratorū inanibus sententiis: uerborum uolubilitas in nostrū sermonem transferenda. Et quadam epistola Agrippinæ neptis ingenium collaudans: sed opus est inquit dare te operā ne moleste scribas & loquaris.

De usurpatione quorūdā sermonū eius.

Quottidiano sermone quædā frequētius & notabiliter usurpasse cum lræ ipsius antigraphæ ostant: in quibus identidem quum aliquos nūq̄ soluturos significare uult calendas græcas soluturos ait. Et quum hortat ferenda

¶ PHI. ¶ Quam intelligant. sunt olim præceptor quidam qui sicuti liuius & mox quintilian' tradiderunt discipulos iubebat obscurat q̄ diceret græco uerbo utens σκότισον i. obtenebra siue oscura. unde illa egregia laudatio: tanto melior ne ego quidem intellexi. hoc idem faciebat antoni' si augusto reprēdenti credimus: qui se tāto meliorem uisum iri existimabat q̄to fuisset obscurior quantoque minus intelligeret: Cicero quadam ad atticum epistola festiuiter illudit librum serapionis: ex quo inquit millesimam partem uix intelligo. heraclitus ille: cui

Scotios heraclitus

oia flenda uidebantur: cognominatus est scotinos quasi tenebrosus ex sui obscuritate. illum.n. sudantes philosophi uix intelligebant. ¶ An uerranius flaccus existio legendum esse. uerranius flaccus: q auctore gellio scripsit libros luculentos de obscuris catonis cuiusq; testionia identidem citant grāmatici. antonius aūt cum uerbis catonianis delectaretur merito uerrium flaccum ut pote catonis interpretem imitandum sibi pposuerat: in quo carpitur ab augusto nomine inconstantiæ cūmodo hos modo illos imitetur. debemus.n. constituere quē imitari uellimus: & in eo firmiter perseuerare. cum in omni uita sit seruāda constantia. ¶ Excerpsit. salusti' priscoq; catōisq; ue boq; fuit affectator: iōq; hoc epigrammate noto icesitur. & uerba antiq multū furate catonis crispe iugurtine cōditor historiæ. leneus quoq; pompeius pōpeii magni libertus salustium pōpinonem appellauit scriptisq; mōstruosum catōisque uerboq; ineruditissimū furem. ¶ Ex originibus catonis. marcus cato ille censorius libros scripsit luculentos quos origines appellauit: in qbus oia antiquitatis monuméta collegit: unde ait ipse ap ciceronē loquens. septimus mihi liber originū est i manibus. de originibus catonis sic inqt marcus tullius in bruto. aū uero origines eius quē florē aut qd lumē eloquētiæ nō hnt. eruditi sepe citāt testimonia ex originibus catonis.

Tria oratorū genera

¶ Asiaticoꝝ. tria oratoꝝ genera ueteres fecerūt atticos asiaticos & rhodios: attici limati erant & emūcti: asiani inflati & inanes habebant. rhodii erāt intermedii atq; ex utroq; mixti. pterea asiaticæ dictiōis duo sunt genera: unū sententiosum & argutū sententiis nō tā grauibus q̄ uenustis: alteꝝ genus ē nō tā sententiis frequētatū quā uerbis uolucre & icitatū. hæc genera dicendi aptiora adolescētib' eē autumat Ci. cū in senibus grauitatē nō hēant. M. antonius asiaticū dicendi genus secutus est ut pote moribus suis accōmodatissimū

Idiographa

erat.n. id ut auctor ē plutarchus. i antonio: turgēs atq; lasciuū & inani quadā iactātia & exultātia plenū hortēsius quoq; genere dicēdi asiatico in primis floruisse fert. ¶ Agrippinæ neptis. hæc ex iulia augusti filia & agrippa genita est: fuitq; caligulæ mater. ¶ Moleste. idq; cacozela uel antiquario. ¶ Autographæ. idiographe hoc ē ipsius mau scriptæ. ¶ Identidē. frequēter. ¶ Ad calēdas græcas. ita græci calēdas nō hnt sicut latini

Ad calēdas græcas

neomenias. nā ut inqt hieronymus scribēs ad suniam & fretellā de interpratatōe psalmoꝝ: neomenia mēsis exordium est. quod nos secundū latinæ linguæ pprietatē calendas possumus dicere: ueꝝ qa apud hebreos mensis secundum latinæ cursum supputatur: & apud græcos mene luna dicitur neomenia q̄si luna noua appellatur: igitur cum græci calendas non habeant festiuiter augustus dicebat eos qui nūquam soluerent ad calēdas græcas soluturos: quod significat nūquam. per cōtrarium nō ineleganter ita dicere possemus: ad neomēias latinas: sicuti ille dicebat ad calendas græcas: quia nec latini habent neomenias: sicuti nec græci calendas. Dionysius i. viii. hanc sententiam satis conducēter inquit. mense decembræ noua existente luna: quam græci neomeniam. Romani calendas uocit. ea.n. fuit quæ sustulit bellum dies: Illud notabile est q cum calendæ sint pprie ac peculiares latinoꝝ: nec usq̄ græcoꝝ tamē nomē calēdarum ex uerbo græco īclinatur: quod est καλῶ & significat uoco: namq; ut docet macrobius i primo saturnalium placuit Romanis primū diē mēsiū calēdas uocari: qa primus calabatur. i. uocabatur a pōtifice: qui calata. i. uocata in capitolium plebe pronūciabat: quot dies calēdis ad nōas superessēt. Varro quoq; de uita patrum calendis īquit calabātur idest uocabantur & ab eo calēdæ appellatæ existimat martianus capella calendas scribi debere per. k. sed ut ait uerissime priscianus hæc littera. k. penitus superuacua est: quod sentire uidetur & quintilianus i primo.

Neomēia

¶ M. AN. ¶ Ex originibus catōis: leneus grāmaticus i eruditissimum furem uerborum catōis crispum appellauit. ¶ Agrippinæ. M. Agrippa & Iulia genitæ. ¶ Ne moleste: subobscure nimis & affectatæ. ¶ Autographæ: propria ipsius manu notatæ. ¶ Ad calē. græcas: quæ utiq; nullæ erant: calen. græci non habēt sed

ἱερὸ. μηνίαι ut herodotus ait primum mensis diem uocant.

esse præsentia qualiacunq; sint; contenti simus hoc Catõe & ad exprimendam festinatæ rei uelocitatem: uelocius q̃ aspa ragi coquantur. Ponit assidue & pro stulto: baceolum: & p pullo pulleiaceum: & pro cerito uacerosum: & uapide se se habere; pro male: & betizare pro languere: quod uulgo lachanizare dicitur. Item simus pro sumus: & domos genitiuo casu singulari pro domus: nec unquam aliter hæc duo ne quis mendam magis q̃ cõsuetudinem putet. Notaui & in

¶PHI. ¶Contenti simus hoc catone. locum hunc declarat cõmodissime macrobius i secũdo saturnalium his uerbis. uẽit augustus forte in domum: in qua Cato habitauerat. dein strabõe in adulatõem Cæsaris male existimante de catonis pertinacia: ait quisq; præsentẽ statũ ciuitatis commutari nõ uolet & ciuis & uir bonus est. satis & serio catonem laudauit & sibi ne quis affectaret res nouas cõsuluit. cum itaq; cato pñti ciuitatis statu cõtẽtus foret: nec eũ cõmutari uellet ut pote hõ cõstãtissimus. merito dixit augustus cõtẽti simus hoc catõe. hoc ẽ pñti statu qualiscũq; sit. ¶Quã asparagi. asparagos uelocissime coq aq̃ sat notũ. hinc locus erat augusti de re festinãter pacta. Cato i re rustica scribit: in arũdineto corrudã serito ũn asparagi fiant: nã conuenit arũdinetũ cũ corruda. est aũt corruda: ut obiter declaremus uerbũ catonianũ: siluestris asparagus. emẽdãdus locus est mẽdosus ap pliniũ ex li. undeuigesimo ita. n. passim legit. siluestres fecerat natura horridos ut quisq; demeteret passim ecce altiles spectãtur asparagi. p horridos emenda corrudas. Pro stulto bateolũ. synonyma stulti multiiuga cõplexus est plautinus senex i bacchidibus illo uersu. stulti. stolidi. fatui fungi. bardi. blenni. buccões solus ego omnes ante eo stultitia. bateola apud antiquos est genus uasis sed non uideo quomodo unde bateolus pro stulto satis congruenter inclinari possit. ã quibusdam exemplaribus inuenitur blaceolum quæ lectio minime est repudiãda. nã βλαξ a græcis stupidus dicitur & stolidus unde blaceolũ inflectebat Augustus cum stultum dicere uellet & qa commẽtatoris officium est p multiplices expositiones lucem obscuris afferre: quidam bliteolum legunt uocabulo ducto a blitum. est aũt blitum genus oleris fatui inertis ac sine sapore aut acrimonia ulla. unde conuitiũ fœminis apud menandrũ poetam comicum faciunt mariti. quod imitatus plautus eleganter & doctiuscule bliteam uocat fœminam intelligi uolens fatuam insipientem ac inutilem sicuti est blitum. sic. n. ait in truculẽto: blitea & lutea est meretrix: nisi quæ sapit in uino ad rem suam. laberius quoq; mimographus in eadem significatione dixit. bipedem bliteam belluam. itaq; a blito non inuenuste bliteolus pro stolido deriuari põt. cetera quæ traduntur pa⁊ sunt consistentia & nullo lepore condita. ¶Pulleiaceum. cum pullum dicere uellet augustus dicebat pulleiaceum ea pene declinationis forma qua a gallina gallinaceus deriuatur & a membrana membranaceus: quamuis a pullo cũ sit secundi ordinis magis pullicius q̃ pulleiacius inclinari debere uideatur: sicut a fabro fit fabricius: a tribuno tribunicius. hoc aũt pulli & pulleiacii nomen & ad auem referri potest & ad puer⁊ catamitum: qui esset in deliciis cuiusdam. tales. n. pullis antiquitus dicebantur: sicut fabius cognomento eburneus dictus est pullus iouis. ¶Pro cerito. pro insano: ceritos. n. antiqui male sanos & lymphatos appellauerunt quasi cereris ira uexatos plautus iube hanc pro cerita circunferri ui dẽ. certe laruatus es aut ceritus. ¶Vacerosum. uacerram dicunt uecordem & uesanum: quo nomine ut inquit festus maledictum significatur. hinc a uacerra uacerosum deducebat augustus intelligi uolens uehementer insanum: hoc. n. inclinamentum in osus significat ut inquit nigidius copiam quandam immodicã rei. super qua dicitur. ¶Vapide. a uapido deduci hoc aduerbium uidetur: cum ea quæ uapida sint minus sint robusta & ualentia. uapos dicebatur a priscis qui nunc uapor. Neuius. iam ubi nos duplicat aduenientes timos. uaposq;: quidam a uappa uappide inclinari autumant uinum. n. ei uctum uappam dici sat notum est: ã quo quo cum deferbuit deperit sapor. hinc probrosum ad hoies nomen translatum est in quibus degenerauit animus auctor plinius in. xiiii. unde ab oratio dictum. non ego auar⁊ cum ueto te fieri nappam iubeo & nebulonem. ¶Betizare. põt uideri deriuatum uerbum a bæta quæ languida est & flaccida iuxta illud catulli languidior tenera cui pendet sicula beta: uel a uerbo græco βηττω quod significat tussio. ¶Lachanizare ita temporibus illis Romani Romano sermone dicere uolentes languere dicebant lachanizare fortassis a lachano: quod græci olus uocãt. unde lachanopolion for⁊ olitorium dictum. olus aũt molle esse & languidum nemo non nouit. ¶Simus. est medius quidam. u. & i. litteræ sonus. non. n. sic optimũ dicimus ut optimum. auctor quintilianus. præterea ut ait priscianus inter. i. & u. cognatio est. nam antiq carnufex iubẽs pessumus dicebant: p carnifex iubens pessimus. ¶Domos: scribit priscianus in prio. u. apud multos italiæ populos in usu non fuisse: sed e contrario. o. unde Romano⁊ quoq; uetustissimi in multis dictiõibus loco. u. posuisse. o. inueniuntur. poblicum pro publicum. colpam pro culpam dicentes. præterea seruos dauos pro seruus & dauus usurpabatur.

Corruda · Synõyma stulti · Blaceolus · Blitum · Blitea · Ceriti · Vacerra · Vapos · Vappa · Lachanopolion

¶M. AN. ¶Hoc catone: ad catõis uidelicet cõstãtiã alludẽs: Catões aũt duo oium clarissimi cẽsori⁹ & uticẽsis: hinc satyrus tertius e cœlo cecidit Cato: catũ unde catonũ noĩa ueteres astutũ dixere: siue cautũ. Cic. sed homo catus nunq terminat nec magnitudinis: nec diuturnitatis modũ. ¶Asparagi. ab eo dicti ut Varro ait qa ex asperis legant locis: uel qa græci ἀσπάραγον dicũt siluester asparag⁹ corruda Plinio auctore dicitur. ¶Bacceolũ: ñ meminimei id uerbũ adhuc legisse: sed unde ne baccheolũ a baccho ὑπὸ ... dixerit. abiectaq; librario⁊ inscitia aspiratiõe. bacceolũ scribi sit cœptũ: p baccheolũ. ¶Pullo. p nigro ne an

gallinaceo ac eque filio in dubium uenire potest. ¶ Vapide: si a nappa duplex .p. habeat necesse est. est nappa ut Plinius docet uinū corruptum: Plinius: uitiumq; musto quibusdam in locis ire. feruent: qua calamitate quum deferbuit deperit sapor: uappæq; nomen accipit: probrosum etiam homini quum degenerauit animus. nisi uapide pro calide potius: ac perinde febriculose dixerit per sius: Astutam uapido seruas sub pectore uulpem. ¶ Pro cerrito: cerritum pro furioso ueteres posuere: Nonius & Seruius: sunt auctores. Plautus: tu certe laruatus es: aut cerritus. ¶ Vacerrosum: uecordem & dementem ueteres ut festus docet uacerram dixere unde uacerosus. ¶ Betizare: a betarum languore: uel hebeti potius stupidoque sapore id factū uideri potuū & .M. Fatuas eas appellat: ut sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ. ¶ Lachanizare: græci λάχανον holus appellāt. ¶ Domos .p. domus: antiq o .p. u usi sūt: & fabi⁹ & uetera epigrammata testantur.

chirographo eius illa præcipue non diuidere uerba: nec ab extrema pte uersuum abūdantes litteras in alterum trāsfert sed ibidem statim subiicit circūducitq;.

De orthographia & mō scribendi eiusdem.

ORthographiam idest formulam: rōnemq; scribēdi a grāmaticis institutam nō adeo custodiit: ac uidetur eorum sequi potius opinionē: qui perinde scribēdum ac loquendū existiment. Nā quod sæpe nō litteras modo: sed syllabas aut pmutat: aut præterit: communis hominum error est: nec ego id notarem: nisi mihi mirum uideretur tradidisse aliquos: legato cū cōsulari successorem dedisse: ut rudi & indocto: cuius manu ixi .p. ipsi scriptum aīaduerterit. Quotiens autē .p. notam scribit. b. p. a. c. p. b. ac deinceps eadem ratione sequentes lrās ponit pro. x. autē duplex. a.

De pitia ei⁹ & usu græcarum lrarū & benigna audiētia aliorū.

DE græcarum quidē disciplinarū leuiore studio tenebatur: i quib⁹ & ipsis pstabat largiter: magro dicendi usus Apollodoro pgameno: quē iā grandem natu

¶ PHI ¶ Chirographo. ppria ipsius augusti manu scripto. ¶ Versuum. linearum ut ita dicamus. non .n. uersus id solū significat qd uulgo dicitur sed accipitur etiam in ipsa oratione .p. quocunq; litterarum ordine in pagina scripta pducto: uulgo lineas appellant. qntilianus in. x. quippe cū in bruto. M. Tullius: tot millibus uersuū de Romanis tātum oratoribus loquat. plinius i. xi. uersus strui dicit ab apibus per ordines sic .n. ait. primi fere tres

uersus

uersus inanes struūtur nomissimi maxime implent melle. pterea uersum ueteres dixerūt centum pedes quoquo uersū quadratū. & in his uersibus in cāpania rura metiebantur: ut docet uarro i prio de re rustica. ¶ Ibidem in extrema parte uersus. moris ē ut in scribēdo interdū dimidiata dictio in fine lineæ relinquat & reliqua pars in sequētē uersum trāsferat. hoc aūt augustus minime faciebat. sed supabundātes uerborum lras in fine uersus subiiciebat circūducebatq;. ¶ Orthographiā. sicut loquendi regula est grāmatice ita orthographia scribendi: quā nos ut ait qntilianus recte scribendi scientiam nominemus. ¶ A grāmaticis institutam. grāmatici: ut res exēplo colliquescat: istituerūt ut hæc pticula cū si tps significaret per

Optinuit

.Q. scriberet si uero comitē .p. c. ut optinuit diceret .p. lram .p. cū rō. b. poscat pterea priscis grāmaticis placebat dicere columā .p. columna: cossules .p. cōsules & aliud genus innumera. sed augustus explosa obseruatione illa grammaticorum prācida & morosa: sic scribebat .p. ut loquendo uerba enūciant. ¶ Perinde tā. ¶ Ac. q. ¶ Litteras pmutat. sicuti tiga placētinus pculam propergulā dicens duos in uno noie faciebat barbarismos. si repndēti hortēsio credimus. nā & inmutatōe peccabat cū .c. p. g. uteret: & trāsmutatione cū .r. pponeret antecedēti. ¶ Syllabas pmutat. uitiū barbarismi est syllabā aut detrahere aut imutare. ¶ Legato cōsulari. delegati ex uiris cōsularibus impatoribus romanis dabant: qd cōsiliū ut inqt liuius erat dispēsandæ & cohonestādæ uictoriæ. legati impio parebāt reliq; ipse uero parebat impatori. scribit Cicero i epistolis ad atticum maiores nostros nō solitos legare i decē: q esset impatorum necessari. ¶ Ixi .p. ipsi. hoc erat argumentū inscientiæ & ruditatis: q ixi scripsisset pro ipsi. x. aūt nō loco .ps. accipit: sed mō .p. cs. mō .p. gs. usurpatur: ut

X.

apex apicis grex gregis. auctor priscianus i prio hac lra ut inquit qntilianus: tā carere potuimus q si nō qsisemus. ¶ Per notā. in iulio Cæsare de notis litterariis q rōne quadā cōpēdiaria notārit egra uerba. dictū satis est copiose. ¶ Pro. x. duplex. a. cū hæc littera. x. sit ultima in ordine lrarum merito augustus ad illā significandam recurrebat ad primū elemētum: quo cōduplicato. x. significabat: cū in aliis lris elementarius significandis secūdā usurparet .p. antecedēte. ¶ Apollodoro pgameno. apollodorus orator pgamenus rhetoricā con

Apollodorus pgamenus

scripsit & apollodoreā sectā introduxit ut scribit strabo in. xiii. quē plurimū extulit augusti cæsaris amicitia cuius magister fuit. apollodori pcepta ex discipulis cognoscebant: quorum diligētissimus in tradendo fuit latine caius ualgius: græce atticus: sectatores apollodori appellati sunt apollodorei. pgamenus autem dictus est a patria pgamo: quæ ciuitas est asiæ inclyta. unde membranæ pergamenæ nuncupatæ.

¶ M. AN. ¶ Illa: sed ulla uerius legeris ut sit ullam non. .i. nullā: nisi ad ea quæ dixi id referas: quod absurdum fuisset id in duobus tantum: tribus ue ad summum uerbis: nec pluribus seruare. ¶ Circunducit: sup habundantes. s. litteras. ¶ Notarem: obseruarem. ¶ Legato consulari: aut qui sub consule erat aut qd magis placet qui consularem puinciam uicario noie administrabat. ¶ Decimo .p. duplex aa: ut si uertex scribi

oportuisset. hæc litteraꝝ structura sequebatur: x f s t f a a. ¶ Apollodoro pergameno: Quītilian⁹: Apollodorus pergamenus: qui præceptor Apolloniæ Cæsaris Augusti fuit.

Apoloniam quoq; secum ab urbe iuuenis adhuc eduxerat: deinde etiam eruditione uaria repletus Sperarei philosophi filiorumq; eius Dionysii & Nicanoris cōtuberniū iniit: non tamen ut aut loqueretur expedite: aut cōponere aliquid auderet. Nā & si quid res exigeret latine formabat: uertendūq; alii dabat: sed plane poematum quoq; non imperitus delectabatur etiam comœdia ueteri: & sæpe eam exhibuit publicis spectaculis. In euoluendis utriusq; linguæ auctoribus nihil æque sectabatur q̄ exempla & præcepta publice uel priuatim salubria: eaq; ad uerbum excerpta: aut ad domesticos aut ad exercituum prouīciarumq; rectores: aut ad urbis magistratus: plerunq; mittebat: prout quiq; monitione indigerēt. Etiā libros totos & senatui recitauit: & populo notos per edictum sæpe fecit: ut orationes. Qu. Metelli de p̄le augenda: & Rutilii de modo ædificioꝝ: quo magis p̄suaderet utranq; rem non a se primo animaduersam: sed antiquis iam tunc curæ fuisse. Ingenia seculi sui omnibus modis fouit: Recitantes & benigne & patiēter audiuit. Nec tm̄ carmina & historias: sed & orōnes & dialogos. Cōponi tamen aliqd de se nisi & serio & a p̄stantissimis offēdebatur: admonebatq;

¶ HI ¶ Apolloniā. ciuitatē epiri: ubi augustus studiis litteraꝝ uacauit. ¶ Cōtuberniū iniit more philosophoꝝ: nam pythagorici a pythagora doctore i cohortē disciplinæ recepti: qd̄ quisq; familiæ pecūieq; hēbat i medio dabāt: & ita coibatur societas inseparabilis: fiebatq; cōtubernium qd̄ a cōmuni uita cenobium appellauerūt. de cōtubernio & cōtubernalibus dictū est in primo ¶ Loquerel expedite. idē eueniebat augusto in p̄nunciāda græca lingua: qd̄ scribit hierōymus sibi euenisse in lingua caldaica: refert. n. in p̄hemio danielis se magis posse chaldeum sermonē legere & intelligere q̄ sonare. ¶ Vertendū. ex latina lingua in græcā linguā transferendum. ¶ Comedia ueteri. Antiqua comedia: quā græci archeā uocant hoc est ueterem: sincerā illam attici sermonis gratiam p̄pe sola retinet. eadem facundissima libertate uitia isectatur: & ut auctor est quintilianus in decimo grandis est & elegās & uenusta & nulla ad oratores faciendos aptior. plures eius auctores sunt: sed illi præcipui: qui oratiano uersu continentur eupolis atq; cratinus aristophanesq; poetæ. ¶ Exhibuit. edidit & p actores histrionicos populo spectanda dedit. ¶ Publicis spectaculis. sicut plautinæ terentianæq; comediæ exhiberi solebant & p histriones actitari. ¶ Quam exempla. qualia sunt illa quæ collegit Valerius maxius in libris dictoꝝ factoꝝq; memorabilium. ¶ Ad uerbū excerpta. hisdem uerbis: q̄bus perscripta fuerant a conditoribus adeo ut nec uerbi quidem fieret immutatio: aliter dicitur ad litteram ut apud Quintilianum sic scribentem in nono quem duobus ab eo libris tractatum locum ad litteram subiecit: interpretatio quoque fieri dicitur de uerbo ad uerbum. quando uerba singula in interpretatione sectamur. ¶ Ad domesticos. hæc erant præcepta priuatim salubria. ¶ Ad magistratus. & hæc erant præcepta publicæ conducibilia. ¶ Orationes quinti metelli: augustus Cæsar cum de maritandis ordinibus ageret in senatu recitauit orationem. Q. metelli numidici: quam in censura ille dixit ad po. Ro. de ducēdis uxoribus liberoꝝ creandoꝝ causa. ¶ Rutilii. multi apud: eos: de architectura & mō edificioꝝ scripserunt: inter quos uictruuius excellit & ante uictruuium scripsit rutilius: pe quo opinor est illud epigrammatici poetæ: famæ rutilium sue relinquat. nescio an hic sit ille rutilius ruffus: qui dr̄ exemplum innocentiæ: quo Cicero in primo de oratore scribit neminem integriorem neq; sanctiorem in Romana ciuitate extitisse qui fuit homo doctus & philosophiæ deditus. ¶ Vtramq; rem. de ducendis uxoribus & de modo edificioꝝ. ¶ Ingenia fouit. dos imperatoꝝ unica est fouere eruditos: subleuare disciplīas: munificentia ac liberalitate prosequi professores doctrinaꝝ. nāq; & dionysius tyrānus domi alebat honorabatq; sophistas sapiæq; doctores: ut saltem p illos foret uenerabilis. laudatur traiatus q̄ honorem maximum habuerit dicendi magistris: q̄ fouerit sapiæ doctores: adeo ut sub ipso spiritum & sanguinem receperint studia intermorientia. laudatur & Alexander Romanus Impator. q̄ rhetoribus grammaticis: medicis salaria instituerit. & profecto bonas artes nulla res peride euocat accendit exstimulat ac principis benignitas & magnificentia. Vnde ait plutarchus in li. i. de fortuna alexandri ingenia poetaꝝ efflorescere fecit atq; splendescere ipsius Alexandri indulgētia. ¶ Recitantes. sicut olim Virgilium recitantem aliquot eneidos libros benigne una cum octauia sorore audiuisse fertur. plini⁹ quoq; laudat i epistolis claudiū: q̄ subitus recitanti nouatio inopinatusq; uenerit. ¶ Dialogos. plato in scribēdis dialogis diuinus est: quē emulatus est Cicero in libris fere oībus ad philosophiam p̄tinentibus i uoluminibus quoq; de oratore res agitur per dialogum: ubi differentes inducit sceuolam Crassū & Antoniū. ¶ M. AN. ¶ Sparei: arei: non sparei rhetoris non philosophi eodem loco meminit fabius. ¶ Vertendum ex latino grecum faciendum. ¶ Comœdia ueteri: cuius Aristophanes: cratinus & Eupolis auctores: ut Fabius scribit fuere: fuitq; satyræ quam romani hodie celebrant: haud multum dissimilis: mira in eo genere scribendi licentia. ¶ Exhibuit: agendam dedit. ¶ Publice uel priuatim: ad publicum uel priuatim usum

Cenobiū

archea cōedia

Rutilius

fouēti eruditi

attinentia. ¶ Libros toto s: eiusmodi exemplis refertos. ¶ Qu. Metelli: is censor ut gellius tradit enixe operam dedit: ut populo connubia persuaderet. ¶ Rutilii. huius credo Cicero in Lelio non nimo meminit io co. ¶ A præstantissimis: ab clarissimo & peritissimo quoq; secutus fortе magni Alexandri exemplum: qui ut Cice. scribit: ab appelle potissimum pingi uoluit: fingi uero ab uno Lisyppo: utroq; in suo genere eminentissimo.

Cõmissiones

¶ PH. ¶ Obsolesieri. sordescere. ¶ Cõmissionibus. commissiones sunt contentiones quæ in spectaculis exhibentur poetarum & oratorum. prætores autem id genus ludicris uoluptatibus præerant. nã sæpe nũero i ter ceteros ludos oratorum atq; poetarum certamina exhibebantur. q eleganter commissiones dici possunt. nam committere ut supra docuimus contendere est & ad manus uenire in certamenque descendere. olim in commissione poetica papinius statius fuit coronatus itidem publius mimographus superauit oẽs: qui scripta in scenam locabant: in quibus & laberium simpliciter cõ-

prætores ne paterentur nomen suum commissionibus obsolesierii.

De obseruatione religionum.

Circa religiones talem accepimus tonitrua & fulgura paulo ĩfirmius expauescebat: ut semper & ubiq; pellem uituli marini circunferret pro remedio: atque ad omnem maioris tempestatis suspicionem ĩ abditum & concameratum locum se reciperet. Consternatus olim p nocturnum iter transcursu fulguris: ut supra diximus.

De obseruatione somniorum.

Somnia neq; sua neq; aliena de se negligebat. Philippensi acie quanuis statuisset non egredi tabernaculum propter ualitudinem: egressus est tamen

missiones prætorum dĩr editiones ludorum. noluit aũt augustus ut commissiõib⁹ scenicis qñ fabulæ aguntur nomen suũ sordesceret dehõestareturq; indignitate eorum: q sæpe nũero Augusti nomen fabulis ĩserebant. consimile est illud Alexandri magni qui edicto uetuit nequis se præter appellem pingeret: aut alius lisyppo duceret æra fortis alexandri uultum simulantia. n. numero maiestas principis minuitur: quando ab imperitis sordidisq; non tam celebratur q̃ polluitur. de commissione in hoc significatu macrobius in secundo saturnalium sic ait. sed & labetius sequenti statim commissione minimo nouo interiecit hos uersus. ¶ Tonitrua expauescebat. seneca in. vi. quæstionũ accusat dementiæ eos: qui tonitrua pauent: cum ait. Quid dementius q̃ ad tonitrua succidere: & sub terram correpere fulminum metu. ceterum ut docet epictetus philosophus. etiam sapientis animus necesse est moueatur & palescat motu quodam naturali cum tonitrua e celo uel sonus aliquis formidabilis factus fuerit unde minime ob hoc culpandus est augustus si tonitrua expauescebat. ¶ Pellẽ uituli marini. qui fulmina expauescunt sibeunt tabernacula pellibus contecta beluarum: quas uitulos marios appellãt qm̃ hoc solũ aĩal ex marinis fulmine non percutitur. sicuti nec ex uolucribus aquila: quæ ob hoc armigera iouis fingitur: uituli aũt marini ideo dicti: quia pro sono mugitum habẽt: nullum animal grauiore somno p̃mitur hinc est illud satyrographi. eriperent somnum druso uitulisq; marinis. præterea uis soporifera inest. pene eius dextræ: quæ subdita capiti somnos allicit. ¶ Concameratum locum. fulmina non descendunt in terram altius quinq; pedibus ideo pauidi altiores specus tutissimos putant auctor plinius in. ii. cuius sñiæ astipulatur seneca in. vi. quæstionum his uerbis. aduersus tõitrua & minas celi subterraneæ sunt domus & in altum specus remedia sunt. de generibus fulminum multa plinius: in secundo sed plura idem seneca in. ii. quæstionum naturalium. ¶ Transcursu fulminis. hoc factum est in expeditione cantabrica cum lecticam eius fulgur perstrinxisset: seruumq; prælucentem exanimasset. ¶ Sõnia neq; sua negligebat. olim quidam somniauit somnis non esse credendũ: ex quo in declamationib⁹ scholasticis proponi solet exemplum asystati generis. quod latini inconsistens uocauerunt. nã si crediderit: tũ sequitur: ut non sit credendum. si aũt non crediderit: tum sequitur: ut credendum sit. in deuteronomio præcipitur: ne audiamus uerba somniatoris: sic. n. appellatur interpres somniorum: qui alio noĩe dicitur cõiector quem græci ὀνειροπόλον uocant. Cicero in. ii. de diuinatione somnia ludit necnon somniorum interpretationes obseruationesq;. incertum est ut ostẽdit plinius in. x. an sint aliqua præscita animi quiescentis? qua ui: an ratione? an fortuita res sit ut pleraq;. & si exemplis agatur profecto paria fiant. Augustus non solum sua somnia obseruabat sed nec quidem spernebat quæ alii de se & rebus suis somniassent: sicuti non duxit eẽ spernendum medici sõnium: quæ res illi fuit salutaris. e contrario Iulius Cæsar cum spretor esset somniorum nec somnio uxoris credere uoluisset ruit in interitum. ¶ Philippensi acie. qua s. depugnauit aduersus brutum & cassium in campis philippicis.

Remedia cõtra fulmina

Somniis non credẽdum somniaut

Asystaton

Somnior Coniector ὀνειροπόλον

¶ M. AN. ¶ Comissionibus: ne illud temere commendando: credendoq; ineptissimo cuiq; labefactari paterentur: est. n. committere credere: seu commendare Terentius: Quem lupo commisisti: & rursus: nec satis digna: cui primo partu committas mulierem: uel commissionibus. i. poetarum certaminibus: quibus ad ostendendam ingenii celeritatem: multa inepte dicuntur: Committere. n. præter significatum iam dictum est & in certamen duos pluresue conicere nec est cur de magistratuum mandatis intelligas: quando parũ latine dictum uideri posset. nec huiusmodi mandata sunt quæ aliquod in celebrando nomine momentum facere potuissent: sed hoc quoq; loco coniectura magis q̃ auctoritate agimus. ¶ Pellem uituli marini

Plinius auctorem titulum marinum nunq̃ fulmine percussum:iccirco ipsius belluæ pellem aduersus eius modi casus gestari ad remedium lauro quoq; inesse traditur:quia ea arbor nunq̃ sit e cœlo icta. ¶ Abditũ & concameratum locũ:idem Plinius persuasum esse ait:fulgura haud alius quinq; pedibus terram subire:ideo a pauidis altiores specus tutiores putari. ¶ Neq; aliena:quæ alus per quietem obseruata essent.

amici somnio monitus;cessitq; res prospere quando captis castris lectica eius; qua si ibi cubans remansisset cõcursu hostium confossa atque lacerata est ipse per omne uer plurima & formidolosissima & uana & irrita uidebat; reliquo tempore rariora & minus uana: Quum dedicatam in capitolio ædem tonanti Ioui assidue frequentaret; somniauit queri capitolinum Iouem cultores sibi abduci seque respondisse tonantem pro ianitore ei appositum;ideoq; mox tintinabulis fastigium ædis redimiuit;quod ea fere ianuis dependebant ex nocturno uisu etiam stipem quot annis die certo emendicabat a populo cauam manum asses porrigentibus præbẽs.

De obseruatione auspiciorum.

SVspicia & omĩa q̃dã p̃ certissimis obseruabat.si mane sibi calceus pperam ac sinister pro dextero iduceret;ut dirũ.Si terra mariue igrediẽte se longin

¶ PHI. ¶ Amici somnio.f. atorii q erat ip̃i augusti medic⁹:cui dormienti mineruæ species oborta pcepit ut augustũ grauı morbo implicitũ moneret ne ppter aduersam ualitudiem pb̃io ubi stineret:quod cum Cæsar audisset deferri se in aciẽ iussit: abdũ uiriliter padipiscenda uictoria excubat castra eius a bruto capta sũt & ita somnio eius medici euasit infortuniũ. auctores Valerius & lactatius. ¶ Cubãs Iacens tanq egrotus: cubare.n. pprie egrotorũ est. oratius trãs tyberiũ longe cubat is ppe Cæsaris ortos.idem alibi ait cubat hic in uale qrini: ubi interptes cubat exposuerũt pro egrotat. ¶ Per oẽ uer. aristoteles & fabian⁹ plurimũ sõniari circa uernũ tp̃s tradũt magisq; supio cubitu

at pono nihil. ¶ Et minus uana.uanos dici mendaces & infidos & uana mendacia docet gellius in.xvii.Cicero quoq; nihil turpius esse ait uanitate hoc est mendacio:quã prisci uanitudinem dixerunt:pacuuius.ne turpassis uanitudine eratem tuam:& plautinus adulescens in trinũmo.cum pbis potius optar q̃ cum iprobis uiuere uanidicis. ¶ Tonanti ioui.supradictũ est augustum consecrasse eodẽ ioui tonanti liberatũ piculosũ expeditione cantabrica p nocturnũ iter lectica eius fulgur pstrinxisset. iter cognomina iouis multa:ẽ & tonãtis cognomẽ tum.plinius in.[illegible] inter statores & tonãtes & feretrios elicitũ quoq; accepimus iouẽ.Ioue tonante ut ait Cicero comitia populi habere nefas erat. ¶ Queri lamentari. ¶ Cultores abduci. tanq̃ augustus nõ amplius coleret capitolinũ iouẽ sed tonãtis tãmodo cultor factus esset. ¶ Abduci.est inuitarũ psonarũ. ¶ Tonãtẽ p ianitore.pinde ac iupiter tonãs:cui ædẽ dedicauerat:loco ianitoris foret capitolino ioui.ianitores aũt more ueterũ catena uincti ianuã seruabãt:qd traqllus docet ĩ libello de grãmaticis & rhetoribus scribẽs uolcatiũ hostiariũ fuisse i catena more ueterũ:& ab ouidio dictũ.ianitor ĩdigne lõga religate catena. ¶ Tintinabulis.tintinabula in usu ap̃ ueteres fuisse uel illud plautinũ satis demõstrat: nunq edepol temere tintinabulũ:nisi q trãseat.aut mouet mutũ tacet: scribit plinius i.xxxvi.pepẽdisse in labyrinto italici fastigio tintinabula catenis excepta:q̃ uẽto agitata lõge sonitus referebãt.hoc idẽ dodone factitatũ fuit ap̃ epigrãmatistã in apophoretis lẽma est tintinabulũ.cui distichon subiicit.redde pilã sonat æs thermarũ nomen est fictitiũ:ut docet priscianus:qd a pprietate soni p imitationẽ fit.põt aũt formatũ a uerbo tintino:de quo catullus.tintinãt aures sonitu suopte.dr & tinnire qd significat sonare.uñ existimat nonius nuncupata esse tintinabula.hic ẽt tintinaculi uiri dñt ĩ trutulẽto a plauto p q̃ elegãter flagelliferi: qui cedẽtes uerberibus sonũ faciũt crepitũq; plagarũ. ¶ Ianuis depẽdebãt.augustus ita somnũ ipleuerat:quo uisus fuerat rñdisse iouisse tonãtẽ p ianitore apposuisse:nã tintinabula q̃ uehemẽter conãr ianuis depẽdẽtia uidebanẽ implere ianitoris tonãtis officiũ:q pro ianuis excubat catenarius. ¶ Stipẽ.nũmos. ¶ Emẽdicabat. more mẽdicorũ petebat:quos plautus appellat mẽdicabula. ¶ Asses.nũmos.de assibus q erat nũmi librales supra diximus. ¶ Auspicia & omina:auspicia ad aues referũtur.quorũ duorũ sũt genera.unũ ad oculos alterũ ad aures ptinẽs:ad oculos.s.uolatus:ad aures uox auiũ.dicta aũt sũt auspicia quasi auiũ spicia:hoc est ab auiũ inspectiõe:sicut auguria quasi auiũ garria ab auiũ garritu & uoce.omina uero ad uoces hoiũ referũtur: quæ maiores nñi ut inqt Cicero qa ualere cẽsebant:iccirco oĩbus agẽdis qd bonũ faustũ felix fortunatũq; esse præfabãtur:antiq osmen auctore uarrone dicebãt qd nũc omen dicimus extrita lĩa.s. ¶ Perpã.nõ recte.hæc.n. duo aduerbia sibi opponũtur recte & pperã.liuius.neq; recte an pperã ĩterptor. ¶ Sinister p dextro.plini⁹ ĩ ii.sic ait.diuus augustus leuũ pdidit sibi calceũ pposterẽ iductũ:quo die seditiõe militari ppe afflict⁹ ẽ. ¶ Forte rorasset.scribũt phi rores neq; gelu neq; ardorib⁹ existere nec nisi serẽa nocte.ait aristoteles ĩ.i.meteororũ Rorare ĩ locis tempatis:ideoq; esse torẽ & pluuiã.sed alterũ modicũ alterã copiasam.plerıq; dixere rorẽ iustũ sole cãm esse rubiginis i frugibus agrorũ rorationẽ scripsit plinius in.xvii.esse morbũ in uitibus deflorescẽtibus.a rore ut docet.M.Varro dicti milites rorarii q bellum primi cõmittebant:ideo q ante rorat q̃ pluat. ¶ M.AN. ¶ Amici:sed medici potius legendum:nam ut Valerius & Plutarchus scribunt a teru medici sõnio Augustus:philipensi bello seruatus est. ¶ Aedem tonati io:quam cantabrico uouerat bello:i Plinius iouemq; illum tonantem in capitolio ante cuncta laudabilem. ¶ Tonantem:ædem tonantis. ¶ Pro ianito

Cubat.
Vanitas
Vanitudo
Vanidica
Ianitores i catena
Tintinabula
Tintino
Tintinaculi
auspicia
auguria
Omina
Ros
Rorario
Rorare

re: ianuæ custodem. ¶ Tintinabulis: æneis instrumentis: a campano ære haud dissimilibus. Iuuenalis tot tintinabula dicas pulsari: quod ait fastigium templi tintinabulis ornatum: ad illud refertur. quod pro ianitore dixerat tonantem appositum. Affranius: tintinire ianitoris impedimenta audio. ¶ Fastigium partem ædis eminentissimam. ¶ Redimiuit: excoluit: ornauit. ¶ Nocturno usitato somnio. ¶ Stipem: pecuniam. ¶ Die certo: stato die. ¶ Cauam cutuam qualis mendicantis esse solet. ¶ Auspicia. futurorū denunciationes: auspiciis conceptæ: sunt autem auspicia ab auium inspectione dicta: & ut Marcello placet auguriis minus generalia. ¶ Ominamentis sunt & uocis. Tibullus linguis animisq; fauete: sed linguis aliquo linguas silentio capiunt. ¶ Perperam peruerse: Terentius: Veq; istoc de nomine eo perperam olim dixit. ¶ Vt dirum: auspicium. s.

quã profectionē forte rorasset: ut lętū: maturiq; & prosperi reditus: sed & ostētis pcipue mouebat. Enatā īter iūcturas lapidū ante domū suā palmā in cōpluuiū deorū penatiū transtulit: utq; coalesceret magnope curauit. Apud īsulā capreas ueterrimæ ilicis dimissos iā ad terrā languētesq; ramos cōualuisse aduentu suo adeo lætatus ē: ut eas cū rep. neapolitãorū permutauerit ænaria data. Obseruabat & dies quosdā: ne aut

¶ PHI. ¶ Vt lętū tanq̃ felix auspiciū id obseruabat. ¶ Ostētis [*Ostēta*] ostenta ab ostēdēdo dicta perhibent: sicut mōstra a monstrādo & portēta a portendēdo: q; aliquid ostendo demonstrēt: auctor augustinus li. xxi. Cicero in. ii. de diuinatione: portēta ostenta quæ deludit nullaq; esse confirmat. nam si qd raro fit id ostētū putandū est sapiētem esse ostū est. sepius. n. nullā pepisse q̃ sapientem fuisse. ¶ Inter iuncturas lapidū. Idem ostentum euenit iulio Cæsari. nam quo tpe pompeium in pharsalia debellauit per eosdem dies ralibus in templo uictoriæ: ubi Cæsaris statua erat conserrata iter coagmenta lapidum expauimento palma extitisse ostendebatur. ¶ In cōpluuium. locum in medio edium ut lucem caperent relictum deorsum quo impluebat impluuium ueteres dixerunt: sursum qua compluebat, compluuium. utrunq; a pluuia nuncupatum. auctor Marcus Varro [*Impluuiū*] [*Cōpluuiū*] cauis ediū compluuiis dicta ē uinea compluiata: quæ ut eleganter docet plinius in. xvii. diuiditur in quaternas partes totidē iugis: quæ uino copiosior est. [*Cōpluuiata uinea*] ¶ Deorū penatium. Dii penates ut ait macrobius in tertio saturnalium sunt proprii romanorum: qui græce dicuntur θεοὶ μεγάλοι hoc est dii magni: qui samothraces a cassio hemina nuncupatur. unde & illud satyrici poetæ. iures licet & samothracum & nostrorū aras. Varro refert dardanum deos penates ex samothracei phrigiam & æneam e phrygia in italiā detulisse. higinus ait eos uocari θεοὺς πατρῴους. deos patrios. Vnde uidetur dixisse uirgilius. patriiq; penates. quos Romani penates uocant græci modo patrios modo genethlios dixere: a quibusdā hercei nuncupantur ut docet Dionysius in primo antiquitatum. [*Dii pēates*] & ut inqt festus intra cōsectum domus cuiusq; colebatur iupiter cognomento herceus græco quidē uocabulo. sed apud latinos usitato. τὸ ἕρκος. græci septum uocant & uallum: sicut ab homero achilles dictus est ἕρκος ἀχαιῶν. i. sepimentū & murus græcorū. herceum iouem latini etiam deum penetralē appellabant. pp deum herceum dixit. [*Hercei*] [*Loc' lucani*] nimirū lucanus in. x. herceas monstrator ut non respicis aras. Dicūt enim dii iuxta aram iouis hercei fuisse priamum a pyrrho interemptum. grammatici & litteratores triuiales eius meti lucani perperam legere consueuerunt & perperam enarrare: ut pro herceas aras legant hectoreas. existimantq; eam esse probam emaculatamq; lectionem: tanq̃ dicat monstrator respice ad aras mānibus hectoreis dicatas. sed profecto hallucinantur & in pensitanda poetarum eruditione cecutiunt. de eodem ouidius. cui nil hercei profuit ara iouis. ¶ Coalescere. crescendo surgere. ¶ Veterrimæ ilicis. ilex arbor est glandifera. cuius glans suem facit angustam nitidam strigosam: ponderosam: est enim breuior & gracilior quam [*Ilex*] [*Acylos*] homerus acylon appellat. auctor plinius in decimosexto. si autem scire expetis: ubi homerus acyli mentionem faciat: scito illum libro decimo odyseæ scriptum reliquisse. quemadmodum circe apposuit acylon ilicibatum ulixis sociis: quos in porcos deformauerat. ueterrimus autem superlatiuum est a positiuo ueter. nam de ueterior & ueterrimus inclinantur: sicuti prisciano & capro grammaticis doctissimis uidetur. Quod autem ueter ab antiquis usurpatum sit testatur actius in hecuba cum ait. ueter fatorū terminus sic iusserat. puerus. ¶ Conualuisse. tanq̃ egrotantes pristinum uigorem nitoremq; recuperasse. ¶ Eas. s. capreas insulā campaniæ. ¶ Enaria data. in puteolano sinu enaria insula est a statiōe nauium æneæ dicta ab homero marime nuncupata: a græcis pythecusa. Vnde ait strabo in quinto ante misenum prochyta iacet insula a pythecusis quandoq; diuulsa. eretrienses simul & calcidenses pithecusas habitarunt. cum autem græci simiam dicunt πίθηκος quidam existimauerunt a simiarum multitudine pythacusas nuncupatas: quam i culpam uidetur ouidius incidisse illo uersu. inde pithecusas habitantum nomine dictas. plinius in. iii. id pernegat affirmans a figulinis doliatorū dici pithecusas. nam pythos græce dolium uocitatur. Augustus hãc insulam dedit neapolitanis: & ab illis capreas accepit facta quadam quasi permutatiōe. strabo in quito neapolitani amissas bello pithecusas recepe denuo augusto Cæsare illis donāte. hic capreas magnificētissimis ibi extructis edificiis peculiare fecit sibi receptaculum. [*Enaria*]

¶ M. AN. ¶ Rorasset: leniter pluisset. ¶ Ostentis: ostētū labeo esse dixit: omne qd est cōtra naturam factū gentium: ue: Festus quasi ostentatum dictum putat. ¶ In cōpluuium: Compluuiū & impluuiū a pluo sūt: ē impluuiū ut Asconio placet locus sine tecto in edibus. quo impluere imber i domū possit. ¶ Deorū penatium de diis penatibus Macrobius abunde multa: Sed quod ad eorum sedē: & formam attinet alicarnasse

us Dionysius plura: ait ille romæ fuisse tēplū: haud procul foro ualde tenebrosū in quo duos adolescentes
uidisset pira tenētes ueteris artis opa: quibus inscriptio eēt: dii penates. ❡ Capreas: insulā cāpano littori p
pinquā: Plinius: Mox a surrento. viii. milibus passuum distantes tyberii principis arce nobiles capreæ: Stra
bo duo capreaꝶ antiquitus fuere oppidicula: Nūc uero unū: qd neapolitani occupauere. n. amissas bello pi
thecusas recepere denuo Augusto Cæsare illis donantes: is capreas magnificentissimis ibi structis ædificiis
peculiare sibi fecit receptatulum. ❡ Conualuisset: reuixisset. ❡ Enariam insula: & ipsa in puteolāo sinu quā
Homerus ut Plinius refert: enarimem appellauit: græci pithecusam non a simiarum multitudine: ut aliq
existimauere: sed a figulinis doliariorum. πίθοι enim græci dolium appellant.

postridie nundinas quoquā proficisceretur: aut nominis quo
q̄ rei seriæ icoharet nihil in hoc qdē aliud deuitans: ut ad Ti
beriū scribit q̄ δυσφημίαν ominis.

De obseruatione peregrinaꝶ cærimoniarum.

PEregrinarum cærimoniarum sicut ueteres: aut pce
ptas reuerentissime coluit: ita cæteras cōtēptui ha
buit. Nāq; athenis initiatus; quū postea Romæ p tribunali

❡ PHI. ❡ Postridie. uerius flac
cus dies qui sunt postridie calē
das nōas idus dictos habito sq;
Atros esse scribit uelut infausta
appellatione dānatos: quos ad
oia maiores nostri cauēdos pu
tauerunt: qui alio nomine religio
si dicuntur. uulgus imperite ne
fastos appellat. causam refert li
uius in. vi. his uerbis: qdā q̄ po
stridie idus q̄ntiles ñ litasset sul
pitius tribunus militū neq; in

Atri dies

Religiosi

uenta pace dum post diem tertium obiectus hosti Romāus exercitus esset: et postridie idus rebus diuinis
superſederi iussum inde ut postridie calendas quoq; ac nonas eadem religio esse traditum putat. Idem tra
ditur a macrobio in primo & ab aulo gellio in. v. quo circa magis existimo legēdum apud Suetonium po
stridie nonas q̄ postridie nundinas. non. n. dies illi qui nundinas sequunt inter atros nominales ab erudi
tis numerantur: nisi fortassis augustus id ex quadam peculiari obseruatione factitabat: tanq nundinas ex
ipso noīe ominosas & inauspicatas iudicaret quasi nondum eas possimus interpretari: sicut in libro annota
tionum docuimus ex illa proclamatione uendentis ficos cauneas. factum esse omen crasso tanq cauneas si
gnificaret caue ne eas. de nundinis quæ iouis feriæ sunt affatim scribit macrobius in primo saturnalium.
❡ Obseruabat & dies. contra pcipitur in decretis canōicis: ne dies obseruent: ubi sic scriptū legimus. xxvi.
Q. nouissima. nō obseruetis dies qui dicunt egyptiaci aut calendas. multi a chaldeo siue mathematico di
es petere solent: q sint cōmodi uel negationibus auspicādis: uel nuptiali copulæ: uel nauigatiōibus oppor
tuni: sup quo facunde scribit apuleius in. xi. de asino aureo. δυσφημία dissima græce dicitur infamia &
maledic tia. ita augustus dissimiā hoc est ominosam significationem uitare se dicebat: quæ subesse uidet
in hac dictione nonis: nam quēadmodū nundinas possumus per quandā quasi etymologiā interpretari nū
dum eas: ita nonis hoc est die nonarum significari poterit non is idest non uadis tanq talibus diebus eun
dum non sit ad res serias inch andas. & ita augustus ex nomine siue nondinarum siue nonarum tanq in
fausto dies illos ueluti ominosos & atros obseruabat. ❡ Peregrinatū: scribit liuius libro trigesimo, nono.
sæpe ætate auorum negotium datum esse magistratibus ut sacra externa fieri uetarent. Et Cicero libro se
cundo de legibus inquit. separatim nemo sit habens deos nouos siue alienigenas. id enim confusionem
habet religionum. ❡ Iniciatus. initia dicuntur sacrificia. Varro libro secūdo de re rustica a suillo pecore imo
landi initium primum sumptum uidetur. cuius uestigia q initiis cereris porci immolantur: & q initiis pa
cis fedus cum feritur porcus occiditur: initiare est sacris imbuere & ut utar uerbo ecclesiasticorum religio
nibus consecratos ordinare. hinc illud hieronymi celeberrimum repetitum q;. Distinctione undequinqua
gesima decretorum. Cerum animal offert qui ordinat indoctum. Firmicus maternus libro septimo ma
theseos sic ait orpheus ab his quos iniciabat in primo uestibulo cum terribili auctoritate religionis exegit
ne prophanis auribus inuentæ ac compositæ religiones proderentur. alias initiare significat incipere. Idē
firmicus in secundo. ❡ Exagonum ex ab eo signo a quo initiamus signum tertium. Initiatus igitur sacris
imbutus & diuinis mysteriis ordinatus accipitur. Qui uero initiatus non erat eum nefas erat ingredi tem
plum cereris diebus initiorum: quod euidēter ostendit liuius in. xxxi. scribens duos iuuenes acarnanes tā
q ob infandum scelus interfectos fuisse: q per dies initiorum cum iniciati ñ essent imprudentes religiōis
cum cetera turba ingressi fuerant templum cereris: quæ fuit causa & origo belli iter philiphum; macedo
num regem & athenienses.

Nonis

Initia

Iniciatus

❡ M. A N. Postridie nundinas: Macrobius auctor est: oēs postridianos dies atros a ro. iudicatos infelices
ominosos: postridianos dixere. qui idus: nonas: calen. pxīe sequerēt: at postridie nūdinas dixit: ut ominosā
uocem potius augustus auersatus dici possit: q euentum aliquem. uidetur. n. conuersionem negare: Δι
νέω. n. conuertor est: uel qn̄ coniectura agendum sit nunc δεινά. i. nunc grauia ille interpretatus est: Euri
pides: ὦ δεινὰ πάσχουσα. ❡ Nonis: in his quoq; δυσφημίαν secutus: hoc est nō inis nā & nox cauneas fi
cos uendentiū. M. Crasso omen quū in parthos iret fecisse di. q. m oneret cauere ne iret. Plinius est auctor.
❡ δυσφημίαν. infamiā. i. infamē & ominosam uocē: Euripides: τί με δυσφήμοις φροιμίοις κατα.
❡ Ominis: ominosæ uocis. ❡ Initiatus. eleusinæ cereris mysteriis ibutus: sacra ipa initia dicta: ui uerbum
initiari: græci θεσμοφόρια appellant. Aristophanes: τὰ μεγάλα μυστήρια appellasse mihi uidetur: eius
in Pluto carmen est: μυστηρίοις δὲ τοῖς μεγάλοις ὀχούμενον ἐπὶ τῆς ἁμάξης.

¶PHI. ¶ Atticæ cereris. attica ut inquit strabo deorum est loca ipsa possidentium & heroum. In attica eleusin urbs est. ubi eleusinæ cereris templum & fanum mysticum turbæ theatralis capacissimum. Cicero in oratione pro flacco religionem ab atheniensibus ortam & in omnes terras distributam tradit. scribit plutarchus in demetrio demetrium optasse mysteria omnia atheniensium inuisere contemplarique. erant autem mysteria duplicia altera magna altera parua: & quidem magna mense iunio: parua uero mense nouembri solita erant celebrari. Erant & tertia mysteria quæ suprema apud illos habebantur: ad quæ magna cum reuerentia homines adibant. in sacris cereris uirgines atticæ sustinebant in capitibus reposita in cistis sacra: quæ ob id canephoræ uocabantur. De quibus scripsimus in libro annotationum. oratius ut attica uirgo cum sacris cereris procedit fuscus hidaspes. Catullus cæphoros signauit illo uersu. pars obscura cauis celebrabant orgia cistis. thesmophoria uocant græci festa cereris tanquam legiferæ. ipsamque thesmophoram hoc est legiferam: prima namque leges inuenisse fertur.

Mysteria magna, parua, mysteria suprema

de priuilegio sacerdotum atticæ cereris cognosceret: & quædam secretiora proponerentur dimisso concilio; & corona circunstantium solus adiit disceptantes. At cotura non modo in peragranda ægypto paulo deflectere ad uisendum Apin supersedit: sed & caium nepotem: quod iudæam præteruehens apud hierosolymam non supplicasset collaudauit.

Cæphoræ.

scribit plinius in xxiiii. matronas in thesmophoriis atheniensium castitatem custodientes agni casti foliis concubitus sibi sternere eum nomen inditum arbori est. græci ἄγνον parum & castum uocant. olim alcibiades quod polluisset enunciassetque festa cereris: quod appellarunt adonia insimulatus est. namque ut ait iustinus mysteria cereris atticæ nulla magis re quam silentio sacrata sunt. Aristophanes quoque in nepheles muit arcana fuisse sacra cereris: quæ ἀπόρρητα ἱερὰ appellat. ¶ De priuilegio sacerdotum. Indicat huius antistites templi cereris atticæ fuisse preditos maxima auctoritate cum ait acarnanes qui per errorem ingressi fuerant templum deductos fuisse ad antistites a quibus damnati interfectique sunt tanquam nocentes. ¶ Quædam secretiora. iam diximus mysteria cereris nulla magis re quam silentio sancta existimari. Arcana autem religionum non esse intimanda prophanis auribus monet iulius firmicus: & a Catullo decenter dictum. Orgiaque frustra cupiunt audire prophani: quin etiam pythagoras atque porphirius silentio religioso animos initiatorum consecrabant. Oratius ait in carminibus se uitaturum ne secum sub eodem tecto sit. qui cereris sacrum uulgarit arcanæ. ¶ Apuleius in describenda isidis religione: quæ eadem ceres est: ferebatur inquit ab alio cista secretorum capax penitus celans operta magnificæ religionis. Idem inibi non inuulganda religionis arcana demonstrans ait. Dicerem si dicere liceret: cognosceres si liceret audire. sed parem noxam contraherent aures & linguæ illæ temerariæ curiositatis. merito itaque augustus cum secretiora proponerentur solus utpote initiatus audire uoluit confidentes disceptantesque ne arcana religionis in uulgus edita contractum apud prophanos innotescerent. ¶ Corona. multitudine. nam & Cicero coronam populi dicit multitudinem circum subsellia stantem: & ab oratio dictum est scis quo clamore coronæ plia substineas campestria. ¶ Supersedit. cessauit. ¶ Ad uisendum apin. Bos in egypto numinis uice colitur: quem apin uocant: auctor plinius in octauo. Reliqua de api uulgatissima legere poteris cum uoles apud solinum in polihystore apud herodotum in secundo. apud eundem plinium in. viii. hoc in presentia quod celatu dignum est: quod apud ecclesiasticos scriptores scriptum legimus non uidetur pretereundum: qui tradunt apim argiuorum regem nauibus transuectum egyptum: ibique cum mortuus fuisset: factum esse serapim omnium maximum egyptiorum deum. cur autem serapis dictus sit augustinus in. xviii. de ci. dei. & eusebius in. viii. preparationis euangelicæ rationem reddunt: quoniam inquiunt arca in qua mortuus ponitur soros dicitur græce: & ibi eum sepultum uenerari ceperunt soros apis primo deinde litteris ut fieri assolet commutatis serapis dictus est. In huius honorem alebatur bos: qui apis uocatur quem uice numinis egyptii uenerabantur ut dudum diximus. olim cambyses eum apim uulnerasset dicitur ad insaniam fuisse redactus. augustus huiusce apis superstitionem inuisere neglexit. De origine serapis & simulachro ac nomine scribit copiosissime elegantissimeque ruffinus in appendicula historiæ ecclesiasticæ quam texit eusebius Tota egiptiace religionis celebratio luculente scribitur ab apuleio in. xi. ¶ Apud hierosolymam laudauit augustus Caium nepotem quod non adorasset in templo hierosolymorum deum iudeorum tanquam religio iudaica foret superstitiosa. namque & apuleius iudeos in floridis superstitiosos uocat. uerum iudei ex mandato dei nullam effigiem uenerantur sed sola mente unum tantum numen intelligunt & profanos illos existimant ut inquit tacitus qui imagines deorum mortalibus materiis in species hominum effigiant. Deum namque esse incorporeum inuisibilem immobilem bene sentiunt: cuius profecto imaginem nemo sanæ mentis audeat effingere oportere itaque relicta omni simulacrorum effigie sine forma colere deum Hinc a lucano dictum uidetur. Et dedita sacris incerti iudea dei. pompeius domitis iudeis templum illud celebratissimum hierosolymorum iure uictoriæ ingressus est. Inde uulgatum nullas intus deum effigies uacuam esse sedem & uana templi arcana: longa est apud iosephum & egesippum historia: quemadmodum iudei pertinacissime recusarunt ne imagines imperatorum primo tiberii per pilatum: mox caligule per petronium in templo collocarentur constanter uociferantes se magis uniuersos interfici uelle: quam legem preuaricari religionemque polluere: quam insupabilem impollutamque hactenus custodierant. Igitur augustus in hoc reprehensibilis est quod religionem iudaicam existimauerit esse fugiendam per inde ac improbam & superstitiosam cum sit uera & purissima ad cultum ueri conditoris & ultramundani dei: cuius digito legem scriptam moses in tabulis dedit iudaico populo sicut copiosissime explicatur in instrumento ueteri. Quanto laudabilior alexander magnus uideri merito potest qui numen iudeorum olim adorauit: & principem sacerdotum primus ueneratus est: ut docet iosephus in. xi. antiquitatum.

Mysteria silentio sancta.

Apis.

Soros apis

Deum non esse simulacris colendum

¶ Atticæ cereris: cuius erant initia. ¶ Secretiora: prophanis non reuelanda. ¶ Corona: soluta: dimissaq; concione. ¶ Solus: quia initiatus. ¶ Apin: bouem præcipua in ægypto ueneratione de eius forma plinius & Herodotus plura de ritu sacrorum: Macrobius & idē Herodotus ñ pauca. ¶ Non supplicasset rem diuinam non fecisset: nullam uenerationem impartiisset. Sed Augustus patriæ stultitiæ adiectus: quū demonibus seruiret nefas putauit: deo optimo maximo supplicare.

De. xvii. præsagiis p quæ magna eius felicitas pnosci potuit

ET quoniã ad hoc uentũ est: nõ ab re fuerit subtexere: quæ ei priusq̃ nasceretur: & ipso natali die, ac deinceps euenerint: quibus futura magnitudo ei⁹ & ppetua felicitas sperari animaduertiq; posset. Velitris antiquitus tacta de cœlo parte muri responsũ est: eius oppidi ciuẽ qñq; reg; potiturũ: qua fiducia Velitrini: & tũc statim: & postea sæpius pene ad exitũ sui cũ po. ro. belligerauerãt. Sero tandẽ documẽtis apparuit ostentũ illud Augusti potentiam portendisse. Auctor est Iulius marathus: ante paucos q̃ nasceretur mẽses prodigiũ Romæ factũ publice: quo denũciabat̃ regem po. ro. naturã parturire. Senatũ exterritum cẽ suisse: ne quis illo anno genitus educaret̃. Eos qui grauidas uxores haberẽt: quo ad se q̃sq; spem traheret curasse ne senatuscõsultũ ad ærariũ deferret̃. In asclepiadis mẽdetis theologumenon libris lego acciam: cũ ad solẽne Apollinis sacrũ media nocte uenisset: posita ĩ tẽplo lectica: dũ cæteræ matronæ dormirẽt: obdormisse: dracone repẽte irrepsisse ad eam pauloq; post egressũ: illã expgefactã quasi a cõcubitu mariti

¶ PHI. ¶ Non ab re fuerit: nõ inutile fuerit nec dissonum alienũq; a proposito. ¶ Tacta de celo. quæ fulminæ pcussa sunt de celo tacta dicunt̃: uirgilus. de celo tactas memini prædicere quercus. Cicero in catilinam tactus est et ille qui hanc urbẽ condidit romulus. Liuius: tacta de celo multa: duæ in capitolio edes: Antiqui fanaticas arbores dixerũt fulmie ictas. ¶ Oppidi. uelitrarum: un gens octauia oriunda est. ¶ Sepius belligerauerant. Liuius in hanc sententiam libro. viii. ab urbe condita. In uelitrenos ueteres ciues romanos: qd totiẽs rebellasset grauiter sæuitũ: & muri deiecti: & senatus inde abductus iussiq; trãs tyberim habitare. ¶ Ostentũ illud. muri. s. uelitris de celo tacti. Naturam pturire. qdam hoc ad christũ rettulere nõ ad augustũ: tanq̃ ille esset futurus uerus rex non solũ po. romani sed totius mũdi: qui natus ẽ augusto imperante. ¶ Exterritum. trepidum pauefactũ conturbatum. extrilidus uero dr̃ impauidus interritusq;. Gellius conspicimus hoiem impauidũ atq; extrilidum. ¶ Ad æraiũ defertur. Vbi leges iam in æs incisæ in ærariũ recondebant̃ infirmari tolliq; non poterant: q uero promulgatæ tantũ erant nec dum in æs incisæ intercessione aboleri poterant: qd docet Cicero in prima philippica. ¶ Mẽdetis. egyptii sunt. n. mendensii egypti populi ab hirco siue pane quẽ precipuo honore uenerant̃ nominati: hircus. n. & pan egyptiaca lingua mẽdes uocatur. hinc scribit heredotus capratios esse in pcipuo honore apud mẽdesios. ¶ Asclepiades. alius fuit prusiensis asclepiades ille maximus medicoꝝ: hippocratẽ semper excipio: qui primus repperit egris uino opitulari: qui dãnauit uomitiones: arguit medicamẽtoꝝ potus stomacho inimicos. Qui officiũ medici esse dixit: ut cito ut celeriter ut iocũde curet: qui sponsiõem fecit cũ fortuna ne medicus crederet̃: si unq̃ inualidus ullo modo fuisset ipse: & uictor suprema i senecta lapsu scalarum exanimatus est. ¶ Theologumenon. genitiuus ẽ græcus: theologumena dicunt̃ rerũ diuinaꝝ deorũq; disertatiões disputatiõesue. ¶ Acciã. ipsius agusti matrẽ. ¶ Obdormisse. mos erat ueterũ ut in templis deoꝝ dormirent ut ita secundũ quietẽ acciperẽt respõsa: sicut docet seruius in. vii. cõmentario. & hoc incubare dicebat̃. hinc ait plautus in curgulione. Nãq; incubarẽ te fuerat satius ioui: qui tibi iureiurãdo auxilio fuit. Strabo quoq; lib. xvi. tradit iudeos in tẽplo solitos uel p se queq; indormire uel alios: q boni somniatores essent pro aliis: ac semper bonũ aliquod & donũ & signum a deo expectare eos presertim qui caste integreq; & cũ iusticia uiuerẽt. Ceteros uero nequaq̃. quin ẽt Virgilius hũc in tẽplis dormiẽdi morẽ atq; incubãdi expssit illo uersu: pellibus icubuit stratis somnosq; petiuit. Igit̃ actia augusti mr̃ obdormierat in tẽplo apollinis una cũ ceteris matronis ut p somnium responsa acciperent a deo. Dii. n. ut ait Cicero cũ dormiẽtibus colloquũtur. ¶ Draconẽ irrepsisse. hoc idẽ de põponia aphricãi scipiõis matre traditũ est: q cũ obdormiret uisus iuxta ea cubare ingẽs anguis: is mox elapsus ab his q uiderãt inueniri nõ quiuit: ad pu. scipio aphricanu ptad aruspices rettulit: q responderunt fore ut filius gigneret̃: neq; mu'tis diebus postea quã in lecto uisus ẽ mulier cõcepit peperitq; mẽse. x. scipionẽ aphricanũ. q uicit hãnibalẽ. In historia quoq; græca scriptũ est serpentẽ uisũ eẽ cubare iuxta olympiadẽ philippi regis uxorẽ: ex quo uulgatũ ẽ alexandrũ magnũ ex numine cõceptũ. ¶ Irrepsisse. repere eaꝝ est rerũ q carent pedibus: uñ & reptilia dicta. Ambrosius in. v. hexameri scimus inqt reptilia dici gña serpentũ eo qd sup terrã repũt. sed multo magis omne quod natat reptãdi habet uel speciẽ uel naturam.

¶ M. A N. ¶ Tacta de cælo: icta fulmine. ¶ Velitrini: uelitreni & uelitrini: a uelitris dicti. ¶ Prodigiũ: Seruius prodigium id esse putat: quod in longum tempus suam digerit significationem. ¶ Exterritum perculsum. ¶ Ad ærarium: misi quidẽ tabulæ: quibus leges incisæ eẽnt in ærarium reponi cõsueuere: eoq; delatis nulli integrum erat amplius in eis quicq̃ mutare: prius uero uel ambitiõe uel auctoritate itum ẽ quandoq; obuiam. ¶ Theolugumenon: diuinarum disertationum: siue disputationum ¶ Acciam. Augusti matrẽ.

Tacta de celo

Fanatice arbores.

Mendesii Mẽdes pã asclepiades

Theologumena

Incubare

Geniti ex dracõibus

Repticia

Draconem: bene draconem quia in tēplo. Vergilius: Delubra ad sūma dracones: similia ferre de Aphricani cōceptu tradit Gellius. Quasi a concubitu mariti: ac si cum marito concubuisset.

PHI. Purificasse se. per ius & nocte flumine prtgas. na qui deos colūt puri & casti esse debēt. hinc lex illa a Cicerone tradita ad diuos caste adeūto: ubi nō minus ai q̄ corporis castimonia ītelligi debet: & ut casta corpora adhibeant aspersione aq̄ fieri significat. Itaq; accia cū esset expergefacta nō minus se purificauit: q si cū marito cocubuisset.

purificasse se: & stati in corpore eius extitisse maculam: uelut depicti dracōis: nec potuisse unq̄ eximi adeo ut mox publicis balneis ppetuo abstinuerit, augustū natū mense decimo: & ob hæc apollinis filiū existimatū. Eadem accia priusq̄ pareret somniauit intestina sua ferri ad sidera: explicarique per omnem terrarum & cæli ambitum. Somniauit & pa-

Cōcubitus enim polluit religonē: & ut ait tibullus discedat ab aris cui tulit hesterna gaudia nocte uenus. Eximi. tolli & aboleri. Publicis balneis. hæc balneæ dicimus & hæc balnea auctore phoca. est aūt dīa hæc: q balneæ publicæ. s. genere dīt: balnea uero sīt priuatorū: sicuti docet M. uarro li. ii. de anologia. hinc apud apuleiū balneas facile pcōtabimur: & apud gelliū apud balneas sitias cū philosopho fauorino ambulabamus. plinius in. xxxi. uapore ipso quoq; aliquæ aq̄ prosunt: tantaq; est uis ut balneas calefaciāt. pmiscue tñ usurpant̄ ista apud eruditos qui nō tā scrupulosæ grāmaticæ seruiunt q̄ eloquētiæ. M. agrippa balnea publica fecit eaq; gratuita prebuit numero. clxx. quæ mox ut ait plinius in finitum auxere numerū. Natum mēse. x. romani partionē mulieris secundū naturā fieri estimabant nono mēse aut decimo: & iccirco noīa parcis tribus fecerūt appellātes Nonam decimā parcam. nā parca imutata littera una a partu nominata est. Nona uero & decima a partus tēpestiui tpe. hinc plautus ait in cistelaria decimo post mense exacto hic peperit filiam. & Maro. matri longa decem tulerunt fastidia menses. hac tēpestate quod maxime mirū est non temere femina parit decimo mense exacto ab ipso conceptu. apud censorinum cām inuenio sideralem de partione decimi mensis haudquaq improbandumq̄ hoc potissimum loco congruenter explicari poterit. ait. n. quo tpe partus concipitur in utero muliebri: necesse esse ut sol sit in aliquo signo & in aliqua eius signi particula: quem locū conceptionis appellant chaldei. hunc locū sol cōspicit a decimo zodiaci signo decimo a cōceptu mēse κατὰ τετράγωνον. i. p conspectū quadratūq per q̄ efficax est: sicut ēr cōspectus ille ē potentissimus qui fit a nono signo κατὰ τρίγωνον. i. per trigonā radiationem: uñ infantes hoc tpe nati existimant̄ eē maturi atq; robusti. a græcis dīt ἐννεάμηνοι καὶ δεκάμηνοι. i. nonē mensiū & decēmensiū. Inter menses genitales septimus quoq; numerat̄: pōtq; septimenstris fetus eē aliq̄s maturus: pp terea q sol particulā conceptiōis a. vii. signo diametraliter cōspicit: q plenissimus ē potētissimusq; cōspectus hoc mense natos græci ἑπτάμηνους uocāt hoc est septimenstres. pythagoras uero duo scribit esse genera partus: alterū septimensiū alterū decemēse. primestrē partū uocat minorē: decēmestrem uero maiorem. alter qui minor est senario numero cōtineri: quem græci τέλειον nos perfectū numerum uocamus. Decēmestrem uero qui maior ē: contineri nūero septenario: quo tota humana uita finit̄. De cuius potentia certatim scriptores prodiderūt. Et hippocrates aliiq; medicoꝝ in corporū ualitudinibus septimū quēq; diem crisimon obseruāt: .i. iudicialem: tanq̄ septimo die de egris indicetur: futuri ne sint an morituri. Ceterum hæc & id genus alia nō imitus interfero: q solent ueluti diuerticula amena esse legentibus: nunc ad propositū redeo. Apollinis filium: sicut scipio africanus iouis filius existimatus: & alexander magnus ammonis. Itidē augustus apollinis: quia sicut serpentes irrepserunt ad pomponia matrē africani: & olimpiada matrem alexandri: sic & serpēs irrepserat ad acciam augusti. sub specie āt serpentium sæpe genii & dii mortalibus misceutur. Sidonius in panegyrico Magnus alexāder: necnō augustus habentur concepti serpente deo: phebūq; iouemq; diuisere sibi. nāq; horū quesiit unus Cyniphia sub sorte patrem. Maculis genitricis alter phebigenā se se gaudebat haberi peonii iactans epidauria signa draconis. Ferri ad sidera. sublimari in celū: hoc portendebat augustū qui per intestina matris signabatur futurum in nūero deoꝝ: & orbi terrarū imperaturum. Explicari. extendi. sunt. n. intestina in hoīe flexuosissimis orbibus implicata & gyris impedita: ne ut ait plato in Timeo esculenta aut poculenta ex tēplo descēdant: ne ue momētis oibus appetēdi cibi necessitas immineat: & ad hoc unū occupari nobis dies noctesq; sit necesse. Intestina āt numero sex esse medicorum clarissimi prodiderunt: quoꝝ hæc sunt noīa duodenum: ieiunū: longum: monoculum. Colon: rectum. apud celsum & plinium nulla mentio fit duodeni intestini: qd a longitudine duodecim digitoꝝ nomen accepit: sicut auicena & albertus magnus medicorūq; schola testant̄. Eximio pyluron a celso dicitur qd duodenum recentiores appellitauerunt. nāq; ima uentriculi ps est q̄ in summū intestinum coartat̄ uocant q; pyluros: qm̄ portæ modo in inferiores ptes ea q̄ excernuntur summus emittit. πυλωρὸν græci ianitorem uocant: unde a recentioribus medicis illiterato quidem sed apto uocabulo portanarius nuncupat̄. Ieiuno autem quod in secūdo loco est ideo tale uocabulū est: quia nun q̄ quod accipit continet sed protinus in inferiores partes transmittit: uocatur & hilla. Inde farcimina hillæ dīt. oratius perna magis ac magis hillis. longum quod tertium est alio nomine Tennis uocatur: & est in sinus uehementer implicitum. Varro & apicius longanonem appellant: quia longius est hoc intestinūq̄ duo hilla sine ieiuna. Monoculū quod quartū est ideo cecum nominatur quia in dexteriorem partem per uiū non est. Colon qd quintum obtinet locum græci noeunt. a nostris dicitur aluus: ubi ut inquit plinius: magna dolorum causa est. Nouissimum est rectū ita noiatumquia in ima parte dirigit̄: qua excernitur. Vni

Noīa parcarum

Deptus decimi mēsis

Partus minor.

Partus maior

Septimus dies crisimus

Cur flexuosa intestina.

Noīa intestinorum.

pyluron.

Ieiunum

Hilla

Longano.

Cecum

Colon

Aluus

Rectum

uersa uero hæc intestina ab omēto conteguntur: de quo dixit Catullus. omētū in flāma pingue liq̄faciēs. dicitur intestinū neutro gñe. Interdū intestinus masculino. plinius in undecimo. intestinus quibusdā ab ore incipiens quadā uia eodem inflectit̄ ut sepiæ & polypo. In hoīe annexus infimo stomacho similis canino. Differunt intestina a uisceribus. illa. n. inferiora sunt hæc superiora. Celsus in quarto a uisceribus ad intestina ueniendū est. alio noīe dñr interanea. uñ apud plinium medelæ sunt inuuineræ ad interanea.

Omentū.
Intestinus.
Interanea.

ℭ M. AN. Purificasse: lustrasse se: quibus intelligi pōt a concubitu nisi purificatis interesse sacris: nō licuisse: Tibullus: Quidue pie dum sacra colis pureq; lauari: Te memini & puro secubuisse thoro. ℭ Publicis balneis: priuatis ergo iam inde usam intelligas. ℭ Natū mēse decimo: qui a conceptu legitimus fuit. Mulieres. n. legitimæ decimo mense pariunt auctores sunt plinius: Gellius: & lactantius Aristotelem secuti. pariunt non nunq̄ alienis mensibus: sed euentus ratio ex illorum lectione cognoscenda.

ter Octauius utero acciæ iubar solis exortum. Quo natus est die cū de Catilinæ cōiuratione ageret̄ in curia; & Octauius ob uxoris puerperium serius affuisset; nota; ac uulgata es est. P. Nigidium cōperta moræ causa ut horā quoq; partus acceperit: affirmasse dominū terrarū orbi natum. Octauio postea cū p secreta Thraciæ exercitum duceret in Liberi patris luco barbara cerimonia de filio cōsulēti, Idem affirmatum est a sacerdotibus quod infuso super altaria mero tātū flammæ emicuisset; ut supgressa fastigiū templi ad cælum usq; ferret̄. Vniq; olim omnino magno Alexādro apud easdē aras sacrificanti simile prouenisset ostentū; atq; etiam sequenti nocte statim uidere uisus ē filium mortali specie ampliorē cū fulmine; & sceptro exuuiisq; Iouis optimi maximi

ℭ PHI. ℭ Vtero acciæ: uterum ī femina appellamus matricem. existimat plinius uuluā dici in ceteris animalib' i muliere uterum & alio noīe locos. uñ apud catonē: si mulier eo locio locos fouebit nunq̄ hi uirosi fiēt. dicūtur aūt loci uirosi a catone qui coitū uiri desideranter affectant cupiūtq; libidinari. Cor. celsus in secūdo. quæ locis laborat ster nutamēto leuatur. Virgilius uterum dixit pro uētre de equo ligneo scribēs: uterumq; armato milite cōplent. Diminutiuum uteri est uterculus: quāuis quidā ab uter id fieri dicant. plinius in. xi. succus mellis in utercu los congestus apum. ℭ Octauius. augusti pater significat̄. ℭ Puerperiū. infra latius dicetur puerperium tā a pueræ dici q̄ pueri partiōe. pueras enim prisci dicebāt quas nūc puellas appellamus: ex quo ē illud uai romanum. properate uiuere pueræ: quas sinit etatela ludere eē amare & ueneris tenere bigas. ℭ Iubar. modo splendorē significat: alias iubar dr̄ stella lucifer q̄ splēdor eius diffundit̄ in modū iubæ leonis. itaq; ait pacuuius. exorto iubare, noctis decurso itinere & pacuuiuū imitatus uirgilius dixit: ar portis iubare exorto. ℭ Nigidiū. hic ē ille nigidius: q cognominatus est figulus eo qd responsurus interrogāti cur gemini dispari conditiōe nascerētur. nobile illud de figuli rota cōmentū excogitauit: qd memorat augustin. n. v. de ci. dei. fuit enim astrologiæ & magicæ peritissimus. unde ait lucanus. at figulus cui cura deos secretaq; mūdi nosce fuit. refert au. gel. culmina doctrinarū multiformium uariarūq; artiū duo floruisse eodem tpe apud romanos. M. Varronē & hūc p. nigidiū: Cuius tamen cōmentationes i uulgus non exierūt pp obscuritatē subtilitatemq; in exilio periit ut docet eusebius. ℭ Horam partus. notationem horæ genitalis horoscopon uocant. ut inquit augusti. n. v. de ci. dei. hinc illud persianū Geminos horoscope uatro producis genio. hinc uerbū horoscopare: quo utitur mālius: & signa horoscopātia a iulio firmico dicta. ℭ Octauio patri augusti. ℭ In liberi patris luco. scribit strabo tēpla lucos uocari a poetis: existimabātur luci religione quadam esse imbuti utpote deorū domicilia Cicero in uerrinis uos deniq; etiā atq; etiā imploro atq; appello sanctissime deæ: quæ illos enēses lacus lucosq; colitis. a cōtrario dici lucū ostēdit quintilianus his uerbis. a cōtrariis aliqua trahi ut lucus quia umbra opacus parū luceat. liberū patrem bacchum ueteres appellauerunt: ab eo qd pro boetiæ libertate pugnauit: ut sentit plutarchus in questionibus. unde & simulachrū liberi patris in liberis ciuitatibus auctore seruio collo cabat̄. autumat seneca in libro de tranqllitate uitæ liberū patrē ideo uocitari quia liberat seruitio curarū aīum: alii ob licentiam linguæ liberū dici existimāt. ℭ Barbara cerimonia. ex ritu religionis barbaricæ longe distant a græco & romano cultu. ℭ Super altaria mero. uinū in sacris adhiberi notissimū est. romulū lacte nō uino sacrificasse tradunt: & ut auctor ē plinius non oibus uinis ad sacra fas erat utiuiam p nephastū hēbatur sacrificare uino qd jeēt ex iputata uite aut fulmīe tacta. ℭ Emicuisset. exiluisset effulsisset. ℭ Fastigiū: cacumē. ℭ Filiū. augustū. ℭ Exuuiis iouis. exuuiæ iouis sunt fulmen sceptrū toga pretexta tunica palmata toga picta. qui etiā ornatus ē uiri triūphalis quod innuit liuius li. x. hinc illud satyrici poetæ. In tunica iouis & pictæ sarrana ferētem ex humeris aulea togæ: Exuuiæ ab exuēdo dictæ sicut induuiæ ab induendo. unde plautus sciēter hæc duo dispauit perinde ac contraria: cum ait in menechmis. induuiæ tuæ atq; uxoris exuuiæ.

Vterus
Locīuirosī
Vterculus
Pueræ
Iubar.
Nigidius figulus
Horoscop' horoscopare
Lucus
Liber pr̄ unde
Exuuiæ iouis
Induuiæ

ℭ M. AN. ℭ Pater Octauius: Octauii Augusti pater. Iubar solis: quod ad Apollinis concubitū refert̄. ℭ Puerperiū: partum. ℭ P. Nigidium quem pithagoricæ disciplinæ peritum magūq; fuisse Eusebius tradit. Gellius secundum Varronem togatorum omnium peritissimū fuisse affirmat. ℭ Horā partus: Horoscopū: ut græci aiunt: Gellius auctor est: oēm genethliacorum disciplinā diligenti disertatiōe a Phauorino subuersā. Accius: Nihil inqt credo auguribus: q aures uerbis diuitāt alienas: suas ut auro locupletēt domos. ℭ Barba-

ta cerimonia barbato facro ge ritu. ¶ Cum fulmine quod iouis insigne uetustas fabulata est.

ac radiata corona super laureatū currū bissenis equis cando re eximio trahētibus. Infans adhuc: ut scriptū apud. C. Drusū extat: repositus uespere ī cunas a nutricula loco plāo: postea luce nō comparuit: & diu quesitus tandē in altissima turri re pertus est iacens contra solis exortū. Quū primū fari cœpis set in auito suburbano obstrepentes forte ranas silere iussit: atq; ex eo negātur ibi ranæ coaxare. Ad quartū lapidem cā panæ uiæ in nemore prandenti ex improuiso aquila panem ci e manu rapuit: & cum altissime uolasset rursus ex impro uiso leniter delapsa reddidit. Q. Catullus post dedicatū capi toliū duabus cōtinuis noctibus somniauit: prima Iouē opti mum maximum prætextatis cōpluribus circa aram ludenti bus unum secreuisse: atq; in eius sinū signum reipub. qđ ma nu gestaret reposuisse: atq; in sequēti animaduertisse se ī gre mio capitolini Iouis eundem puerum: quem quum detrahi iussisset prohibitum monitu dei tanquam is ad tutelam rei publicæ educaretur. Ac die proximo obuiū sibi Augustum quum īcognitum alias haberet nō sine admiratione cōtuit⁹ simillimū dixit puero de quo somniasset. Quidam prius sō nium Catuli aliter exponunt quasi Iuppiter compluribus p̄ textatis tutorē a se poscētibus unum ex eis demōstrasset: ad quem oīa desideria sua referrent: eiusq; osculum delibatum

Radiosus

¶ PHI. ¶ Radiata. radiis distīcta. radiosus dicit̄ sol a plauto q̄ si plenus radio℞. ¶ Laureatum currū. lauri ramusculis quæ ar bor triumphis dicata est: exor natū coronatūq;. alii deauratū le gunt: q̄a currus triumphalis au ro erat bracteatus: quē eq̄ candi di uehebant: ut docet appianus in libycis describens formā tri umphi scipiōis. ¶ Bissenis eqs. idest duodecim. Camillus au ctore liuio curru triūphali eqs albis iuncto urbē romam inue ctus est cū de ueiētibus subactis triumpharet: adq; nō modo pa rū ciuile sed humanū etiam iussi Iouis solisq; equis æqparatū dic tatorem camillū in regionē ēt trahebant romani: unde trium phus ille clarior q̄ gratior fuit. ¶ Non cōparuit. nusq̄ apparu it. nusq̄ uisus est. ¶ In altissima turri. hoc portendebat altitudi nē imperii atq; fastigiū. ¶ Con tra solis. significabat hoc claritu

Auitum

dinem nōis. ¶ In auito. ab auo auitū deducit̄. auitū suburba nū dicitur prediū pretoriumq; auorum iuxta urbē. ¶ Silere. cō simile olim hercules fecit: nāq; cū apud rheginos qesceret: cica dæq; obmurmurarent dicit̄ iussisse ne streperent. & ita ex eo tpe cicidæ apud rheginos mutæ factæ sunt. au ctores solinus & diodorus. ¶ Coaxare. antonius zeta questiones ad genus grāmaticis ꝓponebat: ut dice

Balant.
Grunnit
Rudiunt
Batriunt
Coaxant.
ololygōes

rent singula aīalia quō uocem emitterēt: uelut agni balant: porcelli grunniunt. asini rudūt: tauri mugiunt eq hinniunt: elephanti batriunt & ranæ coaxant: est. n. coaxare uerbū ficticium ab ea uoce quā ranæ faciunt. olo lygones uocant̄ mares ranæ: quo tpe uocem mittententes cient ad coitū feminas. dīr āt ololygones a uer bo græco ὀλολύζω qđ significat ululo. & ὀλολυγὴν. ululatū uocāt: de quo aristoteles in. iiii. de animali bus. onomatopea tropos fictio est noīs græcis inter maximas habita uirtutes: nobis uix permittitur. & sūt ut auctor est qntilianus in. viii. plurima ita posita ab his: q sermonem primo fecerunt. nā mugitus & mur mur & sibilus inde uenerunt: inter q̄ collocari pōt: coaxare. apud aristophanē in batrachis: chorus βρεκεκεκὲξ κοὰξ hoc ē ranaℜ subinde clamat κοὰξ κοὰξ. ¶ Festus quoaxare: scribi existimat per litterā. q. scribit pli nius in macedonia ranas esse mutas ubi & apri muti sunt. ¶ Ad quartū lapidem. ad quartū miliariū. Caius gracchus dimēso uiarū spacio signis miliariis colūnas lapideas spacii signa preferentes constituit: auctor plutarchus in gracchis. ¶ In nemore. loco ameno. sūt. n. nemora ut ait festus amenæ siluæ. ¶ Delapsa red didit. haud absimile est id quod tarquinio prisco factitatū eē historici ꝓdiderūt: cui romā commigranti & in carpento cū uxore tanaqle sedenti aquila suspensis demissa leniter alis pileū abstulit: rursusq; uelut diuini tus missa apte reposuit: inde sublimis abiit. tunc tanaqil perita celestium prodigiorum mulier maritum complexa sperare iussit excelsa & alta: cui mox contigit ut regnū romanū adipisceretur. Qu. catullus. restit tutor dedicatorq; capitolii. ¶ Post dedicatum: supra docuimus syllam felicitati suæ unū hoc defuisse cōfes sum qđ capitoliū non dedicauisset. nā restitutū quidē fuit ab ipso: sed a catullo luctatio dedicatum: cuius no men ut inquit tacitus inter tanta cæsarum opa usq; ad uitelliū mansit. ¶ Prætextatis pueris nobilibus. præ texta ueste indutis: de qua supra satis. ¶ Secreuisse: seposuisse separasse sequestrasse a reliqua turba pueroℜ rum. ¶ Signum reipub. aquilā signare uidet̄ quod fuit signū principale romanoℜ: uel simulachrū liberta tis intelligit. ¶ In sequenti. altero somnio. ¶ Prohibitum somniauit. Scatulus se prohiberi netariq; ne puerum illum detraheret: quem per somnium uiderat in gremio iouis. ¶ Tanq̄ is: scilicet puer. per quem significabatur augustus. ¶ Contuitus. conspicatus: oculis incontinentibus. ¶ Osculum delibatum. uir gilius oscula libauit natæ.

¶ M. AN. ¶ Radiata corona: radiis insignita. ¶ Laureatū currū: lauro ꝑdutū: sed uide ne deauratū potius sit legendum. Appianus deauratum fuisse ait triumphantium currum quē candidi equi traherent. ¶ Solis ortum: id quoq; ad eius conceptū attinet. ¶ Coaxare. id ranaℜ ꝓpria est uox facticia: ut balare oues dicunt

hinnitice equi:elephanti barrire:uñ & ipsi barri dicti. ❡ In nemore:ad aricinum nemus referri non potest quia ad quartū lapidē distat:aricia.x.millibus distat:simpliciter ergo pro quouis loco arboribus denso capi as oportet:nisi forte ad quartū decimū lapidem legas:nā ultra ariciam hodie quoq; oppidū est qd nemus: ueteri appellatiōe incolæ uocāt. ❡ Delapsa reddidit:adē pene ostentū Tarquinio prisco romam migranti futurū regnum portendit:illi pileus ab aquila adēptus:ultroq; ab eadem alite restitutus. Liuius est auctor. ❡ Secreuisse:seorsum a reliquo cœtu statuisse. ❡ Signum reipu.aquilā: Dionysius: Recuperaui aquilam: legionariū ducem seruaui. ❡ Prohibitum:Catulum. ❡ Contuitus:fixo obtutu contemplatus. ❡ Osculū: ut eo signo ducem prætextatus a Ioue demonstratum intelligas. ❡ Delibatum.leniter tactum.

digitis ad os suū retulisset. M. Cicero. C. Cæsarē in capitoliū prosecutus:sōmniū pristinæ noctis familiaribus forte narra batipuerū facie liberali demissū cælo cathena aurea ad fores capitolii cōstitisse:ciq; Iouē flagellū tradidisse:deinde repen te Augusto uiso:quem ignotū plærisq; adhuc auūculus Cæ sar ad sacrificādū acciuerat:affirmauit ipsum esse:cuius ima go secundum quietem sibi obuersata sit. Sumēti uirilem to gam tunica lati claui resuta ex utraq; parte ad pedes decidit: fuerūt qui interpretarent nō aliud significare q̄ is ordo: cu ius insigne id esset qnq; ei subiiceret. Apud mūdā diuus Iuli us castris locū capiēs:quū siluā cederet arborē palmæ reptā cōseruari ut omē uictoriæ iussit. Ex ea cōtinuo nata soboles adeo in paucis diebus adoleuit:ut nō equipararet mō matri cē:uerūetiā obtegeret:frequētareturq; colūbarū nidis: q̄uis id auiū genus durā & asperā frōdē maxime uitet. Illo & præ cipue ostēto motū Cæsarē ferunt:ne quē aliū sibi succedere q̄ sororis nepotē uellet. In secessu Apolloniæ Theogenis

❡ PHI. ❡ Ad os retulisset: qui adorāt ut inqt hieronymus scri bens in ruffinū solēt manū deo sculari:unde hebrei deosculatio nē .p ueneratione usurpāt. plini us in.xi.quandā eē religionem in dextra testatur: q̄ osculis auer sa appetitur:nūc uero tranqllus ait uisum esse a catulo iouem li bantem osculū pueri & ad os su um digitis referentē: in quam sniam est illud apulei ex asino aureo. sic iupiter pressa cupidi nis baccula manuq; ad os relata consauiat. ❡ Pristinæ noctis. su perioris noctis: Curtius. pro ximus dies nondū quidem pro cellosus & tristis obscurior ta mē pristino. ❡ Facie liberali. In genuo filo totius corporaturæ. facies.n.non solum ad os & uul tum sed & ad facturā totius cor poris refertur. ❡ Flagellū:hoc si gnificabat eum futurum mode ratorē imperii instar aurigæ: q

Deosculatio p ueneratiōe

Pristinus

flagello regit equos & .p nutu moderat. ❡ Auūculus cæsar.iulius cæsar dictator significat: q ut supra docui mus:fuit maior auūculus augusti. ❡ Secundū quietē:in qete in somnis.ita Ci.bānibali secundū qetem ui sum eē predicere inuonē ne id faceret.hæc pticula secundū mō significat iuxta:ut illud secundū flumina.ali as post.ut secundū salutē.alias significat.pro.ut secundū re litem do.i.pro te. ❡ Resuta:diffuta resoluta: Re fumus.s.quæ sun sunt:sicut recludimus quæclusa. ❡ Is ordo:senatorius. ❡ Insigne id esset. latus clauus insigne ē ordinis senatorii ut supra dictum. ❡ Mūdam.hispaniæ ciuitatem. ❡ Ut omen uictoriæ:quia pal ma signum est uictoriæ in certaminibus.cām refert plutarchus & aristoteles.si super palmæ inquiūt ligni magna pondera imponas nō deorsum palma cedit nec inflectitur:sed aduersus pōdus resurgit & sursum nititur.propterea in certaminibus placuit palmā insigno esse uictoriæ:qm̄ ingenium eiusmodi est ut urgē tibus prementibusq; non cedat.scribit Liuius romanos in ludis palmas uictoribus date cepisse trāslato ex græcia more. ❡ Adoleuit.in magnitudinē excreuit:alias significat cōbussit iuxta illud uerbenas adole pin gues.adolescere ut inquit agretius augumenti ē:inolescere uero coagumētō.exolescere āt euanescentis. ❡ Matricē:ipsam palmarum matrē:hac dictione usus est frequēter columella:qui de colūbis scribens ait octi es anno pullos educat:si est bona matrix. Idem de gallinis primū q̄ secretissima cubilia eligūt ne incuban tes matrices ab aliis auibus inquietētur. ❡ Obtegeret.obumbraret sua magnitudine.herba quædam ē im pia appellata ex eo q̄ liberi super parētem excellāt.rami enim capitella sustollūt. ❡ Colūbarum. columbas ueneri dicatas eē docuimus in cōmentariis propertii in illius uersu enarrationem.sed cape torquatæ uen' o regina columbæ.ob hoc uidetur columbarum augurium pertinuisse ad cæsaris felicitatem: qui per eneam a uenere oriundus est.ad reges ut inquit seruius pertinet columbarum augurium quia nūq̄ solæ: sicut nec reges nūq̄ soli incedunt. Existimat uarro a columinibus uillæ appellatas columbas: cum propter timorē naturalem summa loca in tectis captent & turres sequantur.albertus uero magnus triuiale dedit interpre ramentum:tanq̄ columbæ ab eo dictæ sint:quod colant lumbos.sunt enim aues in primis libidinosæ & ob id ueneri dicatæ. ❡ Sororis nepotem.augustum intelligit qui matrem habebat actiam ex iulia sorore cæsa ris dictatoris genitam. ❡ In secessu apolloniæ.ante dictum est augustum a cæsare premissum fuisse apollo niam ut ibi studiis uacaret.

Secundū

Resuta.

Palma uictoriæ.

Matrix.

Herba impia

Colūbæ unde

❡ M.AN ❡ Facie liberali.ingenua indole. ❡ Flagellum: ad delinquentium terrorē & ultionē quæsitum ❡ Auunculus.C.Cæsar:q maior auunculus illi erat. ❡ Resuta:repēte soluta. ❡ Is ordo:senatorius. ❡ Ma tricem:matrē altricēq; arborem. ❡ In omen:rei nunc.sed & ai alioquin & oris ē palmæ natura ut Plinius & Gellius scribunt inuicta:qppe quæ impositū miraī pōdus atq; od id p̄mū inde uictoribus datū. ❡ Colum

barum nidi s'ad iuliã ,pgeniem id attinet quæ a Venere fuit est utiq; uolucris ipsa Veneri sacra. Ver. Mater nas agnoscit aues. Marti. Ne uioles teneras præd uro dente columbas. tradita sigmdiæ sunt tibi sacra deæ. ¶ In secessu apolloniæ: quũ in apoloniam secessisset uel auunculum precessisset potius.

¶ PHI. ¶ Mathemathici. Augellius uulgũ reprehendit qui mathematicos dicit: quos gentilicio uocabulo chaldæos dicere oportet. Attamen luculenti scriptores mathematicos sicuti uulgus appellãt astrologos: q alio nomine genethliaci dicuntur. q quæ futura sint profitẽtur se pdicere posse de motu deq; positu stellarum. Iuuenalis nota mathematicis genesis tua. Cornelius tacitus mathematici genus hominum potẽtibus infidũ sperantibus fallax quod in ciuitate nostra & uetabitur semper & retinebitur. Iulius firmicus semp mathematicos appellat astrologiæ scios & gnaros. ab augustino planetarii nominãtur in quatto cõfessionum.

mathematici pergulã comite Agrippa ascẽderat: quũ Agrippæ qui prior cõsulebat magna & pene incredibilia prædicerent: reticere ipse genituram suã: nec uelle edere perseuerabat metu ac pudore ne minor iueniret. Qua tñ post multas adhortationes uix & cũctanter edita exiliuit Theogenes: adorauitq; eũ: tantã mox fiduciã fati Augustus habuit: ut thema suum uulgauerit: nummũq; argenteũ nota syderis capricorni: quo natus est percusserit.

De prodigiis quæ post necẽ Cæsaris euenerunt eidẽ.

POst necẽ Cæsaris reuerso ab Apollonia & ingrediẽte eo urbẽ repẽte a liquido ac puro sereno circulus ad speciẽ cælestis arcus orbẽ solis ambiit: ac

Pergula ¶ Pergulam. pergula significat locũ in edito atq; in propatulo ubi professores docere solebãt: & artifices opera sua ostentare un pergulæ magistrales elegãt epitecto dictæ a Iulio capitolino. Plautus in pseudulo cras faciam deportere in pergulam idem cras phenicio corio in uises pergulam: tamq; significet se puellã flagris cesam in loco apto oibus ostensuram iutisc õsulti titulo de his qui deiecerũt: mentionẽ faciunt pergulæ pictoris: sicut etiã plinius in. xxxv. refert apellem solitũ opera perfecta proponere in pgula transeũtibus. Indem nũc appellatione pgulæ significat schola mathematici editior & apertior. præterea de pgula in hoc significatu meminit plinius in. xxi. & Iuuenalis illo uersu cui cedere & debeat omnis pgula. extat & hic lucilianus uersus a lactantio recitatus. pgula sictorum ueri nihil omnia picta. pgula in uitibus notissimæ est significationis. Plinius in. xvii. uitium generosarum pgulas quinquatribus putãdas tradit. cum ãt pergulæ sint loca aperta & subdia'ia a pergendo dici uideri possunt: q in his deambulare solerẽt. ¶ Prediceret. ab ipso theogene mathematico.

Genitura. ¶ Geniturã. uulgus natiuitatẽ appellat quam eruditi genituram uocãt. hinc est illud apd spartianum mathematici dictum ad seuerum. tuam non alienã pone geniturã. Idem seuerus genituras sponsaræ regrebat cũ esset matheseos pitissimus. Iulius firmicus genituras innumeras colligit scatetq; hac ueluti peculiari dictione.

Natiuitas Ambrosius natiuitatẽ sicut uulgo di appellat scribẽs in. iiii. examer. breui atomo exiguoq; momẽto distare natiuitatẽ inopis & potẽtis: egeni & diuitis. alias genitura accipit' p spmate. Pli. in. xxii. daf caucalis contra pfluuiũ gẽituræ uiris. idẽ tradit feniculũ geniture abundantiã facere. idẽ in. xx. semẽ canabis extinguere geniturã uiroꝝ di: præterea genesim dicimus geniturã quũ p natiuitatis hora accipit'. Iuuenalis. nota mathematicis genesis tua. ¶ Edere: manifestare. ¶ Vix & cũctanter. nõ sine magna cũctatione & hesitatione.

Thema. ¶ Thema: propositũ suæ constellationis suæq; genituræ. hoc. n. in presentia significat thema. aliter dici themata quæ proponũtur in scholis notum est: de quibus quintilianus in. vii. in schola sunt & pauca & ante declamationem exponũtur: quæ themata græci uocant: Cicero proposita: quidã codices habẽt stẽma. magis placet prior lectio: cũ hic non loquatur de stẽmatæ familiæ atq; prosapiæ. sed de publicata augusti genitura & ipsius natiuitatis expositione.

Nota nummi. ¶ Nota. signo: nam signũ quo nũmi cudũtur notam uocamus. plinius: nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ. Idem. signatũ est æs nota pecudũ: unde & pecunia appellata. Argentũ signatum est anno urbis. D. xxxv. quinq; annis ante primũ punicũ bellũ: & placuit denarius p decem libris æris: quinarius pro quinq;. populus romanus uictis gentibus in tributo semp argentũ imperabat nõ ang.

Capricornus. ¶ Capricorni: capricornus signũ ẽ unum ex. xii. zodiaci: qui una cum cãcro portæ solis uotant'. nam sol in eo signo obliquũ incipit agere retrogressum: ibiq; fit brumale solsticiũ. ob hoc existimat macrobius capricornũ dici: quia capræ naturã uidetur imitari: qui dũ pascitur altũ semp ab imo petẽtita & sol in capricorno incipit ab imis in alta remeare. fabulã capricorni cur sit inter sidera relatus refert higinus. præterea auctor est iulius firmicus in. viii. matheseos q quicũq; habuerit horoscopum in prima parte capricorni erit rex aut imperator. Itidem in tertia pte capricorni habẽtes horoscopum erunt magni potentes maximam gladii potestatẽ habentes. saturnus habet domiciliũ in aquario & in capricorno: ex quibus aquarius masculinum signũ est capricornus femininum. ¶ Ad speciẽ celestis arcus: scribit seneca in primo questionũ naturalium. uirgas coronas & circulos fieri iuxta solem fere nube humida & iam sespargente: eundemq; esse in illis colorẽ: qui in arcu celesti sit. Color enim multiplex est ex ceruleo fuluoq; uarius. augusto urbem romã intranti e obitũ patris ad nomẽ ingens capescendum uisa est circa solis orbem species coronæ & uersicoloris circuli: ut auctor ẽ plinius in secundo. de quo seneca memoriæ pditum ẽ quo die diuus augustus urbẽ ex apollonia reuersus intrauit circa solẽ uisum coloris uarii circulum: qualis esse in arcu solet hunc græci halo uocant: quem nos dicere coronam aptissime possimus.

Corona Halo

¶ M. AN. ¶ Mathematici astroꝝ periti τὰ μαθήματα græci disciplinas appellant ut musicã arithmeti

ca: geometriam & astrologiam. ¶ Pergulam: pergula locus ubi praeceptores discipulos erudire solebant: ubi iti opifices aliquid operari aut opera exponebant: Lucilius: Credit signis cor inesse alienis pergula pa totum Apelles ut Plinius ait in pergula absoluta opera uelut populi iudicio subiiciens, pponebat: & tur/ sus. L. furius argẽtarius cũ corona rosacea e pergula sua in forũ prospexisse dictus: atq; ob id ex auctoritate senatus in carcerẽ ductus. Tranquillus ipse alibi inde inqt in pergula docuit. Iuue. Cui cedere debeat om/ nis pergula doctoris tripheri. ¶ Cunctanter: nõ sine mora & dubitatiõe. ¶ Exibuit theogenes. ¶ Stẽma: hoc loco pro genesi alibi pro gradu siue ordine a iccuns familiae ramis ac lineis quibusdam gentem fami/ liãq; distinguentibus. Persius: Stẽmate quod tusco ramum millesime ducis. Tranquillus ipse in galba suũ stẽma in atrio proposuit: quo paternã origiñẽ ad Iouem maternã ad Pasiphaea referebat. graeci τὸ Στέμμα coronã appellant. Homerus de Chryse Στέμματ' ἔχων. ¶ Nummũ argenteũ: Romani ante pyrrhum ui ctũ signato argento: ut plinius ait non sunt usi eiusq; nota ab initio bige & quadrigae fuere. ¶ Capricorni: In octaua parte cuius signi fit brumale solsticiũ de eo sydere plinius & Macrobius plura. ¶ Circulus: plini/ us: Cernitur inquit & circa solis orbẽ ceu specie coronae & uersicoloris: circuli qualiter Augusto Caesare in prima iuuenta urbem intrante post obitum patris ad nomen ingens capessendum.

subinde Iuliae Caesaris filiae monumentum fulmine ictum est Primo autem consulatu ei auguriũ capiẽti duodecim se uul tures ut Romulo ostenderunt; & imolanti omniũ uictima/ rum iecinora replicata itrinsecus ab ima fibra patuerũt. Ne mine pitorũ aliter cõiectãte q̃ leta p haec & magna portẽdi.

Quae De pdigi s p quae pſensit euẽtũ bellorum suorũ. Vin & bellorum omnium euentus ante praesen/ sit. Cõtractis ad bononiam triumuirorum copiis;

¶ PHI. ¶ Subinde. mox statim alias subinde significat frequen ter. ¶ Vt romulo. i augurus uul ture potissimũ utebautur: & au gurium ulturũ felicissimũ exi stimabant. quia ut inquit plutar chus in problematis Romulo i cõdenda urbe. xii. uultures ap/ patuerũt. & herculem letari soli tum feruntcũ inter res gerẽdas uulturem aspexisset: quem ex cibus carniuoris alitibus iustis simũ esse iudicabat. historia de

Subinde

augurio duodecim uulturum: quos uidit romulus latissime explicatur ab historicis. scribit ambrosius in examero uultures nullo indulgere concubitu & sine masculorum coniunctione generare: oẽs. n. femi ne esse creduntur & ex uento concipere. refert plinius in. x. eos nidificare i excelsissimis rupibus: fetusq; sae pe cerni fere binos. Ex uolucribus in auxilio contra serpentes primũ uultur est: cor q; eius alitis habentes tutos esse ab impetu dicũt non solum serpentium sed ẽt ferarum & latronum ac regũ ira. penna uulturis si scalpantur dentes acidum ha'itũ faciunt. Dicit in recto casu uultur & uulturis & uulturius. Ennius. uultu/ ris in pratis miserum mandebat homonẽ. Catullus. lingua exerta audo sit data uulturio. per egregiãq uan dã translationem plautus uulturios uocat talos. Nam sicut uultures carniuori sunt & rapto uiuentes: ita & tali in ludo talar o uocatores sunt atq; rapaces: cum saepe despolient aleatorem: sẽt ita exponẽdus est ille lo/ cus ex curgu nõe. tace parisper. iacit uulturios quattuor. solent enarratores plautinarũ fabularum uulturios exponere p imaginibus uulturum q̃ in talis signatae forent: quod q̃ absurdũ sit & ab historica fide alienum nemo uel mediocriter eruditus ignorat. Iulius pollux: qui notas & pũcta taloꝝ ubertim explicat: nusq̃ me/ minit uulturiorum. Tu expõe uulturios quattuor pro talis: qui erant numero quattuor in ludo talario: cũ tesserae forent tñ tres: sicut copiosius explicauimus in libro annotationũ. uulturii aũt non ab effigie uul/ turum quod nusq̃ scriptũ est dicunt: sed festiuissime p similitudinẽ quia uulturũ naturam rapacissimã imi/ tant: qui triduo añ aut biduo uolare dicũt ubi cadauera futura sũt. hic ait hieronymus. uultures trãsmarĩa ca dauera sentiũt. & plautus in truculẽto. iam quasi uulturii triduo prius prediuinãt quo die esuri sint. inde ca ptores bonorũ & heredipetae uultures nuncupati. ex quo ait elegãter martialis. Cuius uulturis hoc erit ca dauer: & in hãc sniam seneca in epistolis moralibus inquit: uultur es cadauer expecta. ¶ Iocinora replicata. In iocinere est id qd caput extorũ aruspices uocat: quod cum defuit i extis mortem exitiumq; denũciat. Cõ tra felicitatem portẽdit i eplicatum: scribit ualerius marcello sacrificãti iecur uictimae sine capite inuentum fuisse: cum proxima uictima iocinoris duplex caput habuisset: qbus inspectis aruspex respondit nõ place/ re sibi exta quae prima trunca: secũda nimis leta apparuissent. quod pertinet ad enarrationẽ huius loci sic scribit plinius l. xi. diuo augusto spoleti sacrificãti primo ptãtis suae die sex uictimaꝝ iocinora replicata in/ trinsecus ab ima fibra repta sunt respõsumq; duplicatuꝝ intra annũ impiũ. ¶ Ab ima fibra. quae in inferio re pte ẽ: in iocinore. n. fibrae sunt quatuor. celsus in. n. iecur i quattuor fibras diuidit. hinc illud maroria/ nũ. nec fibris requies datur ulla renatis. ¶ Peritoꝝ. aruspicũ & eoꝝ qui aruspicinae disciplinã optime cal/ lent: de qua supra satis copiose dictũ est. ¶ Ad bononiam. quãdo. f. triumuiri hoc est antonius augustus & lepidus in insula: quam facit laurnus fluuius non longe distans a patria nostra: nephariam proscriptionẽ factitauerunt.

Vultures ex uento concipere

Vulturis Vulturius Vultur he redipeta

locus plauti.

Fibrae

¶ M. AN. ¶ Iuliae filiae: quae in campo martio tumulata est. ¶ Xii. uultures tot enim plutarcho Liuio & Dionysio auctoribus Romulo augurium fecere. ¶ Immolanti. Augusto: ubi autem aut quando non di/ cit: sed plinius id docet. Diuo inquit Augusto spoleti sacrificanti primo potestatis suae die sex uictimarum iocinora replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt responsum duplicaturum intra annum imperiũ. ¶ Triumuirorum: Antonii lepidi & Augusti.

¶PHI. ¶Aquila tentorio. aquilæ ut inquit seneca in secundo quæstionum: hic honor datus est: ut magna rerum faceret auspicia: & quicquid alia minora portendunt interuentu aquilæ tollit sicut fulmine abolet quicquid aquilæ & reliqua denuntiauerint. nam ut ait seruius minora auguria maioribus cedunt: nec ullarum sunt meritum: licet priora sint. hinc illud ex bucolico ludicro: quarum chaonias dicunt aquila ueniente columbas. Igitur aquila significabat augustus: quod collegas antonium & lepidum infestos ita conflictaret u exaret que sicut aquila coruos duos afflixit. ¶Duos coruos. ostentum hoc significabat per duos coruos antonium & lepidum affligi debere ab augusto: quasi tanquam aquila illos superne inuaderet. ¶Præsagiente philippo. quidam connectunt hæc superioribus tanquam philippus præsenserit prædixeritque ex diuinatione quadam exiturum futurum. sed melius uidetur sic esse distinguendum: ut legas præsagiente. s. exercitu exitum qui secutus est: & hoc cum superioribus copulabitur: mox subsequetur: in philippis thessalus quidam & est sensus: quendam thessalum ex occursu imaginis diui Cæsaris nuntiasse de futura uictoria: quam in philippis campis adeptus est augustus bruti partibus profligatis. ¶Auio itinere accesso quasi sine uia: auia

Auia

dicuntur loca deuia & a militari uia sequestrata. lucretius: auia pieridum peragro loca. ¶Idem. auius a uera longe ratione uagantis. hinc illud per annominationem apud quintilianum uulgatissimum: auri dulcedo auium ducit. ¶Non litante

Litare

non placante numen. Virgilius sacrisque litatis indulge hospitio. tradit macrobius: quod litare sola non potest oratio. Nonius sacrificare inquit: ueniam petere: litare est propitiare & uotum impetrare. ¶Augeri hostias. moris erat ut prima

Augentur hostiæ

hostia non litante altera deinde tertia plures ue adhiberentur: & ita numerus hostiarum augeretur donec litatum foret. hinc legimus paulum emylium olim sacrificantem non litasse usque ad .xx. hostiam: in uigesima uero prima apparuisse signa uictoriam promittentia. præterea augeri hostiæ dicuntur: quæ immolantur adhibita mola. Vnde & mactæ appellantur quasi magis auctæ: sicuti grammatici prodiderunt. ¶Recasura reuersura redundatura reditura.

Vultur heredipeta

¶Exta haberent. illa quæ erant inauspicata & infortunium hinc portendebant. ¶Siciliensem. in sicilia factam aduersus sextum pompeium. ¶Ad pedes iacuit. de hac re sic plinus in .ix. sunt & piscibus piscita in hac parte auguria. siculo bello ambulante in littore augusto piscis e mari ad pedes eius exiluit: quo argumento uates respondere neptunum patrem adoptante eum sibi sexto pompeio repudiato. ¶Eutychus. ex nominibus asini & asinarii omen uictoriæ cepit augustus. eutychon enim græci fortunatum uocant: nicon uincentem. plutarchus in M. Antonio. Cæsari inquit ante lucem castris egresso: uelque teuisset hominem qui asinum agitabat obuium factum: rogat. at quod nam nomen ei esset respondisse sibi quidem

Eutychos. Nicon.

eutycho nomen esse asinum autem nicon appellari: quamobrem postea cum ea loca ornaret Cæsar statuit inter cetera hominem & asinum æneum. refert Iosephus romanos habuisse arietem machinam bellicam quem iudei nicon tam uocabant: quod omnia uinceret. νικῶ græce uinco. ¶Lustrum conderet. seruius tullius censu perfecto in campo martio instructum exercitum omnem sue oue tauroque lustrauit: idque conditum lustrum appellatum: liuius auctor in .i. censorinus in libro de die natali in hanc sententiam sic ait id tempus anni magni romanis fuit: quod lustrum appellabant ita quidem a seruio tullio institutum: ut quinto quoque anno censu ciuium habito lustrum conderetur: postea quoque idem in condendo lustro institutum seruaretur: quis interdum intermiserint spacia auctiora: fuitque id officium censorum post imperatorem uespasianum. ¶Ad primam literam. A. significat quod prima litera est in nomine agrippæ: per quam id ostentum ad augustum referri interpretabantur: cuius quoque nomen ab. A. incipit. ¶Collegam in censura. erat enim ut inquit asconius censorum hoc officium ut completo quinquennio lustrum conderent & solitaurilia sacrificia facerent.

lustrum conditum

¶M. AN. ¶Aquila: per aquilam Augustum interpretati sunt: in cuius tabernaculo ales sederat: per coruos Lepidum & Ant. ¶Exitum præsagiente: discordiæ finem ex eo augurio exercitu colligente. Philippo: aut philippus thessalus quidam: aut quod magis placet aduerbialiter philippis. quod ad apud philippos eam macedoniæ urbem esse supra docuimus. ¶Auctore eius iniectu persuasiore impulsore ¶Auio: deuio. ¶Exta rapta cum omni sacrorum apparatu sublata. ¶Asinario qui asinos agebat. ¶Euthycus εὐτυχὴς fortunatus νίκον ἀπὸ τοῦ

aquila tentorio eius supersedens duos coruos hinc & inde infestantes afflixit: & ad terram dedit: notante omni exercitu futuram quandoque inter collegas discordiam talem qualis secuta est: ac exitum præsagiente in philippis Thessalus quidam de futura uictoria nunciauit: auctore diuo Cæsare: cuius sibi species itinere auio occurrisset: circa perusiam sacrificio non litante: quum augeri hostias imperasset: ac subita eruptione hostes omnem rei diuinæ apparatum abstulissent: constitit inter aruspices quæ periculosa & aduersa sacrificanti denunciata essent cuncta in ipsos recasura qui exta haberent: neque aliter euenit. Pridie quam siciliensem pugnam classe committeret deambulanti in littore piscis e mari exiluit. & ad pedes iacuit. Apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit homini Euthycus: bestiæ nicon erat nomen. Vtriusque simulachrum æneum uictor posuit in templo: in quod castrorum suorum locum uertit.

De ostentis prænunciantibus mortem eius:

Mors quoque eius de qua dehinc dicam diuinitasque post mortem euidentissimis ostentis præcognita est. Quum lustrum in campo martio magna populi frequentia conderet aquila eum sæpius circumuolauit: transgressaque in uicinam ædem sup nomen Agrippæ ad primam litteram sedit: quo animaduerso uota quæ in proximum lustrum suscipi mos est: collegam suum Tiberium

ſiue cõ unico. In templo Marti & Neptunno ſacro. ¶ Agrippæ. culus nois prima lra eſt per quã Auguſtũ interpretari placuit.

nũcupare iuſſit. Nã ſe quãquam conſcriptis paratiſq; iam tabulis negauit ſuſcepturũ quæ non eſſet ſoliturus. Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuæ eius prima nominis littera effluxit. Reſpõſumq; ẽ centum ſolos dies poſt hac uicturum; quem numerum, c, littera notaret: futurumq; ut inter deos referretur: quod æſar ideſt reliqua pars e Cæſaris nomine: hetruſca lingua deus uocaretur. Tiberium igitur i illyricum dimiſſurus & beneuẽtum uſq; proſecuturus: quum interpellatores aliis atq; aliis cauſis in iure dicendo detinerent exclamauit: quod & ipſum mox inter omnia relatum eſt: non ſi omnia morarentur amplius ſe poſt hac Romæ futurum. Atq; itinere incohato Aſturam perrexit: & inde pter conſuetudinem de nocte ad occaſionem auræ euectus eſt.

De cauſis infirmitatis eius: & geſtis in eadem.

Cauſã ualitudis cõtraxit ex pfluuio alui: tũc cãpãiæ ora pximiſq; iſulis circuitis: caparũ quoq; receſſui

¶ PHI. ¶ Nuncupare. pronuntiare promittere atq; pala noiare. uota. n. nũcupata dicunt: q cõſules pretoreſq; cũ i pouicia pficiſcunt faciũt eaq; in tabulas pñtibus multis referunt: q nomiata sũt & quaſi teſtificata: uñ & pecunia nũcupata dr ut ait cincinnus nomiata: certa noibus pprus pnũciata: & ut inqt ſantra pmiſſa teſtificata. plinius i panegyrico. nũcupare uota & pro eternitate impii & pro ſalute ciuiũ. imo p ſalute principũ ac pter illos p eternitate imperii ſolebamus. ¶ Ethruſca lingua. ligua ethruſcã a romana diuerſã fuiſſe reſtãtur eruditi & iprimis. T. liuius q ſcribit in .ix. Romãos pueros antiquitus. Ita hetruſcis lris erudiri ſolitos: ſicuti poſtea græcis. ¶ Paratis tabellis. in qbus uota q ſuſcipiunt perſcribi ſolẽt præſentibus multis. de qbus uidet intellexiſſe Iuuenalis illo uerſu. legitime fixis ueſtitur tota tabellis porticus. ¶ Prima littera. C. intel igit q littera Caiũ ſignificat & prima eſt in noie Cæſaris. ¶ C. notaret. ſcribit priſcianus numeꝝ centenariũ notari per lram C. ¶ Beneuentũ. olim maleuentum dictũ eſt. huius cedi capi q; ſannites: niſi qui maleuentum cui nunc urbi nomen beneuentũ eſt perfugerunt. plinius. in ſecunda Italiæ regione hii pinoꝝ colonia una beneuentũ auſpicatius mutato nomie q quõdam appellata maleuẽtum. ¶ Interpellatores. Cicero in ſtudiis ſine interpellatore uerſor. interpellare at eſt mediam alterius orationẽ interrũpere uel alterius ſe actioni interponere. ¶ Inter omnia ſignificanter locutus: nã illud proprie auguriũ dici omen uoluerũt. quod ore fit: uelut oſmen ſiue oremen: ut. M. Varro & feſtus tradiderũt. fuit omen id uerbũ: quo dixit, auguſtus ſe nõ amplius futurũ romæ: qd mox euentus comprobauit. ¶ Aſturã. in latio aſtura flumẽ ẽ & inſula auctor plinius in tertio. Cicero oli pſcriptus aſturã delatus mare ingreſſus ẽ. mox mutato cõſilio aſturã repetiit ut refert plutarchus in uita Ciceronis. at ſeruius aſturã eſſe oppidũ cũ fluuio nõ lõge a teracina. apud uirgilium anceps lectio ẽ illius uerſus ex .vii. Qua ſature iacet atra palus. alii. n. legũt ſaturæ alii aſturæ. ¶ Auræ. q uento clementior ẽ. plinius in epiſtolis ſcribit tuſcos ſuos freqntius auras hẽre q uentos. ¶ Ex pfluuio alui. aluus ẽ quo defluũt ſordes. Virgilius acyros. i. improprie dixit. nota cõdunt in aluo. p in uentre. cor. celſus aluũ aliqñ uſurpat p ipſis excrementis. ſica. n. ait in ſecũdo. peior cita aluus ẽ: ſed ne hæc qdẽ terrere ptinus debet: ſi matutinis tẽporibus coacta magis ẽ aut ſi pcedente tẽpore paulatim cõtrahit & ruffa ẽ. de aluo hæc plinius in .xxvi. digna memoratu. plurimũ negotii homano generi aluus exhibet: cuius cã maior ps mortalium uiuit. alias cibos non tranſmittit: alias nõ continet. alias non capit: alias nõ cõficit. eoq; mores uenere: ut homo maxime cibo pereat. profluuiũ alui uocamus: ubi liquida ẽ & fluit copioſius uẽꝝ. ut inqt celſus In .iii. uno die fluere aluũ ſæpe pro ualitudine eſt atq; ẽt pluribus: dum febris abſit. purgat. n. corpus. periculoſiſſimũ uero illud profluuiũ eſt: quo nihil continet & quicqd aſſumptum eſt protinus redditur. græci id morbi genus lyenteria uocant. a noſtris dicit leuitas inteſtinorũ. de qua hippocrates & galenus reliquaq; medicoꝝ ſchola affatim ſcripſerunt. Qui aluo langueſcunt egregio & perinde eleganti uocabulo nuncupant aluini. plinius in .xxi. tinca pernica aluinis impoſita multũ prodeſſe dr. auſtro flante ſoluit aluus aquilone uero aſtringitur. ueteres foria dici uoluerũt ſtercora liquidiora: & foriolũq foria facile emittat: ſolutiq; ſit uentris. Laberius foriolus eſſe uideris. in coleos cacas. ¶ Campaniæ ora. mediterraneũ & oram tãq diuerſa uſurpat plinius: ut in mediterraneo dicat eſſe ciuitates q ſunt pcul a littoribus antius in medio regionis. in ora uero eſſe q ſunt in extremo iuxta littus. exempli gra ſcribens de hiſpania ait. in mediterraneo eſt ſegeda. in ora ba culo. Igit auguſtus incidit in egrotationẽ dum circuit oram littoralẽq; cãpaniæ regionem ¶ Capreæ. de iſula caparũ añ dictũ eſt. & mox dicet. ¶ Seceſſu. quo ſeceſſerat uelut in loci amenũ uoluptabil q; ſeceſſum. pter ea ſeceſſus dicit ſinus ſecretior remotiorq;. ut illud: ẽ in ſeceſſu longo locus.

¶ M. AN. ¶ Nuncupare: declarare. ¶ Nõ eſſet ſoluturus: quaſi certo ſciret ſe añ proximũ luſtrum uita deceſſuꝝ. ¶ Effluxit: excidit abolita eſt. ¶ C. littera: q prima eſt in Cæſare. ¶ Interpellatores: iterruptores. ut pediani uerbo utar. eſt ut ille ait iterpellare mediã alterius orationẽ interrũpere. uel ſe actioni alterius interponere. ¶ Si omnia morarent: ſi oĩa in mora eẽnt. ¶ Aſturã: inſulã in antiate tractu latio adiacẽtẽ eſt & flu. eiuſdẽ nois. ¶ Cãpaniæ ora: littorali cãpaniæ parte. ¶ Seceſſu: Seruius ſecretiorẽ ſinum ſeceſſũ interpreta

Nuncupare uota

Beneuẽtũ

Maleuẽtũ

Interpellare

Aſtura

Aluus

Profluuiũ

Lyenteria

Aluini

Foriolus

In mediterraneo

In ora

tur fecutus illud Vergilii:est in fecessu lõgo locus.Iuue.Non tã pro reposito loco q̃ amœno & digno in quẽ uolnptatis gratia plures cõfluant lanua baiarum est & gratũ litus amœni:Secessus nisi forte & ipse quoq; ad proximũ sinũ aliu inferri:sed plinius ad Gallũ laurentinũ suũ secessum appellat:decem mgr &.vii. milibus pass.ab urbe secessit & ad Ruffum quin re in alto isto pinguiq; secessu studiis asseris:q̃q̃ ad cotiũ ad ociũ potius q̃ ad locũ referat:Papinius ad poliũ:Meq; non tam patriã q̃ ad te secedere.

Remittere animum

Tabellarie naues

¶PHI.¶Remississimo.solutissimo & ipsimis relaxato:remittere.i.animum ẽ relaxare quãuis musonius dicat animũ non esse remittẽdum:q̃n inquirere mittere aium quasi amittere ẽ. ¶De naui alexandrina.alexandrinæ naues quæ pmitti solent & nũciare secuturæ classis aduẽtum tabellariæ uocantur:quaæ gratus aspectus cãpaniæ est.ois in pilis puteolo℞ turba cõsistit:& ex ipso genere uelorum alexãdrinas esse cognoscit.solis.n. alexandrinis nauibus licet suppara uelo℞ intendere quæ res i primis adiuuat cursũ nauigiorum.auctor seneca in.xi. epistolarum moralium:qui scribit supparũ alexandrina℞ nauiũ insigne indiciũ esse.sunt aũt suppara uela uelo℞:quæ sup anthenas explicant:de quibus ait lu-

quatriduũ ipẽdit:remississimo ad ociũ & ad oẽm comitatem aio.Forte puteolanũ sinũ prætervehenti vectores nautæq; de naui alexãdrina:quæ tunc quidem appulerat cãdidati coronatiq; & thura libantes fausta omnia:& eximias laudes cõgesserant per illum se uiuere:per illum nauigare:libertate atq; fortunis per illum frui.Qua re admodũ exhilaratus quadragenos aureos comitibus diuisit:iusq; iurandum & cautionem exegit a singulis nõ alio datã summã q̃ in emptionem alexãdrinarũ merciũ absumpturos:sed & cæteros cõtinuos dies iter uaria munuscula togas insup ac pallia distribuit:lege pposita ut Romani græco:græci romano habitu & sermõe uterẽt.Spectauit assidue & exercẽtes ephebos:quo℞ aliqua adhuc copia ex uetere istituto capreis erat:isdẽ etiã epulũ in cõspectu suo pbuit permissa:imo exacta iocãdi licẽtia diripiẽdiq; pomo℞ & obsonio℞ rerumq; missiliũ.Nullo deniq; genere hilaritatis abstinuit.Vicinam capreis insulam

Supparũ.

canus suppara uelo℞.alias suppa℞ dici uestimẽtũ puellare lineũ:qd & subucula.i.camisia dr satis notũ.Afranius puella non sum supparo si induta sum.¶Vectores.qui uehunt & qui uehuntur uectores dici notum est:hic uectores significãt:q uehũt sicut nautæ:qui nauẽ exercẽt.q̃uis.n.nautæ appellẽtur oẽs:qui nauis nauigandæ cã in naui sunt:nautam tñ exercitorem.nauis dici docent iurisconsulti titulo.nautæ caupões stabulari:ubi nautarum & uectorũ mentio fit quadrans cũ sensu tranquilli.¶Appulerat.ex pellago ad litus puenerat.appellere.n.ut inquit donatus uerbũ est nauticũ.appellere quoq; pecora dicunt ad aquã bibendi cã appellentia.ũ appulsus de quo iurisconsulti.¶Fortunis.opulentus atq; diuitus.¶Frui.scribit augustinus li.xi.de ciui.dei:qd ea re frui dicimur:quæ nos nõ ad aliud referẽda per se ipsam delectat:uti uero ea re:quã pp aliud quærimus:ũ temporalibus magis utendum est q̃ fruendũ:ut frui mereamur eternis.hoc idem tradit libro primo de doctrina christiana:hinc est illud apud historicos:quod hanibal cũ uictoria cãnensi posset:uti:ea frui maluit.apud iureconsultos alia obseruata est dña inter uti & frui usum & fructũ usuarium & usufructuariũ.¶Non alio.non ad aliam rẽ neq; in alias merces.¶Summã.quadragenum aureorum.¶Alexandrinarũ.in alexandria ut docet flauius uopiscus nemo uiuit ociosus.alii uitrum conflãt:ab aliis carta conficit:alii cuiuscũq; artis artifices uiscebant:unde alexandrinæ merces multiugæ romam deportabantur.¶Togas.romanas.¶Pallia.græca uestimenta.¶Græco habitu:pallio.¶Græci romano:togatũ quemadmodu m romano℞ toga ẽ:ita græcorum pallium.Inde togatæ & palliatæ dictæ fabulæ ab argumentis rerũ romanarum græcarũue.¶Ephebos.græci adolescentulos ũ tres faciunt gradus:nã [illegible] uocant anno℞.xiiii.deinde ephœbon usq; ad.xvii.postea exephebon.auctor cẽsorinus in libro de die natali.hinc in palestris ritu grecanico membrũ extruebat:qd ephœbeũ uocitabant:ubi ephebi exercebant.erat aũt exedra latissima sicuti docet uictruuius in.v.& in libro machabeo℞.ii.scriptũ ẽ gymnasiũ & ephebiã sibi cõstituere.ephebia auctore donato prima etas adolescẽtiæ ẽ.adoloscentia extrema pueritia.phebus decentissimo epithero ephebus nũcupat a sidonio.¶Exacta:ueluti cogerent licẽter iocari & petulãter lasciuire. ¶Rerũq; missiliũ:missiles res & neutro genere missilia dicunt:q̃ mitti spargiq; ex liberalitate principis in populũ cõsueuere.iuriscõsultus missilia accipit in hoc significatu de qbus post paulo.alias missilia dici tela q̃ manu mittunt nullus ignorat.¶Hilaritatis:apud priscos celebrat leticiæ festiuitas ad.viii.cal.aprilis quẽ diem hilaria appellabãt:quo primũ tpe sol diẽ longiorẽ nocte ,ptẽdit.hoc iõ diximus ut intelligeres illud flauii uopisci sic scribentis in aureliano:hilaribus qbus oĩa festa & fieri debere scimus & dici impletus solemnibus.¶Diripiendi pomo℞.nos dicimus diripiẽdi poma.uetus aũt locutio est:qualis illa plautina ex capti uis:nominandi isto℞ tibi erit magisq̃ edundi copia:pro nominandi ista.

Ephebi
Exephebi

Ephebia

Missilia

Hilaria

Locus uopisci

¶M.A N.¶Prætervehenti:qui præterveheretur.¶Vectores:qui uehũt & qui uehũt:ut hoc loco.¶Appulerat.,p appulsa erat.Ver.Quis te nostris deus appulit oris.Cicero:Nec tuas unq̃ rationes ad eos scopulos appulisses.¶Comitibus:ex suo comitatu hoibus.¶Iusiurandũ & cautionẽ iureiurando sibi cautũ uoluit.¶Non alio:non in aliã mercedẽ.¶Rerũ alexandrinarũ.quas alexandrina nauis uexisset:atq; ita est nautis gratificatus.¶Togas:quæ peculiares romanorum sunt.¶Pallia:quæ peregrinarum gentium

& græcorũ imprimis. ¶ Vt romani græco: græci romano inde credo q̃stus lusus: ut quũ neq; græci romane neq; romani græce: satis expedite loquerent: uerũ quũ utriq; alieno cultu instructi eẽnt: ut Ro. græci: illi Ro. putarent: infantissimi primo congressu oẽs Augusti comites rei ignaris uideref. ¶ Ex uetere instituto Strabo quũ de Neapoli loqueretur: Gymnasia inqt puberum: ad usũ m credo gymnicotũ certa. ĩ quinto quoq; anno: illic celebrabãtur ephebi exercebantur de gymnicis eius loci certaminibus. Papinius: Huc me post patrii lætum quinquẽnia lustri: cũ stadio iam pigra qes canusq; sederet: puluis ad ambracias conuersa gymnade frondẽ. ¶ Diripiendi pomorum: parum usitate dixit: q̃q̃ Liuius me dixerit uestri adhortandi causa loqui existimet: & plautus nominandi tibi istorum: magis quam edundi causa.

apagropolim appellabat: a desidia secedẽtiũ illuc e comitatu suo: sed ex dilectis unum Mascabã nomine quasi conditorẽ insulæ κτίστην uocare cõsueuerat. Huius Magabæ ante annum defuncti tumulum quum ex triclinio animaduertisset magna turba: multisq; luminibus frequentari: uersum compositum ex tempore clare pronunciauit κτίστου δὲ τύμβον εἰσορόω πυρούμενον: conuersusq; ad Trasylum Tiberii comitem contra accubantem: & ignarum rei interrogauit cuiusnam poetæ putaret esse: quo hesitanre subiecit alium ὁρᾷς φάεσσι μασγάβαν τιμώμενον. de hoc quoq; cõsuluit. Quum ille nihil aliud responderet q̃ cuiuscunq; essent optimos esse cachinnum sustulit: atq; in iocos transfusus est mox Neapolim traiecit: q̃q̃ & tum infirmis intestinis morbo uariante tamen & quinquẽnale certamen gymnicum honori suo institutũ perspectauit: & cum Tiberio ad destinatũ locum cõtẽdit. Sed in redeundo aggrauata ualitudine tandẽ nolæ succubuit: reuocatũq; ex itinere Tiberiũ diu secreto sermone detinuit neq; post ulli maior negocio aium accommodauit.

De morte eius: & gestis tunc per eundem.

Supremo die idẽtidẽ exquirẽs an iã de se tumultus foris eẽt petito speculo capillũ sibi comi ac malas labẽtes Corrigi præcepit: & amicos adm issos percunctatus & qd his uideret nimiũ uitæ cõmodæ transegisse: adiecit & clausulã χοτεκρότου καὶ παίγνιον ὡς καλῶς πέπαισται δότε κρότον καὶ πάντες ἡμᾶς μετὰ χαρᾶς προπέμψατε. Oibus deide dimissus: dũ aduenietes ab urbe de Drusi fi

¶ PHI. ¶ Apragopolin. apragopolis græce dici põt ciuitas otii atq; desidiæ. Namq; ἀπραγίαν desidiam & πόλιν ciuitatẽ dicunt. ¶ Cristin. κτίστας a græcis dicreatori conditorq;. ¶ Ex triclinio. ex cœaculo. ¶ Ex tpe. ex tpaliter & subitaria dictione. ¶ κτίστου. latie hoc significat. cõditoris rõbã hocẽ sepulchrũ conspicio flagrantem. ¶ Thrasyllum. de hoc in tiberio dicet. ¶ Cõtra accubantem e regione ex opposito augusti in mẽsa discõbentẽ. ¶ Hesitante. per dubitationẽ cũtabundo. ὁρᾷς. interpretamentũ græci uersus est hoc. uides luminibus masgabam honoratũ. ¶ Cachinnũ sustulit. risum solutiorẽ sonatioreq; misit augustus. ¶ Morbo: profluuio alui quo laborabat. ¶ Morbo uariante. cum mõ lentius modo concitacius infestaret. a celso aluus uaria dicit esse: quæ strigmẽtum sanguinẽ bilem uiridẽ in mixtura quadã discreta tñ repsentat: & talis pestifera ẽ. ¶ Quinquẽnale certamen. scribit strabo in. v. geographie qd apud neapolitanos quinquẽnalis agon hoc ẽ certamẽ p cõplusculos dies celebrat: q agõ erat musicus & gymnicus illis agoõib' æmulus: q p græciã clarissima celebritate agebant. hunc aũt agonem gymnicũ quinquennalem iubẽte oraculo neapolitani celebrabãt: cuius meminit papinius poeta neapolitanus in siluis. huc me post patrii letum quinquẽnia lustri: & albani ſtata laudato caneret qnquennia uersu gymnici autem ludi dicunt: in quibus corpora p gymnasticã disciplinã exercẽt: q a platõe & aristotele principibus philosophorũ ueluti maxie necessaria ĩprimis probatur & extollitur. ¶ Destinatũ loci. beneuentũ significat quousq; destinauerat proseq tiberiũ. ¶ Succubuit. succũbimus morbo qñ superamur illius ui & mori cogimur. silius: succubuit medicia malis. ¶ Nolæ. nola ciuitas nota ẽ uel sola marcelli uirtute: q illic hãnibalẽ uici posse demõstrauit. ẽ ãt ciuitas cãpaniæ: de q silĩ' i xii. cãpo nola sedet crebris circũdata in orbẽ turribus. ¶ Idẽtidẽ. frequenter. ¶ Comi: ornari. ¶ Malas. ĩfra oculos malæ sunt hoi quas prisci genas uocabant. xii. tabulæ: interdicto radi a feminis eas uetantis. pudoris hæc sedes: ubi maxime ostenditur rubor. ¶ Labentes. ex egritudine fluentes & resolutione musculorũ flaccidas. ¶ Corrigi: ne labi uiderentur. ¶ χοτεκρότου. ad uerbum ita interpretari possumus. date plausum & omnes uos cum gaudio aliquid facite.

Apagropolis

Agon neapolitanus

Gymnici ludi

Nola

Malæ

¶ M. AN. ¶ Apragopolim: ἀπὸ τῆς ἀπραγίας desidia καὶ πόλεως. i. desidiæ urbẽ. ¶ κτίστην. ædificatorem: ἀπὸ τοῦ κτίζω fabrico. ¶ κτίστου δὲ τύμβον εἰσορόω πυρούμενον: conditoris tumulum uideo incensum. ¶ Thrasylum: mathematicum. Iuue. Murus reuocata Thrasyli: sed de hoc non multo post. ¶ Hesitante: dubitante nihil respondente. ¶ ὁρᾷς φάεσσι μασγάβαν τιμώμενον: uidẽs luminibus masgabam honoratum. ¶ Cachinnum: solutum risum. ¶ Quinquennale certamen: quinto q; anno celebratum: ad illud referri debet' quod pleræq; italie ciuitas super templa & aras ludosq; quinquennale ei Augusto constituerant. Strabo tamen iubente oraculo Neapoli agonem celebratũ tradit: & rursus apud

eos ait: quinquennalis sacer ille musicus & gymnicus complures dies celebratur agon: illis æmulus qui per græciam clarissima celebritate geruntur. ¶ Beneuentum: olim maleuentū appellatum: ut Festus ait: sed omen recentioris fuit nois causa. ¶ Nolæ: nola picentinorum urbs mediterranea. ¶ Succubuit: morbi magnitudine est uictus. ¶ Speculo: quo se intueretur. ¶ Malas labētes: morbo solutas. ¶ Corrigi: comprimi a lapsu. ¶ δότε κρότον καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε: date plausum & omnes uos cū gaudio id facite. ¶ Drusi filia: Iulia ex Druso & minore Antonia genita.

lia ægra iterrogabat: repēte in osculis Liuiæ & i hac uoce defecit. Liuia nostri cōiugii memor uiue ac uale: sortitus exitū facilē & qualem semper optauerat. Nā fere quotiens audisset cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam sibi & suis εὐθανασίαν similē (hoc eni & uerbo uti solebat) præcabatur. Vnde oīno ante afflatā aīam signum alienatæ mētis ostēdit: qđ subito pauefactus a .xl. se iuuenibus abripi questus est: id quoq; magis præsagium quam mentis diminutio fuit. Siquidem totidē milites pretoriani extulerunt eum ī publicum.

De die mortis: & etate: & exequiis eiusdem.

Obiit in cubiculo eodem quo pater Octauius duobus sextis Pompeio & apuleio consulibus .xiiii. calen. septembr. hora diei nona .lxx. & sexto etatis anno: diebus .v. & .xxx. min⁹. Corpus decuriōes municipiorū & coloniarū a nolla bouillas usq; deportarunt noctibus ꝑpter anni tēpus: quū iterdiu ī basilica cuiusq; oppidi uel ī æde sacrarū maxima reponeretur. A bouillis equester ordo suscepit: urbiq; ītulit: atq; uestibulo domus colocauit. Senatus & in funere ornādo: & ī memoria honorāda eo studio certatī processus ē: ut īter alia cōplura censuerint ꝗdā funus triūphali porta ducēdū præcedente uictoria: quæ ē ī curia canētibus

¶ PHI. ¶ Defecit: extinctus est existimat sextus aurelius dolo liuiæ extinctū eē: qđ ēt sensisse uidetur plinius sic scribens in .vii. hinc uxoris & tiberii cogitationes suprmæ eius cura. ¶ Exitū mortē. εὐθανασίαν: bonam mortē & facilē: talem aūt mortē augustus sibi & suis optabat q̄lem scribit plato in timeo esse senūnam mors illa q̄ senio paulatim ad finē ducente naturaliter subrepit: inter oēs mortis genera leuissima ē & cum uoluptate potiusq̄ cū dolore cōtigit. Iulius firmicus in tertio matheseos auctorē uenerē in .viii. ab horoscopo loco cōstitutā facere ut mors illis sine dolore & sine aliquo turmēto decernatur. ¶ Verbo uti. εὐθανασία. ¶ Mētis alienatæ: ex impotētia & ui morbi sæpe fit alienatio mētis quæ narras quasdā imagines ut inquit celsus in tertio. accipit. fitq; imaginibus addicta. ita augustus imagine iuuenum a q̄bus abripi uidebat̄ exterritus ē. ¶ Præsagiū: psagire est futura ante sentire. unde presagia dicuntur presensiones futurorū. sagire. n. sentire acute ē. ex quo sagaii & sagaces dicti canes. auctor Cicero in primo de diuinatione. ¶ Totidē. i. xl. a q̄bus se abripi q̄stus fuerat. ¶ Pretoriani: ex cohorte pretoria q erant honoratiores. & excubabāt an principis prætorium. ¶ Extulerunt: exportarunt in apertum. nā bo usus est funeribus accōmodato. efferri. n. dicunt̄ funera. Terentius: interea dū effertur funus. martialis. effert uxores fabius: crestilla maritos. ¶ Duobus sextis. uterq; consul prænomen habebat sexti. nā & sextus pōpeius & sextus apuleius uocabant̄. ¶ Decuriones: senatores. municipiis. n. & coloniis decuriones dicunt̄: q romæ senatores. ¶ Bouillas in latio sunt bouillæ: ut meminit plinius in .iii. haud procul ab urbe roma. pedianus asconius clodiū scribit paulo ultra bouillas redeuntē ab aritia fuisse a milone interfectū. existimat nonius dictas eē bouillas quasi bouchillas ab eo q̄ bos illuc aduenerit intestina ex uulnere trahens: q̄ ueteres dixerunt hillas. ¶ Propter anni tēpus: erat. n. mēsis augustus. quo feruidior estus existit: quo cadauera corrūpi & in tabē resolui facilius solent. ¶ In basilica. de basilicis habunde multa perscripsimus in iulio Cæsare est āt basilica ut dicat iurisconsultus titulo de uerborū obligatiōibus usibus publicis deputata. ¶ Vestibulo domus. spatio palatinarū edium ante fores relicto. uestibula. n. non sunt primores edium ptes: sed significant locū anteianuam domus uacuū: de quo gellius & macrobius subtiliter disseruerunt. hinc illud notissimum. uestibulū ante ipsum. ¶ Funere. funus proprie significat auctore donato pompā exequiarū a funalibus dictum: q̄m tpe nocturno sepeliebantur & funalia hoc est cerei adhibebantur. ¶ Certatim: quisq; pro uiribus. ¶ Triūphali porta. triumphalē portā romæ dixerūt: per quā agentes triumphū urbē introibant: de qua Iosephus in .vii. belli iudaici hæc. Vespasianus ad portam recedit: quæ ab eo qđ per illam semper triumphorum pompa ducitur: nomen accepit. ¶ Ducendum. duci funera dicuntur. Virgilius & funera ducunt. ¶ Victoria. uictoriæ deæ simulacro: quam romani inter alios deos colebant. uictoriæ deæ meminit augustinus in .iiii. de ciui. dei. apud priscos fiebant simulachra: quorum in manibus uictoriolæ id est imagunculæ uictoriarum sustinebantur quas dionysius tollere solebat.

¶ M. AN. ¶ εὐθανασίαν: facilem mortem. ¶ Præsagium: præcognitio eorum quæ futura erant. ¶ Extulerunt: in apertum humeris deportarunt. ¶ Decuriones: quid decuriones in municipiis & coloniis essent quid municipium: quid coloniam: abunde supra ex Gellii & Festi sententia ostendimus. ¶ Bouillas: locū ut Asconius demonstrat inter urbem & ariciam: ubi Clodius a Milone est occisus. Mar. Et cum currere de-

Mors senū leuissima

præsagire

Efferri funera

Decuriōes

Bouillæ

Vestibula

Funus

Triūphalis porta

beas bonillas inter lungere quæris ad camœnas. ¶ In uestibulo: uestibulum quicquid spacii relinquit ante ianuam & ab eo quod ianuam uestiat dictum ut quidam interpretantur: sed de eo Gellius: Varro nonius & Macrobius plura. ¶ Triumphali porta: per quam triumphantes urbem ingredi consueuere ea media fuisse uidetur inter flumentanã portam & catulariam. ¶ Victoria: Victoriæ signo.

nenia principũ liberis utriusq; sexus. Alii exequiarũ die ponendos annulos aureos: ferreosq; sumendos: non nulli legẽda ossa per sacerdotes summorum collegiorũ. Fuit & q suaderet appellationẽ mensis augusti in septembrem transferendam: qd hoc genitus Augustus illo defunctus esset; alius ut oẽ tps a primo die natalis usq; ad exitũ eius sæculũ Augustũ appellaret: & ita in fastos referretur. Verũ adhibito honoribus modo bifariã laudatus est pro æde diui Iulii a Tiberio & pro rostris ueteribus a Druso Tiberii filio: ac senatorum humeris delatus in cãpum: crematusq;: nec defuit uir prætorius qui se effigiem cremati eũtem in cœlum uidisse iuraret. Reliquias legerũt primores equestris ordinis tunicati & discincti pedibusq; nudis; ac in mausoleo cõdiderũt. Id opus inter

¶ PHI. ¶ Neniam. neniæ funebre carmen. est enim nenia auctore porphirione lugubre carmen: quod in mortuos cantat cuius inuentor primus extitit simonides ex insula cea poeta lyricus: qui threnos idest plãctus lamentationesq; optime scripsit inde ab oratio dictum est. ce[illegible] tractes munera neniæ. idẽ alibi nenia improprie posuit pro incãtatione sic scribens in epodo: caputq; marsa dissilire nenia. de nenia diomedes hæc. apud romanos id carmen qd cũ lamentatione extremum atq; ultimũ mo[illegible] tuo accanit' neni[illegible] dicit'. M. Tullius in secundo de legibus. precipit honoratorũ uirorum laudes in contione memorent: easq; etiam græci cantus lucubres nomin[illegible] isidorus nenias epitaphiis[illegible] non inuenuste appellat: tanq̃ a conditoribus epitaphiorũ neniæ scribi, pprie dicant' idem ait. nenia marmori incisa endecasyllabos. tanq̃ nenia sit epitaphium. ab eodẽ & hieronymo neniæ usurpantur pro anilibus delirantibusq; uerbis & ineptiis. ¶ Ponendos. exuẽdos in signũ mœroris & luctus. scribit liuius pp caudinam cladẽ latos clauos & anulos aureos positos fuisse a senatu luctus causa. ¶ Ferreos. græci annulum a digitis dactylion appellauere apud nos prisci ungulum uocabant: postea & nostri & græci symbolum dixere. condulũ quoq; & condaliũ ueteres anulum nũcupauere. hinc ait plautus in trinũmo. i thermopolio cõdalium es oblitus. & paulopost. inter eos ne hoies condaliũ te redipisci postulas. olim aurei anuli in usu nõ fuerunt. sed ferrei. uulgoq; cũ anulo ferreo triũphabant. sic triumphauit de iugurtha caius marius. & hi qui ob legationem acceperant aureos anulos. illis in publico tantũ utebant' intra domos uero ferreis: quo argumento ait inqt plinius in. xxxiii. sponsæ anulus ferreus mittebat' isq; sine gẽma lacedemonii ferreo anulo utebant'. ¶ Summorũ collegiorum. sicut sunt exẽpli cã pontifices: sa[illegible] augur[illegible]s. ¶ Legenda ossa. colligẽda. Virgilius in. vi. ossaq; lecta cado texit corineus aheno. ¶ Hoc genitus. s. mense septemb[illegible]. ¶ Illo. mense augusto. ¶ Seculum augustum. quemadmodũ antiquitus dicta est ætas aurea & argentea & ut inqt hesiodus: q̃dam heroica: ita quidã suasit oẽ id tempus: quo uixisset augustus: appellandũ esse augustum seculũ: a principis uidelicet nomine: & quia augustũ dicitur sacratũ & religiosum. ad hoc augusti seculum allusit maro scribens in bucolico iudicio. aurea iam redeunt iterũ saturnia regna. auctor est sextus aurelius uulgo iactatum de augusto defuncto. utinam aut non nasceretur: aut non moreretur: alterum pessimi incepti exitus preclari alterum. seculum proprie spatium est centum annorum dictum a sene: q longissimum spatiũ senescendorum hoĩum id putarunt: ut refert. M. Varro. ¶ In fastos. libros: in quos referebantur festa ac sacra causæq; sacrorũ. ¶ Modo: temperamẽto. ¶ Bifariã: duobus in locis. ¶ Pro æde. an templũ. ¶ Pro rostris ueteribus. po. ro. duce sexto clodio scriba corpus publii clodii in curiã intulit cremauitq;: quo igne & ipsa quoq; curia cõflagrauit. Vnde rostra q̃ prope iuncta fuerant in alium locũ translata sunt. & hoc est quod ait asconius rostra non eo loco tũc fuisse: cum crematũ est corpus clodii: quo nunc sunt. supra docuimus singestũ in foro. ro. extructũ rostris nauiũ antiatium ad ornatum fuisse: & ob hoc rostra id templũ appellatum. ¶ In campum. s. marciũ. ¶ Vidisse iuraret. idem de romulo dictũ est a proculo iulio: qui in contionem progressus post obitum romuli uidisse se romulũ testatus est euntem in celum: sibiq; obuium datũ esse: habitaq; è fides illi uiro talia nũcianti. ¶ Tunicati. sola tunica hoc ẽ camisia induti. ¶ Mausoleo. scribit hieronymus libro. i. cõtra iouinianũ mausolea dici oĩa magnifica p̃nosaq; sepulchra ab illo mausoleo: qd inter septẽ spectacula numeratur: ab arthemisia facto in honorem mariti mausoli: de quo plura scripsimus in illũ propertii uersum. nec mausolei diues fortuna sepulchri. de hoc autem augusti mausolei sic strabo in. v. geographiæ commemoratione dignissimum: qd mausoleum appellant & perpetuæ uiriditatis cohoptum in summum usq; uerticem ad tyberis ripam exaggeratum. in summo autem positum est Cæsaris augusti simulacrum ex ære fabricatum. sub aggere ipso sunt eius loculi & cognatorum & necessariorum.

¶ M. AN. ¶ C[illegible]nentibus uetiam: credita defuncti diuinitate ueniam precari. Liuius: Romulum deum deoq; natum saluere iubent uniuersi pacemq; exposcunt. Sed ueniam uerior lectio: est enim carmen ut Festo placet quod ad tibiam in funere laudandi gratia cantatur de ratione uocis: ide in auctor plura. ¶ Ponẽdos aureos annulos qd nisi in summo luctu tristicia q̃ haud fieri consueuit: sed raro id accidisse legimus. plinius. Quo facto tanta senatus indignitate exarsit: ut annulos ab eis abiectos fuisse in antiquissimis reperiat

Nenia

Dactylion

Condulum

condaliũ

Annuli ferrei

Seculum augustum

Seculum

Rostra mutata

Mausolea

tur annalibus. sed alii a tota nobilitate depositos tradidere qnũ GN. Flauius siue. M. Fuluius ille fuit ut Macrob. scribit edilis mox Tri. ple. est factus: quia primus oium fastos publicasset. ¶ Ferreosq; sumendos: ferreis annulis ab initio usos Romanos plinius testat' at regũ tẽporibus ne ferrei quidẽ annuli usus ullus fuisse uidetur: qd Romuli & aliorũ regũ statuæ sine eo insigni eẽnt. sed de annulorũ usu Idẽ auctor abunde multa. ¶ Summorũ collegiorũ: de sacris nũc & nõ pphanis collegiis intel'ige ac si dixerit p summos urbis sacerdotes. ¶ Sæculũ Augustũ. ut sex & .lxx. annorũ esset: Varro centũ annorũ sæculũ diffinit qd id spaciũ satis ad senescendũ crederet. posuit & alterũ breuius. xxx. annorũ. ¶ In fastos. in fastorũ libros. ¶ Pro rostris ueteribus: ubi uetera rostra fuissent uediam uerba demonstrãt: erãt inqt tũc rostra nõ eo loco quo nũc sũt sed ad comitiũ prope iuncta curiæ eo olim uictis antiatibus ex captiuarũ nauiũ rostris ut Liuius ait sunt primum constructa plinius & Varro Liuio astipulant'. ¶ Tunicati & discincti. q. d. humili habitu ac uenerabundi. ¶ Mausoleo: sepulchro amplissimo: ab eo qd Artemisia mausolo uiro defũcto i caria cõstruxit insignia huiusmodi monumẽta Mausolea sunt dicta. De mẽorãtissimo illo Mat. pẽdentia mausolea: & proprius: Nec mausolei diues fortũa sepulchri. De recẽtiore ab Augusto erecto Strabo: cõmemoratione dignissimũe qd mausoleũ appellãt excelsis fundamẽtis hæc ille & plura qbus totã molẽ pergit significanter exprimere.

flamineam uiam: ripamq; tyberis sexto suo consulatu extruxerat: circumiectasq; siluas & ambulationes & i usum populi tũc iã publicarat. De testamẽto & supma uolũtate eiudẽ.

TEstamentũ, L. Planco, C. Silio cõsulibus. iii. nonas apriles ante annũ: & . iiii. menses q̃ decederet factũ ab eo ac duobus codicibus partim ipsius partim libertorũ Polybii & Hilariõis manu scriptũ: depositũq; apud sex uirgines uestales cũ tribus signatis æque uoluminibꝰ protulerũt: quæ oĩa in senatu apta atq; recitata sũt: heredes instituit primos Tiberiũ ex parte dimidia & sextãte: Liuiã ex pte tertia: quos & ferre nomen suũ iussit. Secũdos Drusũ Tiberii filiũ ex triente: & ex partibus reliquis Germanicũ liberosq; eius tres sexus uirilis. Tertio gradu propinquos amicosq; cõplures. Legauit populo romano quadringenties tribubꝰ tricies qnquies sextertiũ: prætorianis militibus singula milia nummorũ. Cohortibus urbanis quingenos: legionariis trecenos nũmos: quam summã repræsentari iussit: nã & confiscatam semper repositãq; habuerat. Reliqua legata uarie dedit: produxitq; quædam aduicena sestertia: quibus soluendis

Flaminia.

¶ PHI. ¶ Flaminiam. flaminius cõsul pdomitis liguribus ne in ocio militẽ haberet strauit flaminiã uiamq; arimiũ usq; perducta ẽ. ¶ Siluas & ambulationes. strabo a tergo mausolei lucus ẽ mirifica continẽs ambulacra. In medio ẽt campi spatio fui busti extat ambitus: & hic ipse niueo pfectus lapide ferreos in circuitu cãcellos habens & plantatas interius præ se ferẽs populos. ¶ Apud sex uirgines uestales. numerus uestaliũ uirginũ legitimus hic erat: ut populus p sua quisq; pte haberet ministrã sacrorũ: quia ciuitas romana in sex erat distributa partes. in primos secũdosq; ticienses ranes & luceres. ¶ Signatis eque. sicut testamẽta obsignari solẽt signatorũ testium anulosita hæc tria uolumia pariter obsignata fuerãt. ¶ Ex pte dimidia & sextãte. i. ex octo pribus hereditatis: q in. xii. assis uncias dispriri solet: sextãs ab eo dicit qd sexta pars assis est & ob hoc duas cõtinet uncias. auctores priscianꝰ & uarro. sextula uero sextã partẽ unciæ significat. ¶ Ex pte tertia. ex triente hocẽ ex reliquis quattuor ptibus: quæ superant assis. ¶ Nomen sui. ut tiberius augustus & liuia augusta dicerẽt: & ita a plinio liuia augusta appellat' libro ultimo. Na. histo idem in. xv. huiæ drusillæ q postea augusta matrimonii nomine accepit. ¶ Secundos. scilicet heredes. sunt autem secundi heredes: qui primis substituuntur: ut si illi decesserint isti in hereditatem succedant: de quibus plura scripsimus in Iulio cæsare ex auctoritate appiani boetii & iurisconsultorum. ¶ Tertio gradu. idest tertios heredes qui secundis substituuntur. naq; ut scribunt iuriscõsulti põt quis in testamẽto suo plures gradus facere heredũ puta. s. ille heres nõ erit ille heres esto. & deinceps inquantũ uelit testator substituere põt. ¶ Legauit: legata dedit. legator di qui legat in testamento. legatarius cui legatũ est. de legatis apud iurisconsultos libri diligenter pscripti sunt. ¶ Tribubus. distinxit populũ a tribubus tanq̃ tribus non solũ sint romanorũ sed ẽt exterorũ in qbus coloniæ suffragia ferre solebant: sicut arpinates in cornelia tribu. formiani & fundani in emylia ferebãt atq; in his tribubus censebãtur. In quibusdã codicibus tranqlli sic scriptũ legimus. legauit po. ro. quadringenties tricies quqes sextertiũ: ubi de tribubus nulla fit mentio. & illa tota legati suma ad po. ro. refertur. ¶ Vrbanis. quæ romæ excubabãt ad ipsius urbis presidiũ atq; tuitionem. ¶ Legionarus. legionarii milites dicti q erant in legione. nec enim oẽs milites in legione scribebant'. nã uelites & leuis armaturæ milites non erãt in numero legionariorũ: qd lectio historicorũ ondit. significari aũt uident' hi milites qui id tẽporis erant in prouinciis. ¶ Repræsentari: pñtem & statim exhibere repñtari dicitur pecunia cum pñs numeratur. ¶ Confiscatam: in fiscis reconditam. sunt enim fisci & fiscinæ & fiscelle receptacula spartea ad maioris summæ pecunias capiendas. & dum aut confiscatã ondit in fisco ipsius principis fuisse repositam

Sex uestales

Sextans. Sextula. Liuia augusta

Secundi heredes

Legator. Legatarius

Legionarii

Confiscati

¶ M. AN. ¶ Tribus signatis uoluminibus. diuersis intellige a testamẽto: alioqn nõ pcederet: sed q illa fue-

tint continuo subiiciet. ¶ Ex parte dimidia & sextante: ex besse siue ut apertius dicã ex duabus tertiis partibus. ¶ Quos: Tiberium & Liuiam. ¶ Nomen suum: nomen familiæ: quanquam Liuia Augustæ etiam cognomen receperit. ¶ Secundos: hæredes. ¶ Ex triente: ex tertia parte. ¶ Tres uirilis sexus: Neronẽ drusum & Caium: qui Caligula cognominatus est uirilis sexus adiecit: quia & filias habuit Agrippinam Drusillam & Liuillam. quæ diuersa fuit ab ea quam Druso & minore Antonia proximo loco genitam ostendimus. ¶ Tertio gradu: idest tertios hæredes. de secundis & tertiis hæredibus ex Appiani sententia plura in Cæsare. ¶ Quadringenties: sestertium. s. ¶ Tribubus: externis & non urbanis quæ idem sunt quod & populis: cui quadringenties sextertium legatum dixit. ¶ Prætorianis: prætorianæ cohortis singulis singula nummorum millia. ¶ Cohortibus urbanis: quæ ad urbis præsidium Romæ commorabantur. ¶ Quingenos & quingentenos: utrunq; enim ueteres dixere ut dimidio plus prætorianis q urbanarum cohortiũ militibus legatum intelligas. ¶ Legionariis: militibus subaudi qui in legionibus erant ad prouincias præsidium. ¶ Trecenos: trecentenos. ¶ Representari: depositam paratamq; esse monstrari. ¶ Produxit: protraxit ampliauit. ¶ Quædam: legata.

annuum diem finiit excusata rei familiaris mediocritate, nec plus perueniturum ad heredes suos q̃ milies & quingenties professus quanuis uiginti proximis annis quaterdecies milies ex testamentis amicorum percepisset: quod pene omne cum cum duobus paternis patrimoniis: cæterisq; hereditatibus in rempublicam assumpsisset. Iulias filiam: & neptemq; si quid his accidisset: uetuit sepulchro suo ĩferri. De tribus uoluminibus uno mandata de funere suo complexus ẽ: altero indicem rerum a se gestarum: quem uellet incidi in æneis tabulis: quæ ante mausoleum statueretur: tertio breuiariũ totius imperii quantum militum sub signis ubiq; essent quantum pecuniæ in ærario: & fiscis: & uectigaliorum residuas: adiecit & libertorum seruorumque nomina: a quibus ratio exigi posset.

¶ PHI. ¶ Annuum diem. tempus. ¶ Paternis patrimoniis. alterum ex patre octauio: alterũ patrimonium ex cæsare dictatore per adoptionem patre fuerat cõsecutus. ¶ In rẽ pu. in rei pu. utilitatem. ¶ Accidisset. uerbũ est quo testatores in testamento scribendo uti solent ut ita dicant. si quid heredi meo acciderit. pro eo quod est si mortu9 fuerit. ¶ Tribus uoluminibus. q. s. supra dixit signata æque cum testamẽto depositaq; fuisse apud uirgines uestales & i senatu aperta recitataq;. ¶ Indicem. titulũ indicitem summatim res ab ipso gestas. ecclesiastici scriptores frequenter per diminutionem indiculum appellant sicuti est illud ex libro sexto ecclesiasticæ

Indiculus

historiæ apud eusebium. si quis nosce uult quanta origenis uolumina in manus nostras uenerunt: inde sumat indiculum. ¶ Incidi: insculpi. ¶ Mausoleum. ipsius augusti sepulchrum. ¶ Breuiarium. miror senecã scribere libro quinto epistolarum breuiarium uulgariam esse parumq; latinam dictionem. ait enim: cum latine olim loqueremur summarium uocabatur id quod nunc uulgo breuiarium dicitur. Namq; plinius luculentissimus scriptor sic ait i decimooctauo uerum ut pariter omnis culturæ quoddam breuiarium pagatur: Et in presentia tranquillus breuiarium uocat id quod seneca tradit dici debere summarium. ¶ Sub signis militaribus. ¶ In ærario. scribit asconius ærarium dici pro priuata pecunia fiscum uero pro publica: ego uero secus reperio apud eruditos hanc inter ærarium fiscumq; fieri differentiam: ut ærarium pro publicæ pecuniæ repositorio capiatur: quod romæ erat in ede saturni: fiscus uero pro pecunia ĩperatoris. hinc est illud satyrici poetæ. Res fisci est ubicunq; natat: sed de hoc alibi. ¶ Vectigaliorum. quid residuum superesset in exactione uectigalium. macrobius in primo saturnaliorum luculenter tradit uectigalium & uectigaliorum sicut uinnalium & uinaliorum. & bachanaliorum atque bachanalium: & saturnaliorum & saturnalium a ueteribus usurpari. & ut ipse inquit: qui uectigalium dicit regula munitur: qui uectigaliorum auctoritate munitur: ad quam uelut ad anchoram confugimus. ¶ A quibus ratio exigi posset. Cauit augustus ut post obitum ratio uillicationis exigeretur a seruis suis & libertis: qui uectigalia se imperante administrauerant.

Breuariũ.

Erarium

Fiscus

¶ M. AN. ¶ Annuum diem: annuam pensionem: sic Vulpianus annuam binam trinam diem pro duab9 tribusq; pensionibus scripsit. ¶ Excusata: in excusationem adducta. ¶ Duobus paternis patrimoniis. Octauii & Cæsaris dictatoris. ¶ Accidisset: si mori contigisset. ¶ De tribus uoluminibus: quæ æque obsignata dixerat. ¶ Indicem: breuem demonstrationem. ¶ Breuiarium: summarium Annæus Seneca: sed uide ne plus profutura sit ratio ordinaria q̃ hæc quæ nunc uulgo breuiarium dicitur olim quum latine loqueremur summarium dicebatur. ¶ Totius imperii: rerum omnium quæ Romano continerentur imperio.
¶ Sub signis: circa signa. ¶ Erario & fiscis. erarium locum intelligas in quo publicum aurum argentum uasa preciosa tabulæ æneæ in quibus leges erant incisæ asseruabantur. Fiscus in quo imperatorum pecunia. Spartianus tamen bona inquit damnatorum in fiscum priuatum redigi uetuit: priuatum addidit quasi publicum quoq; dici posse fiscum intelligat: estq; fiscus uas ut Pediano placet ex sparto factum ad maioris summæ pecunias capiendas. ¶ Vectigaliorum: dicitur & uectigalium sed illud auctoritate: hoc analogiæ ratione defenditur.

Philippi Barualdi in Tertium Librum. Interpretatiō.

¶PHI. Nterpretaturi Tiberiū cæsarē tertiū impatorum romanorum haud intēpestiuiter ꝓponemus testimonium sexti aurelii ita de tyberio scribētis quod suscepto negocio conducibile est. Claudius tiberius liuiæ filius cæsaris octaui priuignus imparuit annis .xxiii. Iste qui claudius nero dicebat̄ eleganter a iocularoribus caldius biberius mero ob uinolētiam uocitus est. satis prudēs in armis satisq; fortunatus ante sumptū impiū sub augusto fuit: ut nō imerito rei pu. dominatus ei committeret̄. ierat ei scientia litterarum. Eloquio clarior sed ingenio pessimo truci auaro insidioso: simulans se ea uelle quæ nollet. his quasi infensus qbus consultum cupiebat: his uero quos oderat quasi beniuolus apparēs. repētinus responsionibus aut cōsiliis melior q̄ meditatis. Denique delatū a patribus pricipatū quod quidem astu pfecerat ficte abnuēs. quid singuli dicerēt sentirent atrociter explorās: q̄ res bonos quosque pessūdedit existimantes ꝑ ex animo eū longa oratione impia his molestiæ magnitudinem declinate: cum snias ad eius uoluntates ꝑmunt inciderunt exitia postrema.

C. SVETONII TRANQ. VILLI LIBER TERTIVS. TIBERIVS CAESAR.

Atricia gens claudia (fuit enim & alia plebeia: nec potentia minor nec dignitate) orta est ex regillis oppido sabinorum, Inde Romam recens conditam cum magna clientū manu commigrauit, auctore Tito Tatio consorte Romuli uel quod magis cōstat .T. Claudio gentis principe. post reges exactos sexto fere anno a patribus in patricios cooptata, Agrum insuper trans anienem clientibus locumq; sibi ad sepulturam sub capitolio publice accepit. Deinceps procedente tēpore duo de .xxx. consulatus: dictaturas quinq;: censuras .vii. triumphos .vi.

¶ Patricia gēs claudia. Liuius li. ii. de origīe claudiæ gētis hæc tradit. seditio iter belli pacisq; auctores orta i sabinis aliquātū turū trāstulit ad romāos. Nāq; appius clausus cui postea appio claudio fuit romæ nomē cū pacis ipse auctor a turbatorib' belli ꝑmeret̄ nec par factiōi eēt: ab oppido regillo magna cliētū comitatus māu romā trāsfugit. his ciuitas data agriq; trās aniené: uetus claudia trib' postea nouis additis tribulib' q ex eo uenirēt agro appellata. Appius iter pres electus haud ita multo post ī pricipū dignationé ꝑuenit. hactenus liuius cui astipulat̄ dionysius i. v. historiarum aitq; ad suā usq; etatē durasse nomē claudiæ tribus: apud plutarchū i publicola legimus hūc appiū claudiū psuasionib' publicolæ clādestinis sollicitatū romā ex sabinis trāsmigrasse abducētē secū q̄nq; milia cliētū una cū cōiugibus ac liberis: qb' publicolæ opa ciuitas data agerq; trās aniené: singulis bin iugera claudio nero quinq; & .xx. tradita. De hoc sic scribit poeta i. vii. eneidos. ecce sabinorum prisco de sanguine magnū agmé agēs clausus magniq; ipse agminis istar claudia nūc a quo diffundit̄ & tribus & gēs. a filio uenisse dictū clausorum decus ꝓ claudiorum pp appiūq; prio clausus mox claudius ēuoiatus. ¶ Et alia plebeia. refert asconius duas fuisse familias claudias romæ: alterā plebeia: alterā patricia. plebeia appellata est marcellorum: patricia uero pulchrorum. ¶ Ex regillis. liuius & dionysi' singulari nūero regillū id oppidū appellāt. ab eodē liuio pugna graphice describit̄ q ad lacū regillū iter romanos latinosq; pugnatū est. ¶ Recens. recenter aduerbiū est. ¶ Consorte romuli. hæc prima tranqlli snia de auctore gentis claudiæ a nullo historicorum memoratur cum in secundam oēs pedibus eant. Titus aūt tacius sabinorum rex cōsors romuli dicitur: qm̄ regimen impii cōsociarūt unam ciuitatem ex duabus facientes: & imperiū omne romā cōtulerunt: & ut scribit liuius in primo nō modo cōmune sed cōcors ét regnū duobus regibus fuit. postea titus tacius lauini cū ad solēne sacrificium eo uenisset cōcursu facto interfectus est. ¶ Post reges exactos. post electos tarquinos. ¶ Cooptata. electa adscita. ¶ Trās anienē. fluuiū tiburtinū haud longe ab urbe distātē: de quo oratius. & ꝓ ræceps anio & tiburti lucus. anieni nomen indidit anius rex etruscorum: qui insequens cethegum filiæ raptorem cū eum assequi non posset in fluuium insiliuit: ibiq; extinctus ut anio uocaretur effecit. plutar. auctor in libello de comparationibus clarorum hominum: de aniene plura in quarto propertii commentario.

Origo claudiæ gētis

Marcelli pulchri

Mors tacii

Anio un

¶ MARCI Antonii Sabellici ad Augustinum Barbadicum serenissimum Venetiarum principem Paraphraseos in Tranquillum parenæsis tertia.

¶ PHI. ¶ Leuare onere: quod dicitur exonerare: ne baiulantes ipsos infantes sua cunctatione fugã morarent̃. ¶ In tutela claudiorum. supra docuimus quẽ admodum non solum singulæ ciuitates sed etiã prouinciæ habebant romæ suos quæliber patronos. ita lacedemonii erant in clientela claudiorum sicuti syracusani marcellorum & bononienses antoniorum. ¶ Chlamis chlamidem militarem proprie uestem fuisse significat plautus: q ad ornatum militis ait opus eẽ chlamide machera & petaso. qn etiam iulius pollux scribens ad commodum. Cæsarem de proprietate uocabulorũ. inter apparatus militares numerat chlamydã cuius diminutiuũ ẽ chlamidyon. a clamyde clamydatus deriuat̃ plautus i pseudulo qs hic hõ clamidatus ẽ aut unde ẽ. uirgilius. sidoniam picto clamidẽ circundata limbo. iurisconsultus iter uestimenta puerilia numerat chlamydes tanq̃ nõ minus ad pueros pertineat q̃ ad uiros. & ita in hoc loco accipit̃ pro ueste puerili. ¶ Fibula. fibula ornamentum est cinguli ad uestẽ subligandam. Virgilius. Aurea purpuream subnectit fibula uestem. i alio significato accipit̃ fibula comedorũ & cithaaredorũ: de qua Iuuenalis. soluitur his magno comedi fibula. & apud celsum caput est de infibulandis iuuenibus. a fibula fit uerbum diffibulo qd significat fibulã resoluo. papinius. emicat & rorto chlamydem diffibulat auro: hic accipi uidetur pro cinctu puerili. refibulare apud Martialem est fibulã illã ad obscena pertinentẽ dissoluere. cũ ait. cuius refibulat turgidum faber penem. ¶ Bullæ aureæ. supra diximus quẽadmodum pueris ingenuis attributum fuit gestamen bullæ aureæ: quæ ad effigiem cordis erat formata. præterea bullæ sunt illa ornamenta quibus cingula decorantur. calphurnius in bucolicis. Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Cicero quoq; Verrem bullas aureas ex ualuis templi magnificentissimis abstulisse: qui bullas accipit pro capitibus clauorum eminentioribus. quibus hodie quoq; fores exornantur: sicut & plautus in asinaria cum ait. iussi in spendorem dari bullas has foribus nostris. hinc annominatio illa est apud eundem in curgulione. Quin tu is in malam crucẽ cum bollis & cum bullis. bullas etiam appellamus tumores illos qui in aquis repẽte fiunt & repẽte euanescũt. unde i prouerbio apud uarronẽ dicit̃: hõ bulla ẽ: q a s. similis bullæ uita ẽ mortalium fluxa & momento caduca. hinc aquæ bullantes a calpurnio in bucolicis dictæ illo uersu. bullantes ubi fagus aquas radice sub ipso protegit. & a plinio in nono bullantium aquarum sufflatio. Cor. celsus in signa ualitudinis longæ hoc quoq; numerat. Si urina bullulas excitat: ubi bullulas ὑπὸ κορίσ ? ικῶσ id est diminutiue dixit a bulla. existimo tranquillum in hoc loco loqui non de ornamẽto illo ingenuorum. sed de his bullis: quibus balteus et cingulum ornari solet: ut & chlamys & fibula & bullæ simul conueniant. nam pro ornatu pendente ante pectus una tantum bulla & non plures gestabantur. ¶ Nomine abstinuit. i. noluit nominari gallius: quãuis ex more Romano: qui testamento adoptabantur: testatoris nomen acciperent. Ita pomponius atticus cognominatus est cecilius a quinto cecilio: qui moriens testamẽto eum adoptauit heredemq; fecit ex dodrãte. auctor Cornelius nepos. Et Varro sic ait in serũdo de re rustica. Atticus: qui tunc titus pomponius nũc quintus cecilius esse nomine eodem. ¶ Nouem natus annos: scribit quintilianus i. xii. demosthenem ad modum puerum actiones pupillares habuisse: traditumq; est quosdam adhuc prætextatos egisse: & Cæsarem Augustum duodecim annos natum auiam pro rostris laudauisse. unde potuit & Tiberius in nono ætatis anno psequi patris obitum oratione laudatiua: uel quã suo ipsemet ingenio formauerit: uel sicut sæpe fit formatã aliena doctoris idustria ediderit & recitauerit. sicut nero laudauit claudiam oratione a seneca composita.

¶ M. A N. ¶ Onere: pueri gestãdi. ¶ In tutela: clientela. ¶ Dõatus ẽ: Tiberius puer sic & Vergilian' ille Ascanius ab Andromache clamyde ẽ donat'. ¶ Fibula: tegumẽti genus ab umbilico ad gẽua ad uelãda pudibũdeo citharœdi quoq; & comœdi utebantur nõ ad obscenas solũ partes tegendas: sed ad cohibendi etiã libidinem ne raucesserent i quã uelut denegatã quasi proniores essent fœminæ sui temporis lepidissime in earum intemperiẽ iocatur. Martia. Dic mihi simpliciter inqt comœdis & citharœdis fibula quid pstet non ut sit reliqua. ¶ Bullæ aureæ: insigne & illud teneræ ætatis de eius usu pueris concesso: Macrobius: Plu-

Chlamis

Fibula

Diffibulo

Bullæ

prouerbiũ

homo bulla

bullulæ

tarchus & Dionisius plura. ¶ Hæreditate adita: & si se hæredem professus ect. ¶ Noie abstinuit: nomen non recepit. ¶ Nouem natus annos non sua credas oportet: quia p ætatem fieri non potuisset: sed aliena usum oratione. ¶ Patrem: Neronem defunctum.

funali equo quum Marcellus Octauiæ filius dexteriore ueheretur: præsedit & actiacis ludis: & troianis circensibus: ductor turmæ puerorum maiorum.

De adolescentia & uxoribus eius.

Virili toga sumpta adolescentiã omnem: spaciaque insequentis ætatis usque ad principatus initia per hæc fere transegit munus gladiatorũ in memoriam patris: & alterum aui Drusi dedit diuersis temporibus ac locis: primum in foro: secundum in amphitheatro. Rudiariis quoque quibusdam reuocatis auctoramento centum milium dedit: dedit & ludos sed absens cuncta magnifice impensa matris ac uitrici Agrippinam Marco Agrippa genitam ne

Funalis equus

¶ PHI. ¶ Funali equo uidetur funalis equus in triumphi comitatu ille dici: qui pximus triumphalẽ currũ antecedit: quasi fune coniunctus: nã sicuti in saltationibus reste ducere dicebant manibus inter se cõsertis: ita eq funales dicti: qui fune hoc est reste facta simul cõnexi præcedũt ut ita fiat triumphus speciosior & a dextra sinistraque triumphantis erãt ductores quasi equestris thoreæ: Qui loris iũcti hinc & inde curru triumphali funales dicebant alio quoque nomine habenales: cui rei mẽtio fit a Dionysio in octauo antiquitatũ scribente institutũ uetus fuisse & heroicũ ut trium equorum currus in ludis decurrerẽt: duobus enim equis iunctis tertius iuxta adhibebatur habenalis dictus. qui iunctus loris a præter trahendo simulque iungendo pareoros uocabatur a priscis tales dici uidentur funales a Tranquillo: qui erãt duo alter dexter alter sinister uincti curru triumphantis Augusti. itidem Statius in sexto thebaidos in ludis archemori equũ noie thoen dixisse uidetur funalẽ: qui iugalis erat & in cursu equestri admeto inseruiebat tanq̃ tertius ille habenalis in triga. sic enim ait uoce nominibusque ciẽt pholoen admetus & irin funalemque thoen.

Agonitheta

¶ Præsedit: tanq̃ præses & agonitheta psuit. est autem agonitheta præfectus ludorum unde ait hieronymus: nõ est inundus agonitheta noster. ¶ Actiacis ludis: quos celebrauit Augustus in memoriã actiacæ uictoriæ. ¶ Troianis: ludicræ troiæ significat: quæ in circo exhibebat. de troia satis ac sup in primo cõmentario. ¶ Puerorum maiorum: quoniam turma duplex puerorum maiorum & minorum troiam in circo ludere solebat: tale spectaculum Cæsar dictator & Augustus ediderunt. ¶ Munus in memoriã patris. Iunius Brutus primus apud romanos in honorẽ defuncti pris edidit munus hoc est spectaculum gladiatorum. ab eo mos ppagatus est: ut in honorem defunctorum spectacula exhiberentur. sic scipio in hispania edidit munus gladiatorũ in memoriam patris patruique defunctorum: sic Caius Curio funebri patris munere theatra duo e ligno fecit amplissimo: in quibus spectaret populus spectacula gladiatorum: sic Cæsar dictator ut antedictũ est dedit munus funebre patrium quo usus ẽ apparatu arenæ argenteo.

Rudis uirga

Rudiarii

Rudiariis. rudis uirga est: qua auctore prisciano gladiatores donantur post finitam gladiaturam. inde rudiarii dicti: qui impetrarunt missionẽ artis gladiatoriæ donati rudi. de rude Ouidius. & me donari iam rude tempus erat. M. Tullius in secunda antonianarum. tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti: eiusdem fit mentio subinde apud poetas. sensus est Tiberium non solum gladiatores exhibuisse legitimos sed etiam reuocasse ad gladiaturam præcii inuitamento ueteranos & emeritos q dicunt rudiarii.

Auctorat'

Auctorare

Exauctorare

Auctoramentum

¶ Auctoramẽto. auctorati uocant gladiatores: qui se uendunt ludo quasi addicti & condẽnati sicut non insalse exposuit acron oratianus interpres enarrans illud. auctoratus eas. est enim auctorare obligare. cuius contrarium est exauctorare. Seruius enarrans illud Virgilianum ipse patri filiam uoueo. dixit solos parentes habere potestatẽ auctorandi. unde fit auctoramentũ: quod est quasi obligatio nexusque: ac ueluti stipendium pretiumque eius: qui fit auctoratus. i. obligatus. Seneca libro quarto de beneficiis hominẽ uenalis animæ crebris auctoramẽtis accẽdebat. idẽ alibi ait: nullũ malum sine auctoramẽto est. Quintilian' in gladiatore. nec difficilem tamen sub illo præsertim auctoramento habuisset missionem: sed noluit gladiator uiuere. Cicero in primo officiorum mercedem ait esse auctoramentum seruitutis: ubi auctoramentum accipitur pro illa obligatione: qua mercenarius accepta mercede cogitur seruire: præstareque operã seruilem. Quidã auctoramentũ interpretant esse priuilegiũ & prerogatiuã: quod an cõueniat dispiciẽdum ẽ. Pli. auctoratũ uindemiatorẽ: itẽ alibi auctoratum po. ro. elegiter appellat quasi gladiatoriæ morti obnoxium: qui spectabat cũ periculo uitæ spectacula gladiatorum edita in ligneis theatris a curione periturus si momento aliquo machinæ luxatæ fuissent. A huio auctoratus proditor dictus quasi obligatus & deuinctus. A manlio in quinto astronomicõ: nutustri ppetuo quasi epitheto auctorati uocant tanq̃ ppetui mercenarii obligati q dominis: a qbus mercede cõparant. sic. n. ait. Atque auctoratos in tertia iura ministros. ¶ Dedit & ludos: theatrales uel scenicos. ¶ Uitrici: Cæsaris augusti.

¶ M. AN. ¶ Funali equo: funalem equum eũ esse crediderim: qui q̃ proxime currui iungeretur atque a fune dictum. Papinius. Funalẽque thoum. ¶ Dexteriore: equo funali. ¶ Præsedit: præfuit. ¶ Actiacis ludis de his i Augusto plura. illd obiter admõeo eũ q ludis pesset ñ solũ psidere: sed iterdũ & moderatorẽ rectorẽque gerendæ rei miscere cõsuesse. Plutarchus: Antonius positis iquit magistratus insignibus ludis præfuit: & assumptis adolescentibus una cum illis saltauit. ¶ Troianis circensibus. Troia lusus circensibus misce

cõsueuit.sic in Cæsaris dictatoris:sic in Augusti spectaculis seruatum.¶ Trãsegit:peregit.Vulpianus ea dubia eẽnt & incerta necadhuc finita trãsigi dici oportere existimauit.Paulus iurecõsultus nõ solũ de quibus cõtrouersia susciperesed q̃ etiam sine cõtrouersia sint possessa.¶ In amphitheatro statilii tauri id onũ q̃d ãtũ romæ fuit.Errat meo iudicio Cassiodorus qui Titũ Vespasiani filium primũ Romæ amphitheatrum aruisse tradidit.¶ Rudearis:gladiatoribus iã emeritis:& rude donatis.Iuue.rude accepta incipiet neuem uideri.Horati.Donatũ rude queris mecenas iterũ antiquo me includere ludo.¶ Renocatis:ad ferrũ.s. ¶ Auctoramẽto:obligatione precio·est.n.autoramentũ obligatio ut dixi siue stipendiũ siue preciũ militiæ pugnæ:ut hoc loco:actionis ue.¶ Impensa matris:Liuiæ.¶ Victrici:Augusti.

ptem Pomponii attici equitis Romani:ad quem sunt Ciceronis epistolæ duxit uxorẽ:sublatoq; ex ea filio Druso:quãq bene conuenientẽ:rursusq; grauidam dimittere:ac Iuliã Augusti filiam confestim coactus est ducere non sine magno lãgore animi. Quum & Agrippinæ consuetudine teneretur: & Iuliæ mores improbaret:ut quam sensisset sui quoq; sub priore marito appetentem:quod sane uulgo etiam existimabatur. Sed Agrippinam & abegisse post diuortium doluit: & semel omnino ex occursu uisam adeo contentis; & tumẽtibus oculis prosecutus est:ut custoditũ sit ne unquam i cõspectũ eius posthac uẽiret: cũ Iulia prio cõcorditer & amore mutuo uixit:mox dissedit & aliquãto grauius:ut etiã perpetuo secubaret. Intercepto cõmunis filii pignore:qui aquileiæ natus infans extinctus est. Drusũ fratrẽ in germania amisit:cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens Romam usq; peruexit.

¶ PHI. Neptem põponii attici. scribit Cor.nepos Mar.Agrippã potissimum delegisse affinitatem pomponii attici: cuiusq; filiam uxorẽ accepisse.ex quo cõnubio nata est.attico neptis nomine agrippina:quã Augustus uix anniculã tiberio priuigno despõdit.& hæc cõiunctio familiaritatẽ auxit inter atticũ & augustũ:adeo ut nullus dies intercederet quo non aliqd per epistolas augustus ab attico:de antiquitate requireret: hic est ille põponius atticus:cuius nomen ut inquit seneca tertio epistolarum:perire non sinunt Ciceronis epistolæ:q attici cognomen ex athenis reportauit:quã ciuitatem inopia laborantẽ sæpe suis opibus subleuauit.a condiscipulatu uixit coniunctissime cũ Marco Tullio piit fistulæ morbo q̃ intestinum prorupterat.

Fistula piit atticus.

De ciuilibus officiis eius.

¶ Sublato. suscepto Virgilius sublatũ erudiit nec tecũ talia gessi. ¶ Quamquã b ñ conuenientem.maxima ẽ & rara laus connubii: ut sit concors & bñ conueniens cũ dos uxoris sit lis ut aiunt domus.hinc illud a hieronymo repetitum:qui non litigat celebs est:tanquã oẽs uxorati litigent continenter cum uxoribus.plautus in cassina. qui cum litigas olympio:respondet ulicus:cum eadẽ:qua tu semper sensus est.coactus est dimittere agrippinam. quãuis cum ea bene conueniret esset q; iterum grauida: si res chariores gratioresq; uxores maritis efficere solet. filii.n.quidam nexus sunt in coniugio ut inqt aristoteles in.viii.ethicorum.¶ Agrippinæ. prioris uxoris. ¶ Sui appetentem.minime mirum si iulia appetiuerat coire cum Tiberio:cum esset oium feminarum maxime uirosa.i.uirorũ appetens.tales prisci catulientes uocauere.laberius lupam appellat catulientem pro libidinantẽ.est.n.catulire libidinari.uerbum uidelicet tractum a canibus.cum libidine excitantur. aristotelis interpres in sexto de animalibus:canes inquit canire dũ libidine exstimulatæ.elegantius dixisset.caturire.¶ Sub priore marito.dictum est supra quemadmodũ augustus iuliam filiam primũ marcello: deinde ut is obiit marco agrippæ nuptui dedit ¶ Abegisse.dimisisse a mandisse.¶ Contentis oculis. tale ẽ illud uirgilianũ.turnus ad hæc oculos horrẽda in uirgine fixus.idem alibi.illũ turbat amor oculosq; in uirgine fixit.¶ Tumentibus.qñ aliquid nimis ardenter scienterq; contẽplamur oculis tumentibus ex desiderio id facere dicimur.tanq̃ oculis uorituri ¶ Dissedit:discordiã egit.& diffidium.¶ Secubaret.separatus seminusq; ab uxore cubaret.operantes sacris secubabãt & cõiuges & amatores.ouidius.secubatĩ uacuo sola puella thoro.huius p iocũ adolescẽs uetatẽ mirum si p aliquot noctes secubuisset.¶ Intercepto.de medio sublicto & extincto.plinius.si nõ esset interceptus.i.a morte correptus.¶ Filii pignore:cũ premiũ nuptiarum partus feminaæ ut inqt ambrosius·merito mẽtes cõiugales p filios ne'uti p q̃dam quasi pignora iter se animis copulant:sublato aũt filiorũ pignore caritas pristina si nõ rescindit saltem diffuitur. hoc euenit Tiberio:qui post extinctum filiũ minus amauit uxorẽ.¶ Aquileiæ.ciuitas est uenetiæ in decima Italiæ regiõe: de qua alibi plura.¶ In germania amisi.existimat liuius drusum periisse ex fractura cruris:super quot equũ collapsus est. tranquillus uero sicut infra patebit morbo supremum diem obiisse tradit.ad eum in germania ægrotantẽ dũ tiberius frater festinat die ac nocte longissimũ iter uehiculis tribus emensus ẽ in quo fuerunt ducenta milia passuum.plinius auctor in.vii.

Dos uxorialites

Filii nexus
Catuliẽtes
Catulire

Secubare.

Mors drusi

¶ M.AN.¶ Neptem:Attici ex attici filia & Agrippa genitã:seneca nomen attici perire Ciceronis epistolæ nõ sinũt nihil illi profuisset gener Agrippa Tiberius pgener drusus Cæsar pnepos inter eã magna noia taceretur.Agrippinã igr̃ primo uxorẽ duxit Tyberius:mox Marcellã alteram nouissime Iuliã Augusti filiã attici cognomẽ ille ex græcia reportauit Cicero teq; nõ cognomẽ solũ athenis deportasse sed humani

tatē & prudētiā dī ad hec actic⁹ & atticus ut illd ab actcōe sit:hoc ab attide cranai filia strabo ē auctor. ¶ Sublato:suscepto & a tollo est quod uunce duco nunc suscipio seu capio atq; in utroq; significatu sullatum facit Ouid. p educo ñ ego tollēdi ci sed ille fuit iterdū & pbo significat iterdū i altū tollo ut illud i neronē Quis neget æneæ natum de gente neronem sustulit hic matrē sustulit ille patrem. ¶ Bene conuenientē:concordi connubio mutuoq; amore fecū uiuentem. ¶ Augore ægritudine. ¶ Sui appetētem:sui congressus cupidam ac sitagentem. ¶ Priore marito:Agrippa. ¶ Vulgo existimabatur:ab ea Tyberiū amari. ¶ Abegisse:a se remouisse. ¶ Contentis:defixis. ¶ Custoditum custodia cautum. ¶ Dissedit:dissidio alienatus est. ¶ Secubaret diuerso ab ea lecto cubaret. ¶ Intercepto:extincto.

Ciuilium officiorum rudimentis regem Archelaum tralianos & thessalos:uaria quoq; de causa Augusto cognoscente defēdit; p laodicenis thiatirenis: chois terræmotu afflictis:opemq; implorantibus senatū deprecatus est. Fanniū Cepionem qui cū Varrone Murena in Augustum conspirauerat:reum maiestatis apud iudices fecit. & cōdemnauit. Interq; hæc duplicē curā administrauit: annonæ quæ arctior inciderat:& repurgandoꝝ tota italia ergastuloꝝ:quoꝝ domini in inuidiā uenerant:quasi exceptos supprimerēt non solum uiatores:sed & quos sacramēti metus ad huiusmodi latebras cōpulisset.

De militia eius & bellis per eum gestis & honoribus administratis.

STipendia prima expeditiōe cātabrica tribunus militum fecit:deide ducto ad oriētē exercitu regnum

¶ PHI. ¶ Rudimentis.tyrocinio priaq; exercitatiōe. Virgili⁹ cruda rudimēta. ouidius. tale rudimētum.tāto sub noīe debes. ¶ Regem archelaū. archelaus post obitum herodis rex iudeæ apud Augustū Cæsarem accusatus est a sabino p epistolas. Romæ uero antipater salomes fili⁹ pposuit accusatiouem eoꝝ:qui aduersabātur archelao. Nicola⁹ aūt archelai defensor criminib⁹ quæ regi obiiciebāt refutatis perorauit. mox archelaus ad genua Cæsaris pcombēs ab augusto benigne erigit. qui post longam disceptatiōe mediā regni iudeæ partē sub tetrachiæ noīe dedit archelao: etiā regē si se dignum præbuisset pollicitus est se factuꝝ. mendosi est apud Iosephum dictio libro.ii. belli iudaici. nam archelaus ethanarchēs passim legitur. cum legendum sit ethnarches. dicitur enim ethnarches prefectus gētis:& ipsa prefectura ethnarchia:quamuis in mendosis codicibus pperam scribatur ethnarchea cū subtracta littera a ethnarchea sit dicendum. sentit tranquillus archelaum non solum a nicolao sed etiam a tiberio apud augustum fuisse defensum. ¶ Trallianos. populos asiæ. est enim ciuitas tralis aliis nominibus euantia & seleutia. & antiochia dicta. Vnde tralhanus deriuat. Cicero in tertia philippica. trallianum aut ephesiuā dicere putes. ¶ Thessalos. thessalia eadē est hemonia quam homerus argopelasgicon uoiāt: ab hemone hemonia ab eius filio thessalo thessalia nuncupata. Auctor est strabo in.ix. dictam fuisse priscis seculis pyrrheā a pyrrha uxore deucalionis. ¶ Laodicenis. celeberrima urbs laodicea in asia est imposita lyco fluminu appellata primo diospolis dein rhoas. ¶ Thiatyrenis. thiatyreni populi troadis conueniunt ad iurisdictionē pgamenā uocitatam. ¶ Chiis. populi sunt insulani. metrodorus & cleobulus chiona chione nympha alii a niue dictā putant. marmor chiū & uinum chiū celebrātur. scribit Eusebius in chronicis:q imperante Augusto multa conciderunt terræ motu i isula choo:quare aut hic aut illic mēdū ē. n. choi insula distans a chio hippocrate alumno clara. ¶ Terremotu afflictis:maximus terræ motus memoria mortalium extitit Tiberii Cæsaris principatu. xii. urbibus asiæ una nocte prostratis. causas motus terræ alii alias opinantur. sed plinius seneca & aristoteles concordi sniā uentum effectricem causam esse dixerūt. ¶ Fannium cepionem. dictum est de his qui coniurarunt in augustum. ut sentire porphirio oratianus interpræs cepionem & murenā fratres fuisse, pcnlencum quibus bona sua æquis portionibus diuiseuit cum illi bello ciuili fuissent spoliati. ¶ Reū maiestatis:crimē qd dicitur maiestatis proximū est sacrilegio ut inquit ulpianus:est autem maiestatis crimen illud:quod aduersus po.ro. principemq; committitur facere reum accusare & ut ait pedianus apud pretorem egibus interrogare peragere reum condemnare. Vnde ait iurisconsultus peregisse reum non alias quis uidetur:nisi & condemnauerit. plinius dum peragitur reus. ¶ Annonæ. Romani laborantes penuria creauerunt præfectum annonæ. qui penuriæ leuandæ præesset de cuius origine liuius scribit in quarto. ¶ Arctior:difficilior. ¶ Repurgandoꝝ ergastuloꝝ. hanc quoq; curam augustus olim susceperat sicut supra explicatum est. ¶ Exceptos. dolo & insidiis circumuentos. excipe. n. dolo est circumuenire & opprimere. Virgilius excipit incautum. ¶ Supprimerent uiatores. idem in augusto sic ait rapti p agros uiatores sine discrimine liberi seruiq; ergastulis possessoꝝ supprimebantur. ¶ Sacramenti metus. multi militiam militareq; sacramentum fugientes in ergastulis delitescebant ne militare cogerent. ¶ Stipendia prima. stipendiosos uocamus plenos stipendioꝝ hoc est eos:qui stipendia plurima fecerunt quis alibi dixerimus stipendiosos dici posse mercenarios & mercede militantes. cum stipendiarii appellentur:qui stipendium tributumq; persoluunt. ¶ Expeditione catabrica. quam Augustus Cæsar suscepit aduersus cantabros hispaniæ populos.

¶ M. AN. ¶ Rudimentis:primis forensium & ciuiliū officioꝝ exercitamentis. ¶ Archelaū : cappadociæ regem is p Antonio aduersus augustum actiaci belli tpibus militauit fuit & archelaus qui herodi succes-

Emēdatus locus Iosephi

Ethnarches

Ethnarchea

Tralliani

Thessali unde

Peragere reum

Prefectus annonæ

Excipe

Stipēdiosi

sit ob cuius in populos insolentiam in templo apollinis palatini ut iosephus tradit apud augustum causã dixit: Eusebius ait Archelaũ ab Augusto uienã galliæ relegatũ. ¶ Trallianes: a trallibus urbe romæ ab argiuis cõdita thracibus quibusdã admixtis unde & nomẽ urbs inditũ strabo ꝓdidit. ¶ Thessalis: Thessalia ad macedoniam attiet a thessalo herculis filio dicta. ¶ Laodicensis: cariæ urbs laodicea ad lycũ amnem ut Plinius & Ptolemæus scribũt. ¶ Tiathyrenis a tiathyra magnesiæ oppido. ¶ Chiis: a chio insula sed chois non chiis legendũ Eusebius choũ insulam non chiũ Augusti tpibus terræ motu cõcussam scribit. ¶ Fannium cæpionem de iis q in augustum diuerso tpe conspirarunt sic breuiter seneca scribit: nihil adhuc ꝓfecisti salui denũ lepidus secutus est lepidũ Murena: murenã cæpio: cepiõem Egnatius. ¶ Reum fecit accusauit: reũ facere est ut pedianus ait apud ꝑtorem legibus reũ interrogare: ut Cicero quũ uerrem reum facit apud ꝑtorem aio inqt te siculos spoliasse: Quod si ille tacuisset æstimata ei lis erat uerꝫ eo negãte petitum est tps ad inqrenda crimina. ¶ Condẽnauit: ut condẽnaretur effecit. ¶ Annonæ: curã subandi. ¶ Ergastulorꝫ: de ergastulorꝫ recognitiõe regte in Augusto. ¶ Sacramẽti metus: ne militare cogerentur: quũ ad detrectandũ pro tpe sacramentum ultro ergastulorꝫ latebras petiissent ibi fraude oppressi seruilem in modum iuncti torquerentur. ¶ Regnũ armeniæ cui sibi uendicaudæ parthi imminebant.

armeniæ Tigrani restituit; ac pro tribunali diadema imposuit recepit & signa quæ .M. Crasso ademerant parthi. Post hæc comatam galliam anno fere rexit; & barbarorum incursionibus & principum discordia inquietam: exhinc rheticũ: uindelicumq; bellum; inde pannonicum; inde germanicum gessit rhetico atq; uindelico gentes alpinas; pãnonico breucos & dalmatas subegit; germanico .xl. milia deditiorum traiecit in galliam; iuxtaq; ripam rheni sedibus assignatis collocauit. Quas ob res & ouans; & curru urbem ingressus est primus ut quidam putant triumphalibus ornamentis ornatus; nouo nec antea cuiquã tributo genere honoris. Magistratus & maturius inchoauit; & pene iũctim percurrit quæsturam; præturam; consulatum; interpositoq; tempore consul iterum; etiam tribunitiam potestatem in quinquennium accepit.

¶ PHI. ¶ Recepit & signa: augusto dictum est: quẽadmodũ parthi armeniã uendicãt augusto facile cesserũt & signa militaria quæ marco crasso & .M. Antonio ademerant reposcẽti reddiderũt. quetiam filii nepotesq; phratis obsides dati. hic innuit tranqllus per tiberiũ recepta eẽ signa crassiana a parthis. ¶ Cõatam galliam: scribit plinius galliam oẽm transalpinã uno noie comatã appellari in tria genera populorꝫ diuisã. Iucanus crinibus effusis toti prelate comatæ. nomẽ aũt comatæ inditum est a capillis intonsis. sicuti idicat idẽ plinius .li. xi. cuius uerba hæc sũt iam qdẽ ꝓmiscue maribus ac feminis in capite plurimus pillus apud itonsas utiq; gẽtes: atq; ẽt noia ex eo capillatis alpium incolis galliæ comatæ. ¶ Rhetici: quẽadmodũ rhetos & uindelicos domuerit augustus suis auspiciis p tiberium drusũ supra dictũ. strabo scribit mam rhetorꝫ & uindelicorꝫ reliquorꝫq; alpinorꝫ incursatiões fuisse repressas a tiberio & eius fratre druso estate una. unde in laudẽ neronũ tiberii & drusi fratrꝫ cecinit orati' carmen illud qualẽ ministrꝫ fulminis alitẽ. ¶ Pannonico brenos: a græcis peones dñt: quos romani pãnonios appellãt ut inquit appianus a pannonii fauus flumine ẽq auctore plinio sunt p colaphianos breucosq; q populi capita sunt pãnoniorꝫ. de his brẽcis hic intelligẽdum uẽcũ nulli alii in pãnonia populi noie brẽni celebrent. dalmatæ uero noti suntq; spectat ad mare hadriaticũ. ¶ Deditiorꝫ: q se dedũt i ditionẽ ptateq; uictoris: hi deditici dicuntur. de formula deditionis scribit liuius in primo & a nobis alibi dictum ẽ. ¶ Iuxta ripam rheni. in augusto ait quod germanos dedentes se traduxit in galliam atque in proximis rheno agris collocauit. ¶ Curru urbem ingressus. refert gellius eos qui ouarent hoc est ouationem celebrarẽt introire solitos equo uehẽtes. sabinus massurius pedibus ingredi ouantes dicit. uerꝫ tiberius ueterem morẽ aspernatus curru instar triumphantiũ nõ equo uel pedibus instar ouantium urbem introiuit. ¶ Ornatus ornamentis triumphalibus. repudiata ouandi formula usitata. ita olim crassus cum bello fugitiuorꝫ cõfecto ouans rediret coronam myrtheam: qua ouantes coronabantur in solẽter aspernatus est: & lauro q triumphantibus dicata est uoluit coronari. de uestimentis reliquisq; ornamentis triumphalibus affatim supra dictum. ¶ Nec antea tributo. nulli ante tiberium ouanti concessum fuerat. ut curru triumphali & triũphalibus ornamentis in ouatione urbem ingrederetur. ¶ Maturius. citius quam per leges liceret. ¶ Iunctim. sine ullo interuallo: quod legibus annalibus inter magistratus cõstitutum erat. ¶ Tribunitiam potestatem: quam imperatores accipere consueuerunt sicut olim ab hadriano accepta est. & ut auctor est flauius uopiscus: tribunitia potestas erat pars maxima regalis imperii.

¶ M. AN. ¶ Signa quæ .M. Crasso: quam atrocem cladem ro. ductu & auspitiis Crassi in parthiam accepissent appianus & Plutarchus scribunt. ¶ Comatam galliam: galliarꝫ diuisio perspicue in augusto relata est cæterum comata de qua nũc iuba a gebenna pireneisq; montibus rursus oceano & rheno continetur. ¶ Rhetico & uindelico: utriusq; belli rõ affatim supra exposita est. ¶ Brenos: brẽnos i pãnonia ueterꝫ scriptorꝫ quod sciam posuit nemo sed librariorꝫ reor incuria factum ut brennos pro ureucos tranquilliani codices habeant: breuci .n. in inferiorẽ pannoniam a Plinio & Ptolemæo referũtur. ¶ Deditiorꝫ: eorꝫ q

Cõata usi

peones pannonii

In ouatiõe equo uehebantur

per deditionem in ro. potestatem uenerant. ¶ Ouans & curru. q. d. preter patrium institutũ ouans curruẽ inuectus quod legitimum tantum triumphum adeptis fuerat ad id tempus concessum posset & diuiso se sit ita accipi ut diuerso tempore ouans sit urbem ingressus rursusq; legitimum triumphum egerit: sed prior sententia ut uerior ita probabilior: nã ita esse ea q̃ continuo sequuntur facile declarant: noua inquit nec uniq̃ tributo genere honore: quod ad cunctum referas necesse est si ad triumphalia ornamenta uelis non pcedet & n. supra triginta fuerant ab Augusto eo honoris genera ornati. ¶ Iunctim: cõtinuatis honorib⁹.

De secessu eius ab urbe & causis.

TOt prosperis confluentibus integra ætate ac ualitudine statuit repente secedere: seq; e medio q̃ longissime ammouere: dubium uxoris ne tedio quã neq; criminari aut dimittere auderet: neq; ultra perferre posset: an ut uitato assiduitatis fastidio auctoritatem absentia tueretur: atq; etiam augeret. siquando indiguisset sui respublica. quidam existimant adultis iam Augusti liberis: loco quasi & possessione usurpati a se diu secũdi gradus: sponte cessisse exemplo. M. Agrippæ. q. M. Marcello ad munera publica admoto Mitylenas abierit: ne aut obstare aut obtrectare aliq̃d p̃sẽs uideretur: quam causam & ipse: sed postea reddidit. Tũc ãt honorum satietatem ac requiem laborum prætendẽs. Cõmeatũ petiit: neq; aut matri simpliciter precanti: aut Vitrico deseri se etiam in senatu cõquerenti ueniam dedit: quin & p tinacius retinẽtibus cibo p q̃triduum abstinuit. Facta tandẽ abeunti potestate relictis Romæ uxore & filio: cõfestim hostiam descendit: nec uerbo quidem cuiq̃ prosequẽtium reddito: paucosq; admodum in digressu exosculatus.

De mora eius apud rhodum: & gestis ibidẽ.

AB hostia orã campaniæ legens imbecillitate augusti nunciata paululũ substitit: sed & increbescẽte rumore q̃si ad occasionẽ maioris spei cõmoraretur:

¶ PHI. ¶ Repente secedere. cicero in quadã ad atticum epistola ait. cupio eqdem & iam pridẽ cupio alexandriã reliquamque egyptum inuisere: & simul ab hac hominum facietate nostri discedere: & cum aliquo desiderio reuerti. hoc idẽ ni facere noluisse tiberius: ut absens esset uenerabilior: cum assiduitas faciat contemptibiles. ¶ Neq; criminari: ueritus. s. augustũ illius patrem. ¶ Dimittere. repudiũ facto diuortio. ¶ Vltra pferre. uarro in satyra menippea uitium inquit uxoris aut tollendum aut ferẽdum ẽ: qui tollit uitiũ uxorẽ cõmodiorem prestat: qui fert se se meliorem facit. hæc quidẽ uarro eleganter & scienter. sed iterdum tanta est improbitas i uxore ac morositas: ut intolleranda sit nec pferri queat. hoc a ciderbat tiberio in iulia uxore iproba & impudica. hoc identidẽ. accidere solet his: qui habẽt uxorem. ego in celibatu uiuo doq; operam ne lites uxorias experiar: quæ impatibiles maritis eẽ dicuntur. ¶ Assiduitatis fastidio. In hanc sentententiam illud est luculenter dictum a Liuio de Scipione. Decimum iam prope annum assiduus in oculis hoium fuerat: quæ res minus uerendos magnos hoies ipsa facietate facit Apuleius quoq; in demonio socratis ait. parit conuersatio contemptum. raritas conciliat ipsa rebus admirationem. ¶ Liberis. Caio & Lucio adoptatis ab augusto. ¶ Mitylenas. ciuitas est insula lesbo: cuius habita est mentio in Iulio cæsare. olim. M. mercellus ille de quo lucanus marcellusq; loquax: Mitylenis exulauit in quo illum exilio beatissime uiuentem se uidisse brutus testatur. ¶ Pretendens. quasi pretextum uelamẽ rumq; preponens. ¶ Commeatum. abeundi potestatem. de commeatu militari supra dictum. ¶ Vitrico: augusto. ¶ Retinentibus: matre liuia & uitrico augusto. ¶ Cibo per quatriduum. quibus inedia mori cõsilium est septimo demum die mortem oppetunt. auctores uarro & gellius. Idem cõsirmat plinius his uerbis. hominũ non ante diem septimum letalis inedia durasse & ultra duodecim plerosq; certum est. ¶ Hostiam. ciuitas est ab anco marcio rege in ora tyberis condita. auctor liuius. ¶ Oram campaniæ. plinius oram fere semper appellat regionem littoralem: apud quem ueluti peculiaris est talis locutio: In ora sunt ciuitates & oppida oræ proxima: quæ uero remota sunt ab ora eleganter in mediterraneo esse dicuntur. ¶ Substitit. commoratus est cohibito itinere. ¶ Maioris spei. tanquam speraret defuncto augusto se imperio successurum.

Vitiũ uxoris tollendum uel ferẽdum.

parit cõ uersatio conceptũ

Inedia letalis

Ora. in mediterrane

¶ M. AN. ¶ Vxoris iuliæ. ¶ Criminari: ne Augustum illius patrem offẽderet quum ea multis alioqui flagraret probris. ¶ Assiduitatis fastidio: quod assidua præsentia fastidium pareret. ¶ Liberis. C. & Lucio Iuliæ filiis quos Augustus optarat. ¶ Vsurpati: obtenti. ¶ Secundi gradus: secundi in re pu. administrãda loci. ¶ Obtrectare: se illis obtrectando obiicere quidam obstare legunt quod non multũ erit diuersum. q. d. ne illorum splendori & incrementis sua phama obstare uideretur. ¶ Prætendens: præ se ferens. ¶ Commeatum missionem ut secedere liceret. ¶ Matri: Liuiæ. ¶ Præcanti: ne abiret. ¶ Vitrico Augusto. ¶ Veniam dedit: obsequi uoluntati aut indulsit. ¶ Abstinuit: ut inedia se conficeret. ¶ Vxore: Iulia. ¶ Filio: druso. ¶ Substitit: cœpta iter tenuit. ¶ Increbescente rumore: phama inualescente.

¶ PHI. ¶ Tantum nõ aduersis. Elocutio est frequens & rata: qua & silius usus est in septimo punicorũ. tantum non strictis mucronibus: ubi illud tñ nõ: nõ tam negare uidetur quã affirmare accipiq; p etiam: ut hic sensus sit etiam aduersis tempestatibus enauigasse rhodon. alii interpretantur quatenus a tẽpestatibus nõ impedirentur. ¶ Amenitate insulæ. Homerus testari uidetur rhodios ab antiquo felices fuisse scribẽs de rhodo: Cara ioui tellus hoium regi atq; deorum. quiq; & opes illi multas effudit & amplas. Cecinit pindarus aurum in insula rhodo pluisse uolens illius loci felicitatẽ significare. refert Strabo urbem rhodiorum tãtum excellere alias urbes: ut nullam ei æqualem nedum prestantiorem preferre possumus. facta ẽ rhodos solis qui rhoduma nomine puellæ quam amabat appellauit. ¶ Modicis edibus. domo magis cõueniente homini priuato: q̃ principi priuignoq; imperatoris. ¶ Laxiore suburbano. prope rhodon ciuitatem parauit sibi tiberius suburbanum hoc est uillã. precipit lex agricolationis: ita in agro edificium esse. ne uilla fundum querat: neue fundus uillam. ¶ Ciuile. instar uitæ priuatæ: græci politicõ dicunt. Cicero in primo officiorum oportet inquit priuatum æquo & pari cum ciuibus iure uiuere talem bonum ciuem dicere solemus. ¶ Sin lictore aut uiatore. Qui sunt ministri publici & presto sunt magistratibus. de lictoribus & uiatoribus supra satis multa. ¶ Gymnasio: gymnasium fuit rhodi multis donis exornatum. apud rhodios memoratu digni extiterunt circa philosophiam & artes liberales panetius appollonius molachus. & andronicus peripateticus: aliiq; complusculi. Quorũ nomina memorat Strabo in .xiiii. gymnasia ut docet Cicero in secũdo de oratore exercitatõis cã a græcis instituta fuerãt. in qb' mox philosophi disserere atq; philosophari ceperũt. a uerbo græco γυμνάζω qd significat exerceo gymnasia dicta: unde & gymnastica appellatur disciplina exercitationis: quam laudat Plato in septimo de legibus. & in timeo. Idem in quinto de re puplica. feminas quoq; iubet exerceri gymnastica. aristoteles quoq; i octauo politicorũ mõet adolescẽtes gymnasticæ tradẽdos eẽ: ut ita fiãt exercitatiores firmioresq;. ¶ Cum græculis. philosophis & sophistis de talibus ait parasitus plautinus tum græci palliati uffar cinati cum libris & cum sportulis. ¶ In disponẽdo die. pythagoricũ preceptum est duorũ temporũ maxime habendam curã mane & uesperi. eorum quæ acturi sumus: & eorũ quæ gesserimus. Consimilis ẽ sniã illa cleobuli unius ex septem sapientibus. anteq̃ domo quis exeat quid acturus sit apud se pertractet. rursus cum redierit quid egerit recogitet. hoc fecerat tiberius. ¶ Visitare. laudatur hadrianus a spartião: q̃ egros bis ac ter in die uisitaret: ac solatiis refoueret. ausonius in panegyrico ad gratianũ sic ait. egrotantes amicos traianus uisere solebat. hactenus in eo comitas predicanda est. tu & uisere solitus & mederi: prebes ministros. lustras cibos: fomẽta dispẽsas: sũptũ adiicis medelæ. ¶ A pximis aliter exceptũ: dixerat tiberius se egrotos omnis quotquot essent rhodi uelle uisitare hoc est singulos in ipsorum domibus officii causa inuisere. qui uerba hæc audierant intellexerunt eum uelle: ut omnes egroti unum in locum cõportarentur tanq̃ illic oẽs simul esset uisitaturus. ¶ Per ualitudinum genera. uerbi causa. podagrici uno loco simul collocabantur. febritantes in alio: phthisici in alio. mos fuit apud babylonios ut languentes in forum deportarentur. qui eos adhibãt siquis & ipse eũdem passus esset morbum consulebant hortabanturq; ad ea remedia usurpanda: quæ ipsi faciendo similem morbum effugissent: aut alium nouissent effugisse. & ut auctor ẽ herodotus in primo historiarum nulli fas est languentes preterire silentio: nisi prius explorauerit quonam morbo laborent. ¶ Perculsus: perturbatus consternatus. ¶ Tenuissimo: ignobilissimo atq; pauperrimo. ¶ Excusans factum: q̃ non sua culpa id factũ esset ut deferrẽtur in unum locum: sed culpa eorum: qui uerba ipsius pperã excepissent. ¶ Circa scholas: Quintilianus & Cicero genus dicẽdi rhodiũ celebrant uelut medium inter atticos & asianos: atq; ex utroq; mixtum neq; enim attice pressi rhodii oratores: neq; asiane sunt redũdantes: eschines eo intulisse fert studia athenarũ q̃ saporem illũ atticũ peregrino miscuerũt.

¶ M. AN. ¶ Tantũ nõ aduersis tẽpestatibus: qtum p uentos & mare licuit. ¶ Ciuile genus uitæ: rem fiorĩs ac pene priuatæ uitæ rõnem inuit. ¶ Lictore a ligando uel ut qdam gellio auctore uoluere a licio quo succinctus eẽt. ¶ Gymnasio exercitatõis loco ἀπὸ τοῦ γυμνοῦ nudi. n. exphilisi i eo exercebat' uel qa τὴν γυμνασίαν exercitationẽ appellãt. ¶ Mutua: officia citro utroq; pstita & accepta. ¶ Disponẽdo die. i. pñtis diei officiis. ¶ Aliter exceptũ: q̃si n̄ domesticati eẽt singulos aditurus sed unũ in locũ delatos suis oculis subiectum iri petiisset perculsus commotus ac cõsternato similis. ¶ Excusans factum: qd non suo id consi

Tantũ nõ

Rhodu felices

Gymnasiũ

Gymnastica

Genus dicendi rhodium

ho accidisset sed illorum potius culpa quia male sibi essent officium interpretati.

antisophistas grauiore iurgio non defuit qui eum interueni entem & quasi studiosiorem patris alterius conuicio incesse ret. Sensim itaq; regressus domum repente cum apparitori bus prodiit: citatumq; pro tribunali uoce præconis conui ciatorem rapi iussit in carcerem. Comperit deinde Iuliā uxo rem ob libidines atq; adulteria damnatam: repudiūq; ei suo nomine ex auctoritate Augusti remissum: & q̄q̄ lætus nun cio tamen officii duxit quantum in se esset exorare filiæ pa trem frequentibus litteris: & uel utrunq; meritæ quicquid unq̄ dono dedisset concedere. Transacto autem tribunitiæ potestatis tempore confessus tandem nihil aliud secessu de uitasse se quam æmulationis cum. C. Lucioq; suspicionē: pe tiit ut sibi securo iam ab hac parte corroboratis his: & secun dum locum facile tutantibus permitteretur reuisere necessi tudines: quarum desiderio teneretur: sed neq; impetrauit: ul troq; etiam admonitus est dimittere omnem curam suorū: quos tam cupide reliquisset.

Item de gestis apud rhodum.

Remansit ergo rhodi contra uolūtatem uix per ma trem consecutus: ut ad uelādam ignominiam qua si legatus ab augusto abesset: enimuero tūc nō pri uatum modo sed etiā obnoxium & trepidum egit mediter raneis agris abditus: uitansq; præter nauigantiū officia: qui bus frequentabatur assidue nemine cum imperio: aut magi stratu tendente quoq̄ quin diuerteret rhodum: & accesse runt maioris sollicitudinis causæ. Nanque priuignum Ca ium orienti præpositum: quum uisendi gratia traiecisset Samum: alieniorem sibi sensit ex criminationibus Mar

Sophisticæ

¶PH. ¶Antisophistis. sophistæ ut docet plato i prothagora aliisq; pluribus in locis sunt rhetores: qui ueluti uenatores parati sunt ad capiendos iuuenum aios sophistica disciplina: quam uenalē per urbes circunferunt: uerbo demonstrantes se oratoriæ & ciuilis disciplinæ esse ꝓfessores cum re uera sint corruptores. De sophistis sic iquit aristoteles libro decimo ethicorū. sciētiam gubernandarum rerū publicarum sophistæ profitentur: quorum nullus rem pugerit. boetius sophisticam interpretat' cauillatoriam. altinous platoicus sophistam distinguit a philosopho eo ꝙ sophista potius existimari uelit. quam esse honestus & bonus: & quod mercedem iuuenum recipiat. Suidas multa docte conscribit de multiplici sophistæ significatione. & ꝙ ē rhetor mercenarius & significat deceptorem. antisophistas appellat tranquillus inter se compugnantes concertantesq; sophistas. Antisophistas fuisse declamatores docet Quintilianus in. xi. ostendens ineptissimum esse discursare & satagere i actione. sic enim ait in undecimo. urbane flauius uirginius interrogauit de quodam suo antisophista: quot milia passuum declamasset. orbilius beneuentanus fuit naturæ acerbæ in antisophistas: quos omni sermone

Sophistica cauillatoria

lacerauit. nomen compositum ex [illegible] i quod est contra: & σοφιστής. ¶Incesseret: uerbo usus est significatissimo. Gellius: incessit quempiam Tantus philosophus seuera atq; uehementi obiurgatione. ¶Cum apparitoribus. tanq̄ magistratu & tribunitia potestate preditus: sunt enim apparitores ministri qui apparēt hoc est presto sunt magistratibus: de quibus dictum iam est. ¶Conuiciatorem. eum scilicet antisophistā: q conuitio & maledictis ipsum fuerat insectatus. ¶Repudium remissum. In repudiis idest in renunciationibus matrimonii comprobata sunt hæc uerba Res tuas tibi habeto: tuas res tibi agito. ¶Officii duxit. existimauit pertinere ut dici solet ad officium suum. ¶Exorare: oramus facilia exoramus difficilia. orare ē rogantis exorare impetrantis. ¶Vtcunq; meritæ. etiam pessime meritæ. ¶Filiæ: Iuliæ uxori suæ. ¶Patrē. augustum. ¶Secessu. illo scilicet rhodiensi. ¶Emulationis. hoc nomen & in laude & in uitio est ut ait Cicero. hic in uitio accipitur. ¶Reuisere. hoc est romam reuerti ad reuiscendos suos necessarios. hoc enim significat necessitudines. ¶Admonitus. scilicet ab augusto. ¶Non priuatum modo egit. Honesta elocutio ē agere priuatū agere amicū agere patrē familias. Tiberius n̄ solū rhodi se priuatum prestitit sed ēt obnoxiū hoc est mancipatum: & seruili pene conditione. nam obnoxius interdum libero opponitur. ut apud liuiū

Apparitores

obseruauimus sic scribentē: si reticeā aut superbus aut obnoxius uidear: quorum alterū est hoīs alienæ libertatis obliti: alterū suæ apud eūdem obnoxie dicere sniam accipit' pro seruiliter: qd significet obnoxius & obnoxie docet gellius li. vii. ¶Abditus. delitescēs. ¶Priuignū supra diximus caiū nepotē ab augusto adoriētem missum fuisse: ubi ex uulnere periit. erat āt hic priuignus tiberii utpote genitus ex iulia: q post obitū agrippæ nupserat tiberio. ¶In mediterraneis. iam dictū est mediterraneæ & loca mediterranea dici remota ab ora & littore quasi in medio terræ collocata. ¶Quoquā in aliquā prouinciā. ¶Samum. insulā unā ex duodecim ioniæ ciuitatibus quā cōdidit tymbron & deinde patrocles ut docet Strabo in. xiii. parthenias prius dicebat' adeo feracitate precellens ut prouerbiū illud samo accōmodaretur: ꝙ ferret lac gallinaceum.

Obnoxie sniam dicere.

lac gallinaceum samo

¶MAN. ¶Antisophistas: rhetoris sapiētes se obscuris qstiōib' icessētes. ¶Cū apparitorib' ministris. ¶Cō

ticiatorē q se cōtitio incesserat. ¶ Repudii:remissū cōperit subaudi. ¶ Suo: noīe q ipsius absentis nomie augusti iussu iuliæ adulterii dānatæ repudiū denūciaret. ¶ Officii dixit: ad se attinere. ¶ Exorate pſem filiæ exoratū:& placabiliorē reddere. ¶ Vel concedere: pmittere eā habere q̄ a patre qñq; dono accepisset: nā oēm delicatio illi cultū ab illo ademptū dixerat. ¶ Seruo nihil: amplius sollicito. ¶ Secundū locum: secundas dignitatis partes. ¶ Necessitudines: necessarios ipsos. ¶ Ignominiā: ignominiosā relegationem. ¶ Per matrem: matris intercessionē. ¶ Cōsecutus: īpetrauit. ¶ Ad uelandā: tegendam. ¶ Obnoxiū: egit periculo & incuriæ subiectum. ¶ Mediteraneis: non maritimis sed a littore remotioribus. ¶ Priuignum: caium iuliæ & agrippæ filium. ¶ Traiecisset: Tyberius. ¶ Samum: insulam in ioniæ ora perthenia olim dictam ut Plinius tradit.

ci Lolii comitis & rectoris eius. Venit etiam in suspicionem per quosdā beneficii sui centuriones a commeatu castra repetentes mandata ad cōplures dedisse ambigua:& quæ tentare singulorū animos ad nouas res uiderent:de qua suspitione certior ab Augusto factus nō cessauit efflagitare aliquē cuiuslibet ordinis custode factis atq; dictis suis.

De eodem & reditu ad urbem.

Equi quoq; & armorū solitas exercitationes omisit redegitq; se deposito primo habitu ad pallium & crepidas:atq; in tali statu biennio fere permāsit cōtemptior indies & inuisior:adeo ut imagines eius & statuas nemausēses subuerterit:ac familiari quodā cōuiuio mētione eius orta extiterit:qui Caio polliceret: confestim se si iuberet rhodum nauigaturum:caputq; exulis (sic enim appellabatur) relaturum:quo præcipue non iam metu:sed discrimine coactus est tam suis q̄ matris impensissimis præcibus reditum expostulare:impetrauitq; adiutus aliquantū etiam casu:destinatum Augusto erat nihil super ea re nisi ex uoluntate maioris filii statueret. Is forte tunc, M. Lolio offensior facilis exorabilisq; in uitricum fuit:permittente ergo Caio reuocatus est:uerum sub conditione ne quam partem curæue reipublicæ attingeret.

¶ PHI. ¶ M. Lolii. hic est. M. lolius pater loliæ paulinæ:quæ fuit Caii principis coniunx:qui rapinis & auaritia offendit ut solinus inqt Caiū cæsarē Augusti filiū:īterdictaq; amicitia principis uenēo iterit. ¶ Bñficii sui centuriōes. Bñficiarios significat:nāq; bñficiarii elegāti uocabulo a ueterib⁹ dicti sunt illi:quos īpator suo bñficio pmouisset i militia. Cæsar cōmentario primo belli ciuilis Petreius uero non deserit sese: armat⁹ familiam: cū hac prætoria cohorte certamen barbarisq; equitibus paucis beneficiatus suis. Vegetius quoq; libro secundo meminit beneficiariorum. ¶ A cōmeatu. post spaciū cōmeatus militaris impetratum ab imperatore. modestinus refert si ad diem cōmeatus quis non ueniat perinde crimē statuendum esse: ac si emāsisset uel deseruisset militiam. officiū autē regentis exercitum est raro cōmeatum dare. Nam ut inquit paulus iurisconsultus: qui cōmeatus spacium excessit emāsoris uel desertoris loco habendus ē. dicit̄ āt a cōmeatu ea formula:qua a partu a coitu a tergo. in qua elocutione hæc particula. A. accipitur pro post. ¶ Ambigua. perplexa & quorsum tenderent dubiosa. ¶ Cuiuslibet ordinis ēt infimi & sordidi. ¶ Custodem factis. qui singula eius facta dictaq; obseruaret & solerter custodiret. Ita olim philippus rex macedonū filio demetrio custodem apposuit:qui illum dissimulanter asseruaret. ¶ Ad palium & crepidas. sensus est tiberius deposuit togam:qui erat habitus patrius:& induit palium ac crepidas. qui est habitus græcorū & eorum maxime:qui philosophant. Liuius scribit scipionem fuisse sermone maleuolorū pulsatum:q; cū palio crepidisq; inambularet in gymnasio. Libellis ēt palestræq; operam daret. olim herodes atticus quendam barbatū palliatumq; qui ex eo habitu philosophus uideri uolebat ita taxauit. uideo inquit barbam & pallium philosophū nondum uideo. Crepidas āt & crepidulas calciamēta esse tradit Gellius: quas romani soleas uocant. Cicero Galligas appellauit sic scribens in secunda antonianarū. Cū gallicis & lacerna cucurristi. eius calciamētis sutores crepidarios dixerūt. sempronius asellio: crepidarius inquit cultellū requirit a crepidario sutore. marcianus. crepidas peragrandæ telluris cātatrix infatigata gestabat. ¶ Contēptior: neglectior:& despicatior. ¶ In dies. quotidie magis. ¶ Nemausenses. populi sunt galliæ narbonensis. auctores plinius & ptolomeus. laus p̄cipua olim fuit caseo nemausensi:ut ait idem plinius in. xi. ¶ Caput exulis. ipsius tiberii. ¶ Matris: liuiæ. ¶ Maioris filii. s. caii:quē ex iulia nepotē sibi augustus adoptauerat filiūq; eratq; lucio maior natu. cām offensæ inter. M. loliū & caiū declarat solinus his uerbis. M. lolius loliæ paulinæ pater spoliatis oriētis regionib⁹ offendit Caiū cæsarē augusti filiū:interdictaq; amicitia principis ueneno iterit. Idem tradit̄ a plinio li. viiii. naturalis historiæ. ¶ Vitricū. tiberiū. diximus. n. iuliā matrem caii post obitū agrippæ nupsisse tiberio.

¶ M. AN. ¶ M. Lolii: huic postea īfamato īterdicta ē Caii amicitia qa ignominiā offensus uenenū hausit: Plinius hoc fuit qt̄e. M. Lolius īfamatus regnū muneribus ī toto oriēte interdicta amicitia a Caio Cæsare Augusti filio uenenū bibit. ¶ Bñficii sui cēturiōes: quos ipe ad eā dignitatē pmouerat quū exercitibus pfuit. ¶ A cōmeatu: quū ex urbe ī castra redirēt Cicero ut ad diē cōmeat⁹ adesset. ¶ Ad cōplures: amicorū: q̄ ca-

Bñficiarii

A cōmeatu

Palliū & crepidæ

Crepidari⁹

Caseus nemausensis.

stris essent. ¶ Ambigua mandata: q̄ quorsū tenderēt haud recte intelligi posset. ¶ Ad nouas res: ad nouarum rerum motum. ¶ Ab augusto: augusti litis. ¶ Cuiuslibet ordinis: q. d. æquo aīo ferā uel ab humillimo quoq; obseruari. ¶ Pattio hitu: romano. ¶ Ad palliū & crepidas: quæ græcoꝝ sūt gellius crepidas calciamēti ait esse genus ac græcoꝝ peculiare pſius nō hic q̄ in crepidas græcoꝝ ludere gestit. ¶ Nemausense: sic legendum cōtenderim nō remausenses ut plæraq; exēplaria hūt est nem ausus narbonēsis galliæ oppidū arecomistoꝝ metropolis ad cētū stadia ut strabo ait a rhodano distās. ¶ Caio priuigno. ¶ Casu bona: a pssus fortuna: quia a M. Lolio q Tyberio aduersabat iam alienatus erat. ¶ Maioris filii Caii q maior natu erat lucio ¶ Offensior ab ea. s. q̄ ex Plinii uerbis pximo loco recitauimus. ¶ In uitricum: Tyberium ¶ Cōditiōe. ab augusto an a priuigno an ab utroq; potius nō dicit. ¶ Predictiōibus: diuinationibus oraculis. ¶ Omnibus augūriis. ¶ Incubanti: fouēti. ¶ Subductū. subtractum ad ptum. pl. q d uersimilius est modo Liuiam nō nutricem uicissim eū fouisse refert. ¶ Insigniter cristatus insigni crista preditus. ¶ Sine regio insigni: siue diademate a cuius usu ro. īperatores abstinere ob regū nomē romanæ ciuitati inuisū. ¶ Ignota Cæsa. ptate imperandi ratione successione q; Cæsaꝝ non dum nota. ¶ Vitricum legionū: ac legionum intellige quæ prospere aduersus brutum & cassium in philippis pugnarant.

¶ PHI. ¶ Ostentis. ostenta dicitam in bonis q̄ i malis rebus claꝝ est: ab eo quod ostendunt futura tam bona q̄ mala. ostentum labeo iurisconsultus diffinit esse contra naturam cuiusq; rei genitum factumque. Sed augustinus elegāter docet portenta & ostenta & id genus alia non fieri contra naturam: sed cōtra quam est nobis nota natura. ¶ Prædictionibus. p p illa quæ prædixerāt mathematici de futura felicitate tiberii. ¶ Incubāti gallinæ. plinius in decimo & columella in nono de incubatione gallinaꝝ multa scripserunt oua incubari infra decem dies utilissimum. uetera aut recētiora sunt infecunda. ¶ Vsque eo fouit. De hoc plinius scribit in decimo. liuia augusta prima sua

Ostentum

De præsagiis futuri principatus eius.

¶ PHI. ¶ Prætoriani. hi erant milites honoratiores: q Romæ ut inferius declarabit habebãt castra: q pretoria dicebant. a ptoriano olim exercitu otho factus ẽ imperator. ¶ Quidã. s. militũ. ¶ Principẽ detractabant. Tiberiũ recusabãt. ¶ A se. s. mil. tib⁹. ¶ Germanicũ obfirmitate resistentẽ. de hac re alibi sic scribit tranqllus. germanicus excessu augusti nũciato legiões uniuersis imperatorẽ Tiberiũ pertinacissime recusantes & sibi summam rei pu. deferentes incertũ cõstantia an pietate maiore cõpescuit. ¶ Casum. periculũ ne germanico demandaretur imperiũ ipso exturbato explosoq;. ¶ Nisi cũ altero. talis ẽ illa homerica suia maior duobus aĩ prestantia est: plusq; alacritatis consiliiq; adest quia alius aliud excogitat. atqui solus est sibi ipsi plerũq; diffidit: & apud diffidentiã suã cõsilii põdus intercedit. ¶ Operiret. expectaret. ¶ Clementẽ. agrippæ seruũ: qui ut dudũ dixit: cõparauerat armatos in ultionẽ dñi interẽpti. ¶ Libonem. qui res nouas clã moliebat'. ¶ Pro secespita. secespitã auctores cultrũ ferreum uocauerunt oblungũ manubrio eburneo. rotũdo: quo flamines: flaminicæ uirgines: pontificesq; ad sacrificia utebãtur. dicta autẽ est secespita a secando. libũ quoq; qd in sacrificio secespita secat' seciũ dici uoluerunt. Tiberius loco secespitæ plũbeũ cultrũ ideo subiici curauit sacrificanti liboni: ne ab eo p simulationem sacrificii uiolari posset. plumbeus. n. culter obtusior ẽ habet q̃ ciẽ hebetiorẽ. ¶ Secretũ petenti. liboni colloquiũ cum Tiberio secretũ postulanti. ¶ Dextram obambulãtis. timẽs Tiberius ne inter colloquendũ ambulandũq; ferret' a libone: illius dextrã dissimulanter cõtinebat: tanq̃ illi uideret' icumbere & inniti. obambulare. ppriẽ ẽ aduersum alios ambulare & quasi ambulanti se opponere: hic obambulantis simpliciter accipit' pro una iunctimq; ambulantis. Ouidius de polyphemo dixit Nocturnus obambulat. pro eo qd est ultro citroq; ambulando discursat prisci obuaricatorẽ eleganti uocabulo dixere illũ qui cuipiam occurrebat: quo minus is rectũ iter conficeret. ¶ Ciuilẽ egit: præstitit se non tanquã principẽ sed tanquã ciuem ac ueluti priuatum: quẽ græci politicon' dicunt. ¶ Plebeis circensibus. plebei ludi dicti sunt: quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt aut pro reconciliatione plebis cũ patribus: post secessionẽ in auentinũ. auctor pedianus asconius. fiebant hi ludi mense nouembri: quo natus est Tiberius: quod insinuat Cicero in secunda uerrinarum cum dicit. secundum ludos plebeios aut nulli aut pauci dies ad agendum futuri sunt.

Secespita

Secium

Obambulare

Obuaricator.

Plebeii ludi

¶ M. AN. ¶ Detrectabant. recusabant. ¶ Sũma ui. sũma contentione perurgebant degrauabant sollicitum reddebant. ¶ Tuendas: de fendẽdas. ¶ Præsidio: obtenẽdas. ¶ Cum altero: cũ collega uno. ¶ Valitudinẽ aduersam subaudi. ¶ Nouitate: noua. ¶ Imperii: administratiõe. ¶ Secundo demũ anno: qd antea ñ ausus erat facere. ¶ Medio tantũ tpis: dũ ob impii nouitatẽ coarguere nõ ẽ ausus. ¶ Sacrificãti liboni. ¶ Pro secespita. secespitã ut festus docet alii securi alii dolabrã eneã aliq culrellum putãt uerũ culter erat ferreus oblongus Manubrio eburneo uĩcto ad capulũ argẽto auroq; fixo clauis eneis quo flamĩes pontificesq; ad sacrificiũ utebantur dictaq; est secespita a secundo. ¶ Secretum: secretiorem congressum. ¶ Ciuilem: ut priuatum ciuem & in ordinem redactum. ¶ Honoribus: publico decreto delatis. ¶ Plebeiis circẽsibus sic ualerius plebeis inquit ludis quidam pater familias & continuo in eodem capite presultorem ludis circensibus quum

de eisdem interim ludis loqueretur: sed quid de ludorum uarietate liuius & Dionysius senserint alio loco diximus. ¶ Interciperetur eodem tēpore quo ludi ipsi ipsius natalis celebrarent.

unius bigæ adiectione honorari passus ē. Templa: flamines: sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas atq; imagies nisi permittente se poni: permisitq; ea sola conditione ne intra simulachra deorum: sed intra ornamenta ædium ponerētur. Intercessit & quo minus ī acta sua iuraret̄: & ne mēsis september Tiberius: October Liuius uocarentur: prænomen quoq; īperatoris: cognomen quoq; patris patriæ. Ciuicam in uestibulo coronam recusauit: ac ne Augusti quidē nomē quāq̄ hæreditarium ullis nisi ad reges ac dinastas epistolis addidit: nec amplius q̄ omnino tres cōsulatus unū paucis diebus: alterum tribus mēsibus: tertiū absens usq; in idus maias gessit.

De adulationibus per eū spretis: & prohibitis.

Adulatiōes adeo auersatus ē: ut neminē senatorum aut officii aut negocii cā ad lecticā suā admiserit. Cōsularē uero satisfacientē sibi ac p genua orare conātē ita suffugerit: ut caderet supinus: atq; ētsiqd in sermone uel i cō

Bigæ

¶ PHI. ¶ Unius bigæ: grāmatici bigas plurimo numero dici debere contendunt: quoniam multitudinis numero tenētur. nam sicut quatuor equi iuncti quadrigas faciunt: ita iunctos duos equos bigas uocamus. auctoritas tamen ueterum: quæ pro ratione habenda est: bigam singulo numero dicit: sicut & quadrigam. plinius in summo mausoleo est quadriga marmorea: quā fecit pythis. Papinius in thebaide. Rorifera gelida tenuauerat aera biga. bigas primum iunxit phrygum natio quadrigas ericthonius. eadem quoq; formula

Biga

trigam dici tres equos simul iunctos docent iurisconsulti libro. xxi. digestorum sic scribētes ad edictum editium. simili modo & si triga uenierit retinenda erit tota: & si quadriga redhibeatur. a triga trigarium deriuatur & ac

Triga

Trigariū

cipitur pro curruli certamine trigarum. corrigenda est mendosa dictio in calce opis pliniani: nam ubi trigaris legendū est tricariis passim fuit impressum. uerba pliniana hæc sunt. Ne equos quidem in tricariis præferri ullis uernaculis animaduerto. sensus est cū circēses agūtur curruli certamine bigarū & quadrigarum: hunc solū sibi tiberius honorem exhiberi uoluit in ludis: ut ad celebrandum diē suum natalē adiceretur pristino nūero currū biga una nois sui cā. ¶ Flamies. singulis dis singuli flamies erāt assignati: ut dialis martialis & quirinalis: sed de flam' e latissime explicatū ē in Iulio Cæsare. ¶ Statuas & imagines: hæc duo dispa rauit tanq̄ diuersa. sicut historici fecerunt. statuæ. n. sunt æneæ & lapideæ: imagines ceræ & pictæ. ¶ Ne intra simulachra. noluit tiberius statuas suas collocari inter simulachra deorum: ne dis immortalibus æquari uideretur. sed tm̄ modo collocari eas uoluit ut essent templis ornamento: sicuti multa simulachra ad ornatum tm̄ in templis ponuntur. ¶ Ne mensis tiberius. noluit a suo noie menses appellari: sicut a Iulio Cæsare & ab augusto dicti sunt duo menses iunctim locati. Iulius & Augustus. ¶ October liuius: uel a matre liuia uel ppter gentem liuiam: nā maternum tiberio genus. ¶ Prenomen imperatoris. e contrario iulius Cæsar imperatoris prenomen. inter cætera ornamēta recepit. ¶ Ciuicā in uestibulo: de corona ciuica affatim dictum est in iulio Cæsare. illud in presentia addendū: quod ciuica corona facta ē insigne clarissimū clementiæ imperatorū. & olim augustus ciuicā accepit ab humano genere. hancq; in uestibulo ædiū palatinarū poni solitā: quæ laurū añ limina excubantē spectabat: docet ouidius sic scribēs. postibus augustis eadē fidissima custos añ fores stabis mediāq; tuebere quercū. Idē in. iii. fastorum: state palatinæ laurus prætextaq; quercus stet domus. eternos tres hēt una deos. quercū. n. utrobiq; posuit ouidius p corona ciuica: q̄ erat quernea q̄ clementiæ impatorū dicata in uestibulo figebat' una cū lauro: q̄ ob id a plinio dicitur ianitrix Cæsarū pontificūq; & domos exornat & añ limina excubat. hāc ciuicā coronā sibi in uestibulo poni recusauit tyberius: dū pberi se ciuilē & pene priuatū: sicut Cæsari Augusto fuerat posita. ¶ Quāquā hereditariū: qui scribit' heres in testamēto in nomē testatoris recipit' sicut de pōponio attico dictū est: q appellatus ē cecilius testamēto cecilii heres factus. ¶ Dynastas: græci dynastas uocant dominos & potentes: & dynastiā uim & principatū. auctor est strabo reges dynastas uocari: ppterea quod plurimū possint pollentq; & populos quo uelint aut ui aut psuasiōe pducāt. scribit Cæsar pōpeium magnam pecuniā exegisse a regibus oib' & dynastis & tetrarchis. Cicero in epistolis ad atticū. erit nebulo iste cū istis dynastis in gratia. ¶ Ad lecticā: qn̄ in lectica gestabatur. ¶ Satisfacientem: satisfacere est tm̄ facere quantum satis sit irato ad uindictam. ¶ Per genua orare. supra dictum genua misericordiæ esse consecrata: q̄ supplices attingunt: & ut aras adorant. ¶ Suffugerit: retro fugerit nolens a uiro consulari adorari per genua. ¶ Caderet. s. Tiberius.

Ciuica lipe rtorum

Locus ouidii

Laurus ianitrix cæsarum

Dynastia

Dynasta

¶ M. AN. ¶ Unius bigæ adiectione: Focas in a e ut excubiæ it. qt manubie primitiæ ita bigæ trigæ & quadrigæ multitudinis tantū numero inflectunt' tranqllus tamen unius dixit: sensus est una tantū biga ob eius natalē ultra præscriptū est adhibita: sed per bigā cursum unū bigarum non absurde intelligas. ¶ Intra simulachra deorum non in sacris edibus. ¶ In acta sua iuraretur: ne senatus populus ue se iuramento obligaret fore ut ipsius acta inuiolata esset seruaturus. ¶ Tyberius a suo noie. ¶ Liuius a liuia matre. ¶ Ciuicam: coronam plinius hinc ciuicæ coronæ militū uirtutis insigne clarissimū iā pridē uero & clementiæ imperatorum postq̄ ciuilium bellorū pphanatiōe meritū cœpit uideri ciuē non occidere. ¶ Dunastas: officii nomen quū

alioquin Χύριος nõ dominum significet regno potentem. ¶ Satisfacientem: ueniam petentem. ¶ Ita suffugerit: se se illi subtraxerit. ¶ Caderet supinus: tyberius scilicet.

tinua oratione blãdius de se diceretur: nõ dubitaret interpellare ac repræhẽdere: & cõmutare cõtinuo. Dominus appellatus a quodã denũciauit: ne se amplius cõtumeliæ cã nominaret. Alium dicentẽ sacras eius occupationes: & rursus alium auctore eo senatum se adiisse: uerba mutare: & pro auctore suasorem: pro sacris laboriosas dicere coegit.

De patiẽtia eius aduersus conuicia & maledicta.

Sed aduersus conuicia: malosq; rumores: & famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens: subinde iactabat in ciuitate libera linguã mẽtemq; liberas esse debere. Et quõdam senatu cognitionẽ de eiusmodi criminibus ac reis flagitante: non tantũ iquit ocii habemus: ut implicare nos pluribus negociis debeamus: si hanc fenestrã aperueritis nihil aliud agi sinetis: omniũ inimicitiæ hoc ptextu ad uos deferentur. Extat & sermo eius in senatu perciuilis. Siquidẽ locutus aliter fuerit: dabo operã: ut rationẽ factorum meorũ dictorumq; reddam: si perseuerauerit inuicem eum odero.

De ueneratione eius ad senatum.

At q; hæc eo notabiliora erant qd ipse i appellandis uenerãdisq; singulis & uniuersis prope excesserat humanitatis modũ dissentiẽs in curia a Qu. Haterio agnoscas inqt: rogo: siquid aduersus te liberius sicut senator dixero. Et deinde oẽs alloquẽs dixit nũc & sæpe alias. P. C. bonũ & salutarẽ principẽ quem uos tanta & tã libera potestate instruxistis senatui seruire debere: & uniuersis ciuib' sæpe & plærunq; etiam singulis: neq; dixisse me pœnitet: & bonos & æquos & fauentes uos habui dominos: & adhuc habeo.

Item de eodem & de pristina auctoritate senatus per eum seruata.

Quin etiã speciẽ libertatis quãdã iduxit cõseruatis se

¶ PHI. ¶ Blandius: quasi p assentationem adulationemq; q mala in aulis principum dominãtur. ¶ Interpellare: interrumpere orationem illius: qui de se blandius loqueretur. ¶ Contumeliæ causa: tanq̃ dñi nomẽ cõtumeliosum foret. in hoc imitatus est augusti: qui domini appellatiõem ut maledictum semper exhorruit. ¶ Pro auctore suasorem. auctor dicitur ille: cuius auctoritate aliquid sancitur & talis in ueneratiõe est. huius. sic ratum esset si patres auctores fierent. idẽ frequenter ait. populus iussit. p̄res auctores facti sũt. Auctor

for ẽ lõge uero auctor e maior tã q̃ consiliarius. unde tiberius ut se ciuilem ac pene priuatum præstaret non auctor sed suasor dici uoluit: nec occupationes suas sacras appellari tanq̃ imperatoris & dei: sed laboriosas tanq̃ ciuis & priuati. ¶ Subinde: frequenter. ¶ Linguam mentemq; liberas. ut unusqui'q; libere loq posset ad quod aio mẽteq; sentiret. mens quidem adeo libera ẽ: ut etiam in seruo nõ sit addicta seruituti. sed sæpe linguæ libertas suo nocet auctori. mortifera. n. hoies interdum loquunt: ut ait plinius in. xiiii. redituras q; per iugulũ uoces non continẽt: multis ita interemptis: uolũtates uero ut dicebat cato censorius neq; legibus neq; pœnis sũt obnoxiæ. ¶ De eiusmodi criminib'. malis rumoribus conuiciis atq; auctoribus famosorũ carminũ. ¶ Si hanc fenestrã: de latebus. hanc uiã: hunc aditũ. prouerbia

Mens libera.

lis locutio est q̃ ex illo terentiano ducta uidet: hui quantã fenestram ad neqtiam patefeceris. ¶ Hoc pretextu. sub hoc uelamẽto conuitiorum & famosorum carminum. ¶ Deferent. quando inimicus ulcisci uolet inimicũ criminabitur eum detraxisse pricipi. ¶ Si perseuerauerit. hoc dicebat tiberius de obloquutore & osore sui nominis se odio illum habiturum si in odio & ipse perseuerauerit. ¶ A quinto aterio. fortassis hic est ille quintus aterius: qui dictus est ingenium habere in numerato: ut sine monitore tacere non posset. de quo egregie Cæsar Augustus. aterius noster sufflaminandus est. de hoc hieronymus & seneca non pauca. ¶ Sicut senator. mira tiberii ciuilitas: qui se senatorem dicit non imperatorem. ¶ Tam libera potestate. quam libera & legibus soluta est potestas imperatoria. ¶ Vos habui dominos. i. hoc tiberius excedit humanitas modum: dum habere se dicit dominos senatores: quibus paulo post tanquam seruis ipse tanquam dominus dominari cepit. ¶ Et adhuc habeo. tanquam in posterum habiturus sit perinde ac togata mancipia.

Aterius

¶ M. AN. ¶ Commutaret: ut suaserem pro auctore laboriosas pro sacris dicere coegisset. ¶ Conuicia: probrosa uerba. ¶ Iactabat: identidem dicebat. ¶ Non tantum ocii habemus: a publicis curis. ¶ Si hanc fenestram: hunc ad calumniam aditum. ¶ Omnium inimicitiæ: ut alii alios qui inter se inimici sint deferant. ¶ Qu. aterio: fuit is promptus & popularis orator ut Eusebi' scribit. ¶ Sicut senator: quẽ dicere oportet q̃ sentiat ad rem pu. pertinere. ¶ Habui dominos & habeo aperta confessione se in ordinem redegit.

natui: ac magistratibus & maiestate pristina & ptate: neq; tā paruū quicq̄: neq; magnū publici priuatiq; negocii fuit: de quo nō ad. P. C. referret. De uectigalib⁹ ac monopoliis: de instruendis reficiendisue operibus: etiā de legēdo uel auctorādo milite: ac legionū & auxilioꝝ descriptiōe: deniq; qbus imperiū ꝓrogari: aut extraordinaria bella mādari: qd & quā formā legū lr̄is rescribi placeret: præfectū alæ de ui & rapinis reoꝝ cām in senatu dicere coegit. Nunq̄ curiā nisi solus istrauit. lectica quōdā itro latus æger comites a se remouit.

De patiētia eius cōtra obtrectatores.

Quadā aduersus sniam suā decerni ne q̄stus quidē ē: negāte eo destiatos magr̄atibus adesse oportere: ut p̄ntes honori acqescerēt. ꝑtor designatus liberā legationē ipetrauit. Iteꝝ cēsente ut trebianis legatā i op⁹ noui theatri pecuniā ad munitionē uiæ trāsferre concederet: optinere nō potuit: qn rata uolūtas legatoris eēt. Quū senatuscōsultū p discessionē forte fieret trāseuntē eū in alterā ptē

Monopolia

¶ PHI. ¶ De monopoliis. legimus apud iustinianū monopolia non esse intromittenda: quoniam non ad cōmodi rei pu. sed ad labē detrimentaq; pertinent. dicimus. n. monopolia quando unus mercis in ciuitate uendendæ solus ius habet. de monopoliis hæc plinius. magnū fraus & ibi lucꝝ monopoliū iuenit: de nulla re crebrioribus senatusconsultis: nulloq; nō principe adito q̄rimoniis ꝓuincialibus.

Auctorat' miles

¶ Auctorādo milite. auctorat' miles qñ auctoramēto obligat' scribit'q; in militiā: sicut exauctorari dr̄ qñ dimittit' a militia & isignib' militaribus exuit'. ¶ Legionū & auxilioꝝ. iā dictū ē legiōes dici militū rōanoꝝ: auxilia exteroꝝ: q̄ seruabat' illa apd' romāos cautio ne maior numerus esset auxiliarioꝝ q̄ legionarioꝝ. ¶ Prorogari. augeri noua rogatione

Præfecti alarum

¶ Præfectū alæ. sæpius annotauimus præfectos alaꝝ dici eos. q presunt equitibus alaris. alæ aūt exercitus sunt equitum ordines ab eo dictæ: quod circum legiones dextra sinistraq; tanq̄ alæ in auium corporibus collocabantur: cognitio de causa prefecti q reus erat ad impatorē iudices ue militares spectabat. uoluit tamē Tiberius ut in senatu ageretur: & ita doceret quantū auctoritatis ab initio principatus detulerit ordini sēatorio. ¶ Nisi solus. contra uitupatur antonius: quod curiam Romanam itibereis & armatis satellitibus intraret: sederentq; machetophori in sedilibus senatoꝝ. specimē boni principis ē cum solus incedit sine stipatoribus cū solus intrat curiā. ¶ Aduersus sniam suā decerni. scribit tertulianus in apologetico tiberiū olim detulisse ad senatū de christo cōsecrādo cū ꝓrogatiua suffragii sui. senatū qa nō ꝓbauerat respuisse & aduersus sniam tiberii ne deus cōsecraret' effecisse. ¶ Abesse oportere. tiberi' asserebat eos: q eēnt designati magr̄atus & electi ad magistratū ieūdū: nō oportere abesse ab urbe romana: ut ita p̄ntes honori hoc est magr̄atui cōcesso acqescerēt. tñ cōtra tiberii uolūtatē. q erat ꝑtor designatus obtinuit i senatu ut abesse posset ipetrata libera legatiōe. ¶ Liberā legationē. libera legatio dari solet: qñ q̄spiā solo legati noīe ueluti ornamēto decoratus ab urbe discedit nō magis in hac ꝓuincia quā i illa fungēs officio legati. Cicero ī orōne p flacco scribit legatiōes liberas multos sepe uiros bonos sumpsisse cā exigēdi: opinat' idē. M. Tulli' q liberæ legatiōes hēant diffinitū tps: ex lege iulia. Idē ad atticū scribēs a Cæsare inqt ualde liberaliter inuitor in legationē illā sibi ut sim legatus. Atq; libera legatio uoti cā datur. idem i prima antonianaꝝ refert se habuisse liberæ ius legationis. Plutarchus i gracchis refert senatū scipioni nasicæ liberā legationē in asia decreuisse. cū ob mortē Tiberii gracchi: cuius auctor fuerat ipse nasica: uideret plebē aduersus illū male aīatam & iā de uidicta cogitātem. legatiōis liberæ meminit ēt brutus ī epistolis.

Libera legatio

¶ Trebianis. i latio sūt trebulani populi cognomine balimēses: ubi laudatissimus caseus cōficiebatur: de qbus ait epigrāmatarius poeta. trebula nos genuit cōmēdat gr̄a duplex siue leui flāma siue domamur aqua. ꝓpe trebulanos sūt & alii populi noīe trebiani auctore plinio lib. iii. na. historiæ. de qbus loqtur. trāqllus. fuerūt alteri quoq; trebulani in sabinis cognomine mutuesci.

Trebulani

¶ Rata uolūtas legatoris. legator est q in testamēto pecuniā legat. legatarius cui legata est. sensus ē legator legauerat trebianis pecuniā hac cōditiōe: ut ea pecunia nouū theatꝝ extruerēt. cēsebat tiberius eā pecuniā ad uiā muniendā esse transferēdā: tanq̄ ea foret utilior ipensa: sed obtinere nō potuit. & ita rata stabilisq; māsit uolūtas legatoris.

Legator Legatari'

¶ S. C. p discessionē. marcus uarro i epistola ad opianū scripta senatuscōsultū fieri duobus modis tradit: aut p discessionē si cōsentiretur: aut si res dubia esset p singuloꝝ snias exq̄sitas. sed atrei' capito affirmat & tubero dicebat nullū senatuscōsultū fieri posse nō discessiōe facta: qa in oībus senatuscōsultis ēt i his q̄ p relationē fierēt discessio eēt necessaria. Est aūt discessio qñ pedib' discedit i sniam ei' q i senatu retulisset: & hoc ē qd apud historicos idētidē repies pedib' iuisse senatores i sniam. Lulus. sed tū quoq; uerbo asserebat aut pedibus i sniam ibat. De senatuscōsulto p discessionē fieri solito sic scribit gelli' i. iii. qd igit' cū. S. C. p discessionē fiebat nōne uniuersi senatores sniam pedib' ferebāt. hīc nō pauci opināt' pedarios senatores appellatos: qi alienā sniam pedibus ibāt: cū ipsi snias nō rogarent'. Cic. discessionem hanc significat i epistola ad lētulū scribēs. frequentes iere in alia oīa.

Discessio i. S. cōsultis

¶ M. A. N. ¶ Septiēs similitudinē. ¶ Monopoliis. monopoliū uno uerbo latie exprimi nō pōt. loc' unic' i ciuitate cōstitut' ad aliqd uēdēdū nā λεῶ græce: uēdo πωλῶ uel unū dicit. ¶ Exauctorādo militaria insignia adimendo si ad ignominiā id referas: alioqn militiæ legimus soluēdo. ¶ Prefecti alæ: cuius ordinis aliæ ꝓferri cōsueuissēt i Augusto diximus. ¶ Destinatos magr̄atibus: qb' senat' aut popul' magr̄atū destinasset. ¶ Trebiāis: trebianis melius a treba latii oppido: cui' Ptolomæ' meminit: Pli. trebāi: tusculāi Verulāi. ¶ In op'

noni theatri: ut nouū ex legata pecūia theatrū cōstitueret. ¶ Ad munitionē uiæ: uti i publice uiæ lapidib⁹ sternēdæ sūptū pecunia trāsferret. ¶ Legatoris: eius qui pecuniam legarat. ¶ Per discessionem fieret: quæ esset senatusconsulti per discessionem faciundi: qua item per sententiarum rogationem gellius docet.

in qua pauciores erāt: secutus ē nemo. Cætera quoq₃ nō ni/si per magistratus & iure ordinario agebant: tanta consulū auctoritate: ut legati ex affrica adierint eos quærētes trahi se a Cæsare ad quē missi forent: nec mirū cū palam esset ipsum quoq₃ eisdem assurgere & decedere uia.

De ciuilibus urbanis & gestis eius.

Corripuit cōsulares exercitibus præpositos: qđ nō de rebus gestis senatui scriberēt: qđq₃ de tribuēdis quibusdā militaribus donis ad se referrēt: quasi nō omniū tribuēdorū ipse ius haberet. Prætorē collaudauit: qđ honore inito consuetudinē antiquā retulisset de maioribus suis p cōcione memorādi. Quorūdā illustriū exequias usq₃ ad rogū frequētauit. Patrē moderationē minoribusq₃ psonis & rebus exhibuit: quū rhodiorū magistratus: quod lřas publicas sine subscriptiōe ad se dederat: euocasset ne uerbo quidem insectatus: ac tñmodo iussos subscribere remisit. Diogenes grāmaticus disputare sabbatis rhodi solitus uenientē eum ut se extra ordinē audiret nō admiserat: ac p seruulū suū i septimū diē distulerat: hūc Romæ salutādi sui cā p foribꝰ astātem nihil amplius: q̄ ut post septimū annū rediret admonuit. Præsidibus onerādas tributo pūincias suadētibus: rescripsit Boni pastoris eē tōdere pecus nō deglubere.

¶ PHI. ¶ Querentes trahi: cōquerentes se a cæsare tiberio in longum protrahi nec sua negocia expediri. ¶ Palam esset: in propatulo in aperto. ¶ Eisdem consulibus. ¶ Assurgere: honoris causa tanq̄ dignioribus: tradunt historici syllam dictatorē solitum fuisse de sella assurgere priuato pompeio & equo descēdere & caput adaperire. Seruius enarrans illud uirgilianum. ¶ Thmolus assurgit: quibus & Rex ipse phaneus sic ait assurgit significat cedit quod tractū ē a sedentibus: qui in honorē alicuius surgere consueuerūt: hinc eleganter ab ausonio dictum ē. assurgit musæ nřa camena tuæ. ¶ Decedere uia: Hieronimus libro primo cōtra iouinianum. ¶ Cætero. populus quāto honore semper uirgines uestæ habuerint hinc apparet: quod consules & imperatores & in curribus triumphātes: & omnis dignitatis gradus eis de uia cedere solitus sit. plautus in nummo. Decedam ego de uia de semita de honorē populi. ¶ Ad se refer. Cū ad senatū referř debuisset: cui⁹ auctoritatē uideri uolebat āpliori. ¶ Retulisset: renouasset restituisset. ¶ De maio. ñ tiberii: sed ipsi⁹ prætoris. ¶ Vsq₃ ad rogū frequētauit: in quo cadauera ipsa cremabātur. Lex in. xii. tabulis translata de solonis legibus ad sumptus minuendos pertinens de lignis politis rogū fieri uetat: numæ regis lex est: uino rogum ne respergito. ¶ Sine subscriptione: per obliuionem incuriamq₃ scribæ subscriptio qua nomē mittentis litteras signari solet omissa fuerat i litteris publicis rhodiorum. ¶ Extra ordinē: cupiebat tiberius antire grāmaticū nō illa ordinaria formula disputantem. ¶ Euocasset: ex insula rhodo romā euocatos ueuire iussisset. ¶ Ne uerbo quidem: Citra omnem uerborum castigationem: nec quidem unico uerbo cūmorsu prolato. ¶ Remisit rhodū. ¶ Sabbatis: diebus festis iudeorū. ¶ Venientē: scilicet tiberiū & hoc factū ē illo tpe quo tiberi⁹ erat i secessu apd rhodios. ¶ Nō admiserat: itra auditoriū. ¶ Post septimū annū. ¶ In numero iocatus ē: nā sicut grāmaticus renūciauit tiberio: ut ad audiēdū ueniret septīo die ita tiberius illū monuit ut ad se salutādū rediret anno septīo: q ē itidē apd iudeos sacer & feriatus: ut dies septīus. ¶ Tōdere pec⁹. non deglubere: pecus glubi dicitur pellis detrahit: ut auctor ē festus: scribit. M. uaro li. i. de re rustica glumā dici folliculū grani a glubēdo qđ eo folliculo deglubat granū hoc ē decorticet Catull⁹. glubit magnanimos re mi nepotes: p hāc b̄ actā tā sñiam significare uolebat tiberi⁹ puīciales a psidib⁹ nō eē usq₃ ad uiuū despoliandos: nā ut iq̄t ille ossa uides regū uacuis exucta medullis. Simile illđ ē ecclesiastici: q nimis emūgit elicit sanguinē. iosephus li. xviii. antiq̄tatū refert tiberiū dicere solitū: mitatus semel datos ideo: se iugiter pmittere il̃ qbus fuerit cōcessi: qđ itelligeret cōsili: p hoc & pstari ex magna pte subiectis: exēplūq₃ illđ de egroto muscis ñ abigēte cōmemorabat quo demōstrat rectores puīciarū diutinos iā satutos opib⁹ min⁹ eē rapaces usq₃ dspoliate puīciales. ecōtra nouos: utpote famelicos & esuriētes icitari ad rapina pdāq₃ subiectorū.

¶ M. AN. ¶ Assurgere: consulibus uenientibus. ¶ Decedere uia. quod officii cā dignioribus præstatur. ¶ De maioribus suis: de maiorū suorū laudibus pro cōcione disseruisset. ¶ Vsq₃ ad rogū: nō cōtentus funeris pompam duxisse: nisi cadauer etiam rogo impositū spectasset. ¶ Moderationem: mansuetudinem: & equitatem fuissent hæc quis nō uidet diuini principis officia ni certe assimulata essent: qđ euētus postea declarauit. ¶ Subscriptione: qđ apparebat negligentia potius q̄ fraude factū. ¶ Euocasset: accersiisset. ¶ Sabbatis rhodi. sabbatorū diebus. ¶ In septimum diem: qui de die in diem per seruū trahēdo in septimum: qui disputationis erat illius ad se aditū distulerat: ut publicæ credo disputationi interesset: in qua licebat attemptare uel certe septimo post die redire iussus ē: nā & græculo romæ responsum ē: ut post septimū annū ad Tyberiū ueniret. ¶ Deglubere: excoriare: nudare. Cato salictū suo tpe cedito glubito arctēq₃ alligato librē

Assurgere cedere

Ne rogus fiat de lignis politis

pec⁹ glubi

Gluma; Glubar

conseritato: Catullus nunc in quadriuiis & angiportis glubit magnanimos remi nepotes. Varro q eo sol/ liculo deglubetur grauium.

Item de eodem & aliis gestis eius.

PAulatim principē exercuit: præstititq; & si uarium diu cōmodiorē tamen sæpius & ad utilitates pub/ licas pniorem; ac primo earenus interueniebat ne quid pperā fieret. Itaq; & cōstitutiones quasdā senatus rescī dit & magistratibus pro tribunali cognoscētibus plærūq; se offerebat cōsiliariū assidebatq; mixtim uel ex aduerso in par te primori. Et si quē reo2 elabi gratia rumor esset; subit9 ade rat; iudicesq; aut e plano; aut e quæstoris tribunali legū; & re ligionis & noxæ de qua cognoscerēt admonebat atq; etiam si qua in publicis desidia; aut mala consuetudine labarēt cor rigenda suscepit.

De īpēsis ludo2 ac mune2 taxatis & aliis gestis eius.

LVdorum ac mune2 impensas corripuit mercedi/ bus scænico2 rescissis; paribusq; gladiato2 ad cer/ tum numerum redactis. Corinthiorum uaso2 ptia in immēsum exarsisse; tresq; mullos. xxx. milibus nummum

PHI. Et si uarium modo ho num mō malum principē. Fa tenus. eousq; & ad eū modulū. Perperā: niq nō recte. Re/ scidit. titulus ē apud ualeriū de

Rescidere

rescissis testamētis. est. n. rescide re nō ratum habere & irritū fa/ cere: qd cōstitutum fuerat. Iu xtim: ppe. Elabi gratia. reus elabi dr̄ gratia: qñ corruptis iu/ dicibus uel largitione uel amici tia uel potētia euadit sniam dā/ natoriā. Subitus: ex improui so & preter expectatiōem. E pleno. ex loco īferiori & ut dicit ex terra. Questoris tribuna/ li. hic questiorē illū intelligimus qui auctore asconio præest quæ stioni criminaliū quæstionum. de quo ait maro. quesitor minos

Questor

urnā mouet. & claudian9. Quæ sitor in alto conspicuus solio p tentat crimina minos. Legū admonebat. scribit asconius iu/ dices iurare solitos in leges: ut obstricti religione iudicarent. iurabant aūt omnes prer ipsum quæsitorem se ex animi sententia iudicaturos citra oēm affectionem. & nomina eo2 libellis continebantur. Admone/ bat igitur tiberius iudices ut meminissent se iurasse in leges: quæ regere debent non regi: & obstrictos re/ ligione iudicaturos. Noxe. admonebat ēt ut noxam hoc est culpam & crimen illud: de quo cognoscerēt: diligenter pensitarēt. In publicis. uel institutis uel quæ ptinerent ad publica iudicia. erant. n. & priuata iu dicia. Labarēt. uacillarent & quasi deprauata forēt. Mune2 ipensas. tiberius restinxit & contractiores fecit ipēsas quæ in spectaculis gladiatoriis imensæ fieri solebāt. nā mercedes quæ scenicis hoc est histrioni bus dari solebant rescidit īminuitq; & paucioribus gladiato2 paribus ludos gladiatorios exhiberi prescri psit. Exarsisse. excreuisse. simili uerbo usus est uarro in tertio de re rustica. cenæ collegio2 excandefaciūt annonam macelli. Plinius de nobilitate æris corinthii scribens sic inquit. mag cum ad infinitum ope2 præ tia hæc creuerint auctoritas æris extincta sit. Tres mullos. Mulli pisces sunt quibus apud priscos nobili tas fuit & gratia maxima: sicut magnitudo modica: binas. n. libras ponderis raro ad modū exuperant: un/ de ab oratio in morsū luxurioso2 luculenter dictum est. Laudas insane trilibrem mullum: in singula quem imminuas pulmenta necesse est. Vulgus mulos uernacula lingua barbones appellat. Nam q auctore pli/ nio barba gemina insigniuntur inferiori labro. Hinc a cicerone in paradoxis & a Varrone in tertio de re ru stica barbatuli & barbati mulli nuncupati. non omittendū est hoc in loco id quod tradit seneca libro tertio questionum. qui castigans luxuriam romano2 sparsim intercisimq; hæc refert. pa2 recens mulus nisi q in

Mulli bar/ bati

conuiuæ manu moritur. uitreis ollis inclusi offeruntur: & obseruatur morientiū color: quem ī multas mu/ tationes morte luctāte spiritus uertit. alios necāt in garo & cōdiunt uiuos. ad hoc fastidiū puenere uentres

Luxuria muli piscis

delicato2: ut gustare non possint piscem nisi quē in ipso conuiuio natātem palpitantemq; uiderint ad mor tem nuli cōcurritur: nihil mulo moriente formosius. nō sunt ad popinam dentibus & uentre & ore conté ti: oculis quoq; gulosi sunt. In hanc senecæ sniam ait plinius noster in nono mulū expirantem uersicolori

Mulus uñ mullei cal/ cei

quadā & numerosa uariente spectari. pceres gulæ narrāt rubentium squama2 multiplici mutatione pal/ lescentem: utiq; si uitro spectetur inclusus fenestela nomen his a colore mulleo2 calciamento2 datum pu/ tat. sunt aūt mullei calcei regum & patricio2 a mullando. i. suendo dicti: de quibus sicut uopiscus in aure/ liano. calceos mulleos & ederatios & albos uiris omnibus tulit mulieribus reliquit. pertinet ad enarra/ tionem huiusce loci. exemplum illud commemorare: quod idem seneca rettulit li. epistola2 moraliū. xv. sic scribēs. mulū ingentis formæ quare nō pōdus adiicio & alio2 gulā irrito. iu. pōdo libra2 fuisse aiebāt. tiberius cæsar missū sibi cūm macellū deferri & uenūdari iussisset. Amici inquit oia me fallūt nisi istū mu/

mulū sex milib9 emit

lum aut apicius emerit aut pu. octauius. ultra spē illi cōiectura pcessit: ambo liciti sūt. uicit octauius: & ingē tem cōsecutus est iter suos gloriā: cū q; sestertiis emisset piscem: quē cæsar uēdiderat: nec apitius emerat hinc a iuuenale dictū uidet: mulum sex milibus emit: æquantē sane paribus sestertia libris.

M. AN. Principē exercuit: principis maiestate. Et si uariū. benignū nunc & clementem: nūc sæuum & imitē. Cōmodiorē: magis q sæuum aut iportunū. Eatenus. eo usq; in tm̄. Perperā: puerse & iniq; Rescidit: irritas fecit. Cognoscētibus: re2 cognitiōibus intētis. Cōsiliariū: tanq cōsiliariū. Ver. exul tat amazon. Ex aduerso: cōtra illo2 tribunal. Parte primori: supiore loco. Elabi: euadere. Gra: Iu/ dicum ambitiōe. E plano: ex æquo loco. Quæstoris qppe q capitalia ut alio loco mōstrauimus crimina

exequebātur. ¶ Legū & religiōis: ordo ē admōebat iudices religiōis & noxæ ut mēores essēt iurisiurādi: eni se de se. uīda lege astrixerat: necnō & scœleris: de quo iudicaturi essent. ¶ In publicis moribus: in patriis sibituris. ¶ Mala cōsuetudine: ab usu. ¶ Labarēt: infirma essent. ¶ Corripuit: coercuit, traxit. ¶ Scenicorū eorum qui in scæna operā pstarent capitolinus auctor est Antoniū principe præmia scenicorū aureis traxisse ita ne essima aureorū decē trāscēderet. ¶ Tresq; mullos: Mullū ab asinio celere emptum octo millibus nummū Plinius ait: Fenestella credidit illi nomen a mulleorū calciamentorū colore datū magnitudo pisci ut idē auctor scribit modica: binasq; libras pondere raro admodū exupat. Mutianus. lxxx. libraruṁ ī mari rubro caprum prodidit: Cicero & Varro barbatum esse mullum tradiderunt: Plinius rubentium ī quit squamarum multiplici mutatione pallescentem spectari, pceres gulæ narrantiquam sane speciē hodie in eo pisce agnoscamus quem uulgo barbonem ueneti uocant.

uenisse grauiter conquestus: adhibendū suppellectili modū censuit. Annonamq; macelli senatus arbitratu quot annis tēperandam dato ædilibus negocio popinas, ganeasq; usq; eo inhibendi: ut ne opera quidem pistoria proponi uænalia, sinerenti & ut parsimoniam publicam exēplo quoq; iuuaret. solemnibus ipse cœnis pridiana sæpe: ac semesa obsonia apposuit: dimidiatūq; aprū affirmās oīa eadē habere: quæ totū.

¶ PHI. ¶ Venisse: uēditos fuisse. ¶ Suppellectili: ad corinthia uasa hoc referēdū: quæ sūt i suppellectile. ¶ Annonā macelli: hoc ad mullorū pisciū pretiū enorme est referēdū: alibi docuim' macellū dici locū: i quo quæ ad uictū ptinēt uēdi so'ēt: uñ annona macelli tā de piscibus quā de auibus reliqsq; ad uictū ptinētibus latine & elegāter dr. Cic. si epicuri de uolupate liber corrosus esset putarē annonā in macello cariorē fore. plautus in aulularia uenio ad macellū rogito pisces indicant caros agninā caricarā bubulā uitulinā cetū porcinā cara oīa. ¶ Dato ædilibus negotio. docet dionysius alicarnaseus ī. vi. antiqtatū ad offm̄ ædiliū ptinuisse ut curā haberēt annonæ forēsis copiæq; ciborū: totū hē sunt edictiōes ædilitiæ hi apud græcos agoranomi uocant a foro rerū uenaliū: cui regulā pscribunt. hinc ē illud plautinū ex captiuis. eugæ ædictiōes ædilitias hic quidē habet: mirūq; adeo ē nisi hēc fecerūt sibi ethologoranomum. ¶ Popinas: popinæ sūt diuersoria gulosorū: in qbus uncti ora cibaria cocta uendunt. a popa pinguitudo ē popinæ nomē deriuari ui. de popa psius. ast illi tremat omēto popa uenter. de popina oratius. fornix tibi & uncta popia incutiūt urbis desideriū. mālius ifamē fedāturpēq; ouisse popinā hic popinones ap priscos dicti. q se popinis dediderūt: & popinatio nūcupat' a gellio: q alio noie dr hellnatio quā græci asotiā uocāt. extat lnculētū adriani impatoris rescriptū ad florū poetā. ego nolo florus eē ambulare p tabernas latitare p popinas: calices pati rotūdos. ¶ Ganeas. ganeæ sūt loca uinolētiæ gulæ libidini apta a quibus ita ganeones dicti: ut a popina popinōes existimat dōatus: ganeū dici a terra quā græci geā uocāt: quasi terram meretricis domiciliū. ap pli. frequēs ē & pene peculiaris hæc dictio accipit' q; p loco in quo cibaria gulosorū esculētiora cōcinant': & p ipsa quoq; igluuie & cibariis. ait. n. in. viii. loquēs de sue neq; alio ex aiali numerosior materia ganeæ. qnqnagita ppe sapores cū ceteris singuli. Idē in. xix. qm̄ portēta quoq; terrarū in ganea uertimus. Sidonius. disruptū ganea stomachū nulla res sarcire melius ꝙ psimonia solet. columel lautapti ueniam' ad ganeas: quotidianā cruditatē laconicis excoqmus: sūt aūt laconica: ut columelle uerba popinas: loca ī baln isu qbus sudor elicit' sicco calore ut docet cor. celsus in. ii. uictruuius in. v. de architectura laconicū sudatiōesq; cōiungi debere tepidario pcepit. ¶ Opa pistoria: q sūt opa pistoria elegāter monstrat apuleius q sic scribit in. x de asino aureo. at illorū alter pistor dulciarius q panes & mellita cōcinabant edulia & post paulo hic panes crustula iucūrulos hamos lacertulos plura scit. uncta mellita. apud martialē dilbem hoc legit': cui lēma. titulus pponit'. pistor dulciari'. mille tibi dulces opū man' ista figuras extruris huic uni parca laborat apis. heliogabalus auctore lāpridio dulciatios habuit q de dulcibus exhiberētq; rūq coq de diuersis edulib' exhibuissēt. ubi dulciari' simplr significat cōcinatorē eduliū mellitorū & opis pistoru dulcedie cōditi. ¶ Solēnib' cenis. festis dieb' nuptiis repotiis calēdis natalib' saturnalib' feriisq; qbus monia p ib' fiebāt cenæ solēnes: qb' lauti' epulabātur fiebatq; sūptus pfusior. ¶ Pridiana obsonia. tiberiū psimonia p hoc significat': q superioris cenæ reliqas semi cōesas appōeret i cenis uel solēnib': rū nō pricipes sed sordidi hæc facere cōsueuerit. pridiana a pridie hoc ē priori die dr̄ obsōia. refert sparrian' iulianū tātæ psimoniæ fuisse ut p triduū porcellū p triduū leporē diuideret a traqllo ī fra dr pridian' cib' a plinio pridiana balne. sic. n. ait ī. xxviii. caueā pridiana balnea. ¶ Semesa. semicomesa eadē forma semesū dr: qua ambesū & comesa. ¶ Dimidiatū aprū. dimidiatū. hoc est quasi dismediatū & in ptes duas pares diuisū. dimidiū uero ē nō qd ipsū dimidiatū est sed quæ ex dimidiato pars altera ē: auctor gellius in. iii. uñ & a lucilio dictū est uno oculo pedibusq; duobus dimidiatus ut porcus. & plautus i menechmis dies ad umbilicū dimidiatus mortuus est. Item marcus cato hoies inquit de foderūt in terrā dimidiatos. In cenis aūt lautioribus priscorū bini & terni mādebārut apri: quidā etiam apponebātur miliarii appellati a pōdere mille librarū: quorū uarro & senec meminerunt. ¶ Quæ totū. tanq idem sapor sit in frusto & pticula apri: qui est in integro.

¶ M. AN. ¶ Supellectili modum: ut ad corinthiorū pretium id referas: Macelli uero annonam ad mullos xxx. millibus emptos. ¶ Ganeas: uinolēta loca ac libidinibus apta: unde & ganeo: Varro: hoc interest inter epicureum & ganeones nostros. Cicero quis ganeo quis adulter quæ mulier infamis ueterum quidā & ganeum ut festus ait dixere locum abditum & uelut subterraneū: Terentius ubi illum quærā credo ab-

macellum

Agoranomi

popinæ

popa

popinōes

popinatio

Asotia

Ganeæ

Ganea

Laconica

Dulciarius

pridiana

Dimidiat'

Apri miliarii

ditum ingaueum. ¶ Opa pistoria ientacula mellitosq; panes. M. Surgite iam pueri uendit ientacula pistor. Plinius e siligine laudatissimus panis pistrinarumq; opera laudatissima erant .n. dulciarii pistores: de quibus rursus urbanissimus poeta: Mille tibi dulces operum manus ista figuras: Extruit huic Vni parca laborat apis. ¶ Sollennibus natalitiis aliisq; sacrorum causa religione ne patis. ¶ Pridiana: pridie illius diei apposita. ¶ Semesum: semi consumpta. ¶ Dimidiatum: aprum in duas aequales partes diuisum non integrum quales apponi in conuiuiis & lautioribus coenis consueuerat. Iu. quanta est gula quae sibi totos ponit apros animal propter conuiuia natum. Seruilius rullus primus ut Pli. scribit integrum aprum in conuiuio apposuit. ¶ Oia eademque quidam in una dimidiati apri erit parte. erit & in altera tantundem .n. utraq; sibi uendicat. uerum eadem dixit quoniam sapores in apro q; plurimos esse constat: Plinius est auctor.

Quotidiana oscula phibuit edicto. Itē strēnarum cōmertiū ne ultra calen. ianuarias exerceretur. Cōsuerat quadruplā strēnam & de manu reddere: sed offensus iterpellari se toto mēse ab his qui potestatem sui die festo non habuissent: ultra non tulit.

De quibusdam bene gestis per eum.

Matronasq; pstratae pudicitiae: qbus accusator publicus deesset: ut propinqui maiorum more de cōi sententia coercerēt: auctor fuit. Equiti Romano iurisiurandi gratiā fecit: uxorē in stupro generi cōptam dimitteret: quā se nunq̄ repudiaturum añ iurauerat. Foeminae famosae ut ad euitandas legum poenas iure ac dignitate matrōali exoluerent: lenociniū pfiteri coeperāt: & ex iuuētute utriusq;

¶ PHI. ¶ Quotidiana oscula. moris fuit apud romāos auctore catone propinquos feminis osculū dare ut scirent an temerū olerēt: hoc tū uino nomen erat. uū & temulentia appellata. hic osculādi cōsuetudo inducta est: quis plutarchus i pblematis aliās huiusce rei causas tradat. marcialis li. xi. hāc osculorum basiatorūq; molestiā affectat illo epigrāmate effingere nō ē basse basiatores. Instār moratur psequunt occurrūt. edicto tiberii sublata est osculatio quotidiana. quod nō ad oscula feminarum referēdū est. sed uirorum qui officii causa osculis quotidianis in salutatiōe utebantur. Oscula .n. officiorum sunt: basia pudicorum affectuū. Suauia libidinū uel amorum sicuti docet donatus enarrās illud terētianū. O thais mea meū suauiū. ubi ait tria eē osculandi genera. osculū. s. basiū & suauiū. ¶ Strēnarum cōmertiū. uicissitudinē dādi & accipiēdi strēnas. xenia enī mittebānt & apophoreta remittebant. un̄ marcialis strēnas saturnalitias duobus libris distinxit: nomen xeniorum & apophoretorum. dictū ē i augusto: un̄ strēnae nomē deducat. cū strēnarum dies legimus foret calēdae ianuariae hoc ē pricipiū anni: noluit tiberi⁹ ultra illū diē strēnas uicissatim dari. ¶ Quadruplā strēnā. hoc est officiū liberalis pricipis nō solū quadruplicata sed et multiplicata lōgeq; uberiora munera remittere q̄ acceperit. nā ut dicere solebat artoxerses regali⁹ ē dare q̄ accipe. ¶ Interpellari toto mēse. toto ianuario disturbari p iterpellatiōem eorum q strēnas nō accepāt. ¶ Die festo .i. calēdis ianuariis. ¶ Propinq maiorum more. maiores nostri nullā ne priuatā qdē rē agere feminas sine auctore uoluerūt. i mān esse parētū fratrum uirorum. scribunt iuriscōsulti i primus ad patrē & maritū ptinere coertiōem accusationē q̄ matronarum ipudicarum. Cōsimiliter tiberius uoluit ut pximi & necessarii coercerēt punirētq; matronas suas ipudicitia famosas. ¶ Iurisiurādi gratiam. .s. liber esset ab illo iureiurādo: quo iurauerat se nunq̄ uxorē repudiaturum: cū illā repudiasset deprēsā in generi sui adulterio. ¶ Stupro. lex iulia stuprum & adulteriū pmiscue appellat. sed pprie adulteriū in nuptā cōmittit: stuprum uero i uirginē uiduāue. stuprum quoq; p turpitudine antiquos dixisse appet ex neuii carmine sic scribētis. pri e malūt ibidē q̄ cū stupro redire ad suos populares. ¶ Famosae. ifamia notatae. na fere semp famosus accipit in partē deteriorē. illud uero iuuenalis famosos equitū cū dictatore magistros: magis fumosos legēdū esse quā famosos alibi docuimus. Nō ificior aliqn̄ cū laude dici famosū. sed id rarēter. apulei⁹. at ille uir aliogn grauis & sobriae religiōis obseruatiōe famosus. a iulio firmico famosi oratores dūt cū laude tertio mathe eos. ¶ Ad euitādas legū. leges multae sūt q penas irrogāt matronis ifamib⁹. quas leges ut euitarēt feminae famosae dignitate matroniali exui exoluiq; curabat p lenociniū pfessiōē. nullus ignorat notari ifamia eos easue q ne lenociniū fecerit: lenociniū aūt facit ut docet Vlpian⁹ li. iii. digestorum q q̄stuaria mācipia habuit. Itē q huc q̄stū in liberis exercet. pōponius iuriscōsultus & eū notari hac ifamia ait q in seruitute peculiaria mācipia prostituta habuit. ¶ Vtriusq; ordinis. senatorii & equestris.

Temulētia

Osculum

Basium

Suauiū.

Strēnae

Feminae mali uirorum

Stuprum

Adulteriū

Famosus

Lenociniū facere

¶ M. A N. ¶ Quotidiana oscula: ne qui quotidie sibi obuii essent: mutuo ut moris fuit se oscularentur: quorum pudice a multis id fieret: de quotidiana osculandi ratione Martialis quum tot offendunt basiationes. ¶ Strenarum cōmertium: excipiendae strenae reddendaeq; consuetudinem. &c .n. absenti Augusto populū strenam in capitolio dare solitum satis constat. ¶ Quadruplam: quadruplo maiorē q̄ accepisset. ¶ Interpellari impediri a rebus gerendis auerti. ¶ Die festo: quo strenam dedisset. ¶ Vltra non reddidit: haud reddere perseuerauit. ¶ Prostratae: disiectae: amissae: perditae. ¶ Accusator publicus: qui publice: & ex legis praescripto accusaret. ¶ Maiorum more: Dionysius: cognati inquit simul cum uiro de iis iudicabant: in quibus erat corporis corruptio ¶ In stupro generi: quā generi constuprasset. ¶ Dimitteret: diuortiū cū ea faceret. ¶ Famosae infames: probris coopertae. ¶ Legum alia: .s. & aliarum adulteria similiaq; flagitia uidicantium. ¶ Lenocinium pfiteri: quaestuarias ancillas hire lenas ut Vulpianus ait eas dixere: q̄ q̄stuarias puellas prostituerent ¶ Iure ac dignitate matronali: .n. ut matronae flagitii conuictae essent lege mulctabantur ius matronale id

intelligitur:quo usus stolæ honestiorisq; cultus:erat pudicis mulieribus concessus:famosæ non stolatæ in medium sed togatæ ꝓcedere cogebantur. Mar. Vis date quæ meruit munera mitte togam: cæteræ matres familias ut idem auctor ait omnesq; honeste uiuerent:communi appellatione dicebant: mores.n.non fortuna id fecit discrimen:nec nupta ne esset an uidua ingenua:a libertinæ conditionis multum interesse uita spectabatur non diuitiæ:non forma: non natales. ¶ Vtriusq; ordinis .s. patritii & equestris.

ordinis pfligatissimus quisq; quo minus in opera scænæ are næq; edēda senatuscōsulto tenerent: famosā iudicii notā spō te subibāt: eos easq; oēs ne refugiū in tali fraude cuiq̃ esset: exilio affecit. Senatori latū clauū ademit: quū cognouisset sub calē. iulii demigrasse in hortos quo uilius post diē ædes in urbe cōduceret. Aliū & quæstura remouit: quod uxotē pridie sortitione ductā postridie repudiasset.

De exteris cerimoniis & ritibus per eū phibitis.

EXternas cerimonias ægyptios iudaicosq; ritus cō pescuit: coactis qui superstitione ea tenebantur

¶ PHI. ¶ Profligatissimus. pfligatum dicimus depditum & ad pniciem deductum auctor Gellius. inde profligatissimos hoies uocamus pditissimos: & in quibus nihil est salubre nihil integræ. ¶ In opa scenæ. q opas suas arenæ locauit ut cū bestiis depugnaret senatuscōsulto postulare ꝓhibetur sicuti scribit ulpianus digestis de postulādo.il h quo q̃q operas suas scenæ locabāt artis ludicræ causa ïfamia notabātur. ¶ Senatusconsulto. erat senatusconsultū uetus: quo utebātur edere operā in scena & arena. ¶ Famosā iudici notā. sensus ē dānari uolebāt & īfamia notari per iudiciū quo damnati īfames fiūt: ut ita possent scenæ arenæq; ipune inseruire ueluti famosi. ¶ Eas. hoc ad feminas famosas referēdum est. ¶ Laticlanum. ne uestē senatoriā induere possent: ac p hoc senatoria dignitate hoīem priuasse ut. est. n. latus clauus: ut ante dictū est: insigne uestimētū ordinis senatorii. ¶ Sub calē. iulii. obseruate curioseq; aiaduertite ex lectiōe eruditorū morē huic fuisse apud ueteres romanos: ut calēdis iulii migrarent hoc est transirēt ex domibus prius cōductis in domos recēter cōductas. sicuti apud nos fieri solet die festo diui michaelis. tūc.n. omnes inquilini migrāt cū sarcinulis & tota supelectile in nouas cōductas domos. & hoc est: q̃ significauit marcialis illo epigrāmate. o iuliar. dedecus calendaꝝ uidi uacerra sarcinas tuas uidi. & cicero idē significare uidetur in quadā epistola scribēs calendis iulii remigrādū est. idē aptius in epistola ad qntum fratrem sic scribit. Domus tibi ad lucii pisonis liciniana cōducta est: sed ut spo paucis mēsibus: post calēdas quintiles in tuā cōmigrabis. tuā in carinis mūdi habitatores cōduxerūt. est aūt sensus: senator sub diē calendaꝝ iulii demigrauit ex cōductis edibus in hortos nullis adhuc ex more romano cōductis edibus: ut post illū diē qui legitimus erat locationi & cōductioni ediū uiliori pcio postea domū pristinā conduceret ab eodē locatore: cū ille iā exacto legitimo die locationis nō facile aliū conductorem posset inuenire. hanc uafriciā ex auaritia & sordibus ꝓuenientem ita puniendā duxit tiberius ut illi senatori adimeret uestem senatoriam & senatoriæ dignitatis insignia. ¶ Demigrasse. titulus ē apud iurisconsultos de migrādo: quod proprium ē conductoris: quo habetur rō inquilini: qui soluta pēsione pro cōductione domus uult migrare. ¶ Postridie repudiasset. talis est illa apud hieronimū sententia. quasdā repudiatas altero nuptiaꝝ die statim nupsisse legimus. uterq; reprendēdus maritus: & cui tam cito displicuit. ¶ Sortitiōe ductā. noua ducēdæ uxoris formula cōiugiū cōmittere sortitioni. unde minime mirandū est: si postridie nuptiaꝝ repudiata est uxor: q̃ sortitione ducta fuerat. apud plautū in casina chalinus & olympio cōiectis in sitelā sortibus sortiunt̄ sup cōiugio casinæ. ¶ Egyptios ritus. refecūt iosephus li. xviii. antiqtatū & egesippus li. ii. historiaꝝ exemplū paulinæ matronæ romanæ: quæ in tēplo isidis a iuuene quodā noīe mūdo: qui illā depibat cōstuprata est fraude sacerdotū isiacoꝝ: qui pecunia corrupti sub specie Annubidis amatorē paulinæ amplexibus copulauerunt: quod ubi tiberius resciuit sacerdotes cū liberta mūdi: quæ oīum maloꝝ extiterat coagulū adegit in crucem: templū isidis euertit statuā ipsius deæ in tiberim iactari pcepit. mūdum aūt exilio condēnauit dignū eū maiore pena nō iudicās: q̃ amoris uehemētia deliquisset. ꝓterea iussit tiberius cunctos iudeos urbe roma excedere: ob hæc uidetur tranquillus dixisse egyptios iudaicosq; ritus cerimoniaꝝ q romæ increbrescebant sub tiberio cohercitos repressosue. Quod aūt supstitiosi fuerint iudei egyptiiq; docēt testimōia priscoꝝ: nam & apuleius in floridis iudeos tanq̃ accōmodato epitheto supsticiosos appellat: & trimegistus ab egyptiis alia coli & per singulas ciuitates quæ illoꝝ nominibus nuncupantur adorari refert. si quis uult egyptiorū supstitiosas cerimonias uberius cognoscere legat historicos in primis herodotū ac diodoꝝ & apuleium in ultimo metamorphoseos

Profligar⁹

Dies migrationis

Supsticiōe iudea

¶ M. AN. ¶ Profligatiss: pditiss: uitæq; deploratissimus. ¶ Sēatuscōsulto: quo ī scena descēdere ꝓhibebāt ad scænicas dixerat: & gladiatorias ex eqtib⁹ romāis usus ē priusq̃ senatuscōsulto itercederet. ¶ Famosā iudicii notā. q. d. de īdustria aliqd patrabāt: quo dignitate caderent: essetq; ob id mīn⁹ legib⁹ obnoxii. ¶ Eos easq; tā mares īquit q̃ foemīas eiusmodi fraudē secutos. ¶ Latū clauū. usū lati claui. ¶ Post illū diem: sub id. n. tps magna pars ciuitatis ī uillas & suburbana loca migrabat domusq; pīde uili⁹ exōerata ciuitate locabant: ita credideri quē sordidū q̃stū secut⁹ ille dign⁹ credit⁹ ē: q ea ignominia notaret̄. si. n. locū pbro datū credimus: fuisset tyberi⁹ eodē crimine notādus q rhodo reuersus i Mecœnatianos hortos migrauit. ¶ E q̄stura: q̄storio mūere priuauit. ¶ Sortitiōe: e pluribus unā duxisset tā æqua cōditōe: ut cōnubii fortunā sor-

¶ PHI. ¶ Nutrimentoꝝ cōsuetudinē: amor & beniuolētia augetur ex cōsuetudine: de qua lucretius: cōsuetudo cōcinat amorem. merito caligula educatus inter milites collegerat fauorem grāmq; militarē. ¶ Post excessū: post obitū. Sol⁹: caligula. ¶ Quā ablegari: amādari & e medio tolli. codices quidā hñt obligari: tāq̄ uinculatus ut utar dictiōe hieronymi & in uehiculo clausus asportaretur seditione gliscente ¶ In pximā ciuitatē: s. castris: q̄ id tpis erant i gallia. ¶ Retento uehiculo: quo. s. asportabat caligula ob piculū militaris seditōis ¶ Depcati sunt: amoliti sūt abegerunt depulerūt. Cicero claudii inuidiā gracchi caritas deprecabatur hoc est ut interpretatur gellius ppulsabat & desēdebat ¶ Syriaca expeditiōe: autumat iosephus lib. i. antiquitatū assurem constituisse ciuitatem Ninū & subiectos sibi syros nominauisse assyrios: q̄ fuerūt ualde felices. expeditio aūt syriaca significat: qua germanicus in syriā missus est ad cōponendū orientem. ¶ Ea relegata: supra diximus agrippinā quae fuit caii mater relegatā fuisse a tyberio post mortem mariti germanici in insulā pandatariam: ubi inedia absūpta est. ¶ Liuiae augustae: liuia nomē accepit augustae cū nupsisset augusto caesari. auctor plinius m. xv. qui et ut Cor. tacitus refert agrippina claudii coniunx augustae cognomēto aucta est. hoc. n. cognomēto decorabant uxores atq; ēt sorores impatoꝝ sic antonius pius uxorē faustinā appellari augustā a senatu pmisit. ¶ Cōsimiliter uxori uxori sororiq; traiani senatus obtulit cognomē augustaꝝ: quod illetā depcatae sunt: quaꝝ modestiā ita laudat plinius in panegyrico. hoc magis dignae sūt: quae i animis nostris & sint & hēantur augustae quia nō uocantur. ¶ Proauiae suae. pauus & proauia tertio cognationis gradu sūt ordine supiore: sicut pnepos & pneptis ab inferiore. liuia pauia erat caii caligulae. ille pnepos liuiae: eū drusum genuisset germanici patrē: ex quo natus erat caligula. ¶ Pretextatus ēt. adhuc in etate ptextata hoc est puerili collocatus. relege quae dicta sunt supi⁹ de ueste ptexta & ptextatis. & cū pretexta uestis quoq; sit magistratuū magistratus & ipsi ptextati appellantur a liuio. ¶ Pro rostris. historia a nobis explicata est in iulio caesare pp quā institutū fuit: ut matronaꝝ sicut uiroꝝ post mortem solemnis laudatio esset. ¶ Vndeuigesimo. decio nono quasi unus desit uiginti. ¶ Accitus. euocatus. ¶ Toga sūpsit barbāq; posuit. his dies tirocinii uocabat: quo adolescētuli togā sumebāt ut auspicaturi stipēdia forēsia: barbāq; primā ponebāt. quod cū honore fieri solebat: uñ apud iuuenalem: Ille metit barbā. crinē hic deposuit amati. sup tirocinio abūdanter opinor diximus i augusto. ¶ Fratꝝ eius. nerōis & drusi: quoꝝ tirocinii diē celebrauit tiberius dato plebi cōgiario. sed nullo honore tirociniū caligulae prosequutus est. ¶ Perinde ac. tanq̄ dicimus. n. elegāter pinde ac pinde quasi: perinde atq; quod significat tāq̄ absolute positū significat aeque & pariter. Ci. te & dolobellā pinde diligo. ¶ Interdū. accipitur pro multū ut supra. ¶ Oblitterato suoꝝ casu. sēsus ē Caius obliuiosū agebat & īmemorē: adeo ut nec matris agrippinae nec drusi & neronis fratꝝ calamitates recordari uideretur. ita cuncta ex aīo obliterauerat obliuioniq; tradiderat. hoc est. n. institutū uitae prodesse nōnunq̄ solet de gētibus sub tyrāno. ¶ Transmittēs. nō absimile est illud qd tradit seneca de aulico quodā iniuriaꝝ palatinaꝝ patientissimo: cuius nomen historici non pdiderunt: qui cum in cultu regum consenuisset & eum quidam interrogasset quo nam modo rarissimam rem in aula consecutus esset: iniurias inquit accipiendo & gratias agendo.

¶ M. AN. ¶ Praetextat⁹ puer adhuc. ¶ Ad Antōiā auiā: minorē Antōiā itellige ex q̄ & Druso Germāicus ē ortus. ¶ Vndeuicessimo: decimo nono uitae anno. ¶ Sine ullo honore: quū utrunq; ciuilis uitae actū rōani patrio celebrarēt istituto. ¶ Oīb⁹ isidiis Tiberii. s. q a ad explorādū iuuenis i se animū uariae ad istigandū dederat. Nullam unq̄ occasionē: nullā ad se deferendū causam. ¶ Perinde ita. ¶ Oblitterato: obliuioni dato.

Deprecati

assirii usi

Augusta

Mgratus pretextati

pinde ac. perinde

Iniurias accipiendo

¶ Suorum parentum matris & duorum fratrum. ¶ Acta namque. ¶ Quæ ipse pateretur: iniurias quibus afficeretur.

in auũ & qui iuxta erãt obsequii: ut nõ imerito sit dictũ; nec seruum meliorẽ ullũ; nec deteriorẽ dominum fuisse.

De signis sæuiciæ eius in iuuentute.

Naturã tñ sæuã atque ꝓbrosã nec tũc qdẽ ihibere poterat: qui & aĩaduersionibus pœnisque ad suppliciũ datorum cupidissime iteresset: & ganeas atque adulteria capillamẽto celat⁹; & ueste lõga noctib⁹ ambiret: ac scænicas saltãdi canẽdique artes studiosissime appeteret: facile id sane Tiberio patiẽte si ꝑ has mãsuefieri posset ferũ ei⁹ igeniũ: qđ sagacissimus senex ita ꝓrsus ꝑspexerat: ut aliquotiẽs prædicaret exitio suo omniumque Caium uiuere: & se natricẽ (serpẽtis id genus). P. R. Phaetontem orbi terrarum educare.

De uxore eius & suspitione ueneficii in Tiberiũ.

Non ita multo post Iuliã Claudillã. M. Syllani nobilissimi uiri filiã duxit uxorẽ. Deĩde augur ĩ locũ fratris sui Drusi destinatus; prius q̃ naugurare(tur); ad pontificatũ

¶ PHI. ¶ In auũ. tiberiũ pricipẽ. ¶ Et q iuxta. obsequiosus erat caligula in principẽ & eos q principi erãt ꝓximi: & apud illũ pollebãt. ¶ Nec seruũ meliorem ad duas res diuersissimas parendũ atque impandũ habilis fuit caligula: sed ita ut in utroque excederet modũ. nã & nimis humiliter seruiuit & nimis ĩpotenter ẽ dñat⁹. ¶ Probrosã. ꝓbrorum & flagitiorum plenã. ¶ Inhibere. cohibere frenare compescere. ¶ Aĩaduersionibus. punitiõibus & suppliciis ¶ Ganeas. supra docuimus ganeas dici loca gule libidinique seruiẽtia. ¶ Capillamẽto celat⁹. capillamentũ uocat trãquillus galericulũ illud ex alienis capillis elegãter cõsutũ; quo utebat(ur) caligula ut ita falleret: quo nõ pauci uiri consueuerũt ad uelandã caluitii deformitatẽ natiuo. s. nitore capillorum despoliati. alias capillamentũ ꝓ capillo accipi(tur). apuleius in. i. de asino aureo. tanta est denique capillamẽti dignitas: ut q̃uis auro. ueste gẽmis omnique cetero mũdo exornata mulier incedat: m̃ nisi capillũ distixerit ornata nõ possit uideri p'i. in. xxi. herba croci ẽ folio augusto pene in capillamẽti modũ. itẽ in. xxxvii. alius capillamẽtum rimæ simile. ¶ Scenicas artes. hoc ad ꝓbrosã naturã referendũ. etenĩ iã sepe dictũ est ĩfames esse qui in scenã ꝓdeũt atque artem ludicrã faciũt. apud Ci. scipio sic loqtur. cũ artẽ ludicrã scenãque totã in ꝓbro rõani ducerẽt gen⁹ id hoium tribu ammoueri notatiõe censoria uoluerũt. aristoteles quoque in ꝓb'ematis encycliis. i. qstionibus circularibus scenicos artifice q græce dñr dionysiaci thechnitæ moribus ĩprobis esse ex magna pte testat(ur). ¶ Mansuefieri. ars canẽdi ĩ primis. nã ipsa musica mitigat aĩos & amænat oẽmque detrahit ferociã unñ pythagoras aĩmi ꝑturbatiões lyra cõponere solitus erat: nõ pauca scripsimus sup hac re in h. ofonũ: ubi tota uis musices explicat(ur). Natricẽ p. r. educare. natrix serpẽs est a natãdo dictus de quo lucanus in. ix. pharsaliæ. & natris uiolator aquæ. priscianus i. v. natrix cũ speciẽ anguis significat mas. ulinũ quoque inuenit(ur). lactãtius in. vii. cũ dendum ẽ hoc loco ciceroni qui i ait cur oĩa nñ cã cũ faceret tantã uim natricũ uiparũque fecerit: itẽ nautrices uiperasque iuuaret salutis suæ cã. sensus ẽ: queadmodũ natrix serpens ueneno necat mortales & queadmodũ phaeton solis curru ut in fabulis est male regẽdo exussit orbẽ terrarum: ita dicebat tiberius caiũ instar natricis futurum ro. po. ueneniũ & instar phætõis orbi terrarum incendiũ & exustiõem: quæ traduntur de phætiõe nõ fabulosa sed historia fuisse autumat plato in thimeo afferens ꝑ longa temporum internalla fieri celestis circuitus mutatiõem: quã epyrosis hoc est inflãmatio subsequat(ur). ¶ Augur destinatus. paratus electus designat⁹ ut a in principio opis dixit. cæsar flamen dialis destinatus. de collegio augurũ quod apud romanos erat honoratissimũ supra satis multa. inter augures cõstat imparẽ nũerum augurum debere esse. itaque apud rõanos augurum nouem numerus finitus est: ut docet liuius in. x. creabant(ur) ex patritiis & ex plebeiis. habet sacerdotiũ hoc illud maxime insigne: q nõ admitit(ur) uiuenti. augures fuerunt. M. tullius & plinius posterior. ¶ Inaugurare tur. inaugurare & exaugurare uerba sunt cõtraria. est. n. inaugurari nõ solum in augurum numerum ascribi & cooptari sed ẽt in aliud sacerdotiũ consecrari. Ci. de antonio cæsaris flamine quid igit(ur) cessas: cur nõ inaugurare sũme diẽ. uide qui te inauguret. ¶ Ad pontificatũ. romæ fuit collegium põtificum: quos nunc ut inqt liuius minores põtifices appellant. numerus põtificum erat octo qui ex patriciis & plebe creabãtur. Desolata aula. cum nulla esset preter caium masculina ꝓles in aula impatoria.

¶ M. AN. ¶ In auum: Tyberiũ. ¶ Ex q iuxta erant: qui apud illũ gra & auctoritate florebant. ¶ Obsequi studii & obseruantiæ. ¶ Meliorẽ seruum: nullũ minus cõtumaciter seruiuisse. ¶ Deteriorẽ dñm: mĩus bonum: ut seruio placet. ¶ Probrosã: in flagitia & scelera ꝓnam. ¶ Inhibere, ꝓhibere. cõtinere. ¶ Ganeas: turpia loca ad potatiões & libidines q̃sita. ¶ Capillamẽto: galericulo. lu. noctum us adulter tpa sannonico uelas adopta cucullo: ad ꝑsonam nanque dissimulãdã adopto capite noctu adulter uagabat(ur). ¶ Scænicas: ad usũ scænæ quæsitas. ¶ Sagacissimus: callidissimus ꝑagiorum peritissimus. Exitio suo: ad suũ exitũ: cladẽ: iteritũ. ¶ Natricẽ: natrices dñt ut Nonio placet angues natãtes: Ci. sicut. n. tos uultis tantã uim natricũ uiparũque fecerit. ¶ Faetõtem: incendium plinius sed ꝑ utrasque agrippinas maxime q̃ Caium & Domitium Neronẽ principes genuere totidẽ faces generis humani. ¶ Destinatus: designatus. ¶ Augur: augurandi 'peritia a Caldæis ad græcos defluxit: a græcis ad Heturscos: ab his nouissime ĩ latium penetrauit de Augurum numero alio loco. ¶ Inauguraretur: auctoraretur: siue initiaret(ur). ¶ Ad pontificatum nec pontificem maximum

capillamẽtum.

dionysiaci thecnite

natrix

incendiũ phaetontis

numer⁹ augurum ĩpar

ĩnaugurari

numerus põtificum

creatum putes: sed ex aliis unum nam si sic esset maximum addidisset. ¶ Insigni testimonio: pietate iu-
uenis & indole per hunc modum ab auo probata. ¶ Reliquis subsidiis: reliquis ma culæ stirpis subla-
tis. ¶ Ad spē successiōis: ut in familiam & iperium succederet. Iosephus certissimo oraculo Tyberiū cogno
uisse ait fore ut caligula post se imperaturus esset. ¶ Qui successiōis spem. ¶ Amissa: Iunia extincta. ¶ Deq
ea ut eam in uxorem duceret. ¶ Cauit cautum uoluit ipsi eninæ. ¶ Per hanc ennia. ¶ Insinuatus: amicus
& familiaris factus. ¶ Macroni: qui ut idem auctor scribit seiano sublato prætorii præfectus a tyberio ē cō-
stitutus. ¶ Agressus est tyberium ueneno petiit. ¶ Suspitionem retinentis: quasi sentiret sibi adimi ob id
q; matium contraheret: quo minus detrahi posset. ¶ Oppressit: compressis propria manu faucibus stran-
gulauit. ¶ In crucē acto: cruci affixo supplicii genere fortunæ hōis accommodato. ¶ Non de pfecto: parra
to parricidio. ¶ Pietate in parentes & fratres nā Germanicus & ipse tyberii fraude perierat. ¶ Misericor-
dia setus Tiberii. ¶ Inquirere sup ea re questiōem habere. ¶ Exequi: ulcisci. ¶ Voti compote: compotem
dixit quum ad genus referatur quare unde compote potius scriptum reliquerit: ut sit ab eo quod ueteres
hic & hæc potis & hoc pote dixere. Ver. Nec potis ionios fluctus æquare sequendo nec me fugit hodie te
ctum huius uerbi casum esse compos ac communi genere proferri quare compotem figurate dictum uideri
potest ut illud his est de paupe regno. ¶ Germanici patris qui gratissimus fuerat Ciuitati: Iosephus q etiā
populo honorabilis erat & carus propter germanici patris sui uirtutem.

traductus ē: insigni testimonio pietatis atq; indolis quum de-
serta desolataq; reliquis subsidiis aula; Seiano hospite suspe-
cto: mox & oppresso ad spē successionis paulatim admoue-
retur. Quā quo magis cōfirmaret amissa Iunia ex partu. Enniam
Neuiā Macronis uxorē qui tū pretorianis cohortibus pērat
solicitauit ad stuprū; pollicitus & mrimonium suū si potitus
īperio fuisset; deq; ea re & iureiurando & chirographo ca-
uit: p hāc insinuatus Macroni ueneno Tiberiū aggressus ē:
ut quidā opinātur: spirātiq; adhuc detrahi ānulū: & quoniā
suspitionē retinētis dabat: puluinū iussit inici: atq; ēt fauces
manu sua oppressit liberto qui ob atrocitatē facinoris excla
mauerat cōfestim i crucē acto. Nec abhorret a ueritate: quū
sint quidā auctores: ipsū postea & si non de pfecto: at certe de
cogitato quōdā patricidio pfessum: gloriato eni assidue: &
in cōmemorādā sua pietate ad ulciscēdā necē mrīs & fratrū
introisse se cum pugione cubiculū Tiberii dormiētis: et mi-
sericordia correctū abiecto ferro recessisse: nec illum: qq̄ sen
sisset: aut inquirere quicq̄: aut exequi ausum.

De imperio Caio Caligulæ Cæsaris.

Sic ipsiū adeptus P. R. uel (ut ita dicā) hoium genus uo
ti cōpotē fecit; ex optatissimus princeps maxiæ pti puincialiū ac
militū q infantē plæriq; cognouerant: sed et uniuersæ plebi
urbanæ ob memoriā Germanici pris: miserationeq; prope

¶ PHI. ¶ Ad spē. ut iam speraret
se successurū tiberio in principa-
tu. ¶ Macrōis. hic est ille macro
cuius opa & ministerio usus est
tiberius i opprimēdo seiano ut
supra diximus. Chirographo ca-
uit. pmisit p chirographū se illā
uxorē ducturū si fieret īperator
¶ Insinuatus. cōciliatus in ami-
citiā quēadmodū insinuatio dī
exordiū: quo sensim surrepimus
aīmis iudicū in cā nō satis fauo-
rabili. ra insinuat quis in amici-
tiā alterius: qn nō recta sed p si-
nus quosdā & quasi diuerticula
intrat in amicitiā latēter & dissi-
mulāter. plau. i amicitiā insinu-
auit cū me. iulius firmicus in. viii.
amicus regis corpis pulchritu-
dine īsinuatus. ¶ Aggressus ē.
in supioribus dictū est: quenad-
modū qdā putarunt uenenū ti-
berio datū esse a caio lētum & ta
bificū. ¶ Retinētis. seneca scrip-
sit tiberiū annulū quē digito exe
merat parump tenuisse: dein rur-
sus aptasse digito. manumq; sini
strā cōpressisse ne eximi posset.
¶ Puluinū iussit inici. hoc de-
claratū est in tiberio. Liberto. s. ti
berii. Ob atrocitatē. cū uideret
tiberiū suffocari. ipsū. caiū caligu
lam. ¶ Si nō depfecto. caligula

Insinuatus

palam pfessus postea est se quidē interemisse tiberiū sed cogitasse de itertimēdo: ex qua cogitatione uideri
pōt parricida. Nāq; uoluntas & cogitatio in crimie maiestatis pinde puniri debet ac scelus effectū. iura. n.
ut scribit iurisco. ad legem iuliam maiestatis cogitatiōem in talibus criminibus puniri uoluerunt: eadē se-
ueritate qua sceleris punitur effectus. sed multa fiunt crimina in quibus nemo patitur penā cogitatio
nis: sicut copiose differitur in canonicis decretis. distinctione prima de penitentia. ¶ Necē matris & fratrū
iam explicatum est quēadmodū agrippina mater caligulæ & eius dē fratres nero & drusus ad necē cōpulsi
fuerant a tiberio: uidebatur itaq; caligula fungi officio pietatis: dum tentat ulcisci necem matris & fratrū.
hoc est. n. munus filii pientissimi ut mortem matris ulciscatur. hoc idem ptinet ad fratrem pium & bonum
ne fratres multos relinquat. igit caligula merito cōmemorabat suam pietatem: dum ulcionē suorū medi
tatur. ¶ Introisse cū pugione. ut tiberiū interimeret ulcisceretur q; mortē matris & fratrū: quos tiberius neca-
uerat. pugio dictus est quod punctum ferit uel quod punctim ferit uel quod pugno continetur. diminuti-
uum pugionis ē pugiūculus. Ci. hispaniensem pugiunculum Cneum pisonē appellat. ¶ Illum. s. tiberiū.
¶ Infantē cognouerant. quū. s. in castris & armis patris fuerat educatus. ¶ Plebi urbanæ. s. exoptatissimus.

Volūtas puniēda

Pugio uñ pugiūculus

¶ PHI. ¶ Afflictæ domus. pessundatæ: i qua germanicus cai pr̃ & agrippina mr̃ & drusus & nero fratres fuerāt extincti. ¶ Funus tiberii pſequēs. Ioseph' sed caius post roma neir tiberii corpus secum adducens iusta ei secūdum morē patriū opulenter magnificeq; celebrauit. ¶ Ardētes tedas. teda arbor est resinā ferēs flammis ac lumini sacroq; grat. auctor plinius in. xvi. īde tedas uocamus faces: q optimæ ex ea arbore fiebant. & cererē deā tediferam portæ uocant: ppterea q tedas dr̃ inflāmasse cū inuestigare & cōquirere uellet filiā pserpinam adite patre abreptā. ¶ Fausta noīa: fœlicitatē significātia & faustitatē hoc n. uocabulo utit̃

Teda

Tedifera

afflictæ dom⁹. Itaq; ut Miseno mouit q̄uis lugētis hitu: & funus Tiberii pſequēs tñ iter altaria & uictimas ardentesq; tædas densissimo: & latissimo obuiorū agmine icessit sup fausta noia; sidus: & pupū: & alūnum appellantium.

De gestis in initio principatus eius.

INgressoq; urbē statim consensu senatus: & irrupētis in curiam turbæ irrita Tiberii uoluntate: qui testamento alterū nepotē suū pretextatū adhuc cohæredē ei dederat ius arbitriumq; oīum rerū illi pmissum est tāta publica lætitia: ut tribus pximis mensibus (ac ne totis quidem) supra centum. lx. milia uictimarū cæsa tradantur. Quū deinde paucos post dies in pximas cāpaniæ insulas traiecisset: uota p reditu suscepta sunt: ne minimā quidē occasionē quoq; mittēte intestificāda solicitudine & cura de incolumitate eius. Vt uero in aduersam ualitudinem incidit pernoctantibus cunctis circa palatium non defuerunt: qui depugnaturos se armis pro salute ægri; quique capita sua titulo

oratius scribēs. Nutrit rura ceres almaq; faustitas. ¶ Appellantiū sydus tanq caius esset quodā ne luti sidus salutare & beniuolum oratius solē asiæ brutū appellati stellasq; salubres appellat cōites. ¶ Et pullum. noīa sūt plena blādimentorū. pulli n. etatis nouellæ sunt. plautus in cassina meus pullus meus passer mea colūba: mi lepus. antiqui pullū uocabāt puerū eius a quo amabat'. unde quītus fabi' cui eburno cognomē erat pp candorē: qd eius natis fulmine icta esset: pullus iouis appellatus ē. ¶ Puppū. puppi a priscis dicebantur puerili teneriores. uarro māmā lactātis sugētem pascere pupū. diminutiuū puppi ē pupulus: quo usus est catullus depredī modo pupulū puelle. Idemtidē puppæ a priscis dicte sūt puellæ. ausonius barbata sed latias uictis alumna pupas. psius prima pducta dixit pupas. p imagunculis puellaribus cū ait. Nempe hoc qd ueneri donatæ a uirgine puppæ. ¶ Alumnū. nutrices blādiētes quos educauerunt alūnos appellant unde illud. caro comes ibat alūno seneca in medea. alūna celerē quo rapis testis gradū. Itē in octaui ?. Cede fatis atq; fortunæ tuæ alūna queso. Laurētius uallēsis. Reprēdit nonū scribētem alumnos dici nō solū q aluntur sed etiam qui alunt negatq; i secūdo significatu repiri. sed laurētiū uallēsē refellit auctoritas priscorū q iouē alūnū cognominauerīt. ab eo qd oīa aleret non aūt qd aleret'. ¶ Alterū nepotē. tiberiū ītelligit cognomēto gemellū. ad quē tiberius pricipatū puēire cupiebat de quo legit' hec historia digna cognitu nec īdigna memoratu. supplicabat tiberi' diis ut signū sibi manifestū ondererētq; nā post eū i ipiū succederet: festinās quidē ut huic nepoti suo tiberio gemello pricipatū relinqret. supplicāti oīnē tale mōstrat' ad eū uidelicet uētuꝝ eē pricipatū. q ad eū sequēti die. i. ex oībus aduenisset hoc tiberius cognoscēs mittit ad huius nepotis sui pedagogū iubēsq; ut prio mane puer ad se pduceret: & cū dies illuxisset ipat ministro ut qsq; foris esset īfantulus eū ad se prim' euocaret. ille egressus caiū repit añ tabernaculū & totius rei ignar' ueni inqt uocat te pr̄. eūq; i tabernaculū introduxit. tiberi' ut uidit caiū tū primū ītellexit maiestatis supnæ potētiā: & qd nō sit i hoīum ptāte de ipu cōstitutiōe decernere. q post paulū his uerbis allocutus caiū o filu īqt cū hēam ppiquiorē tiberiū tñ tibi ex mea snīa deorūq; decreto ipiū tribuo ptātē teq; rogo ut simul tiberiū decores: & ut cōsāguinitati quā debes exhibeas caritatē. & munimē tibi pricipatus æquas adiūctoq; tiberio. Caius p tpe bñ rñdit sed postea ubi ipium adeptus ē tiberiū extimat. ¶ Illi. Caligulæ ut. s. cūcta p nutu moderarer'. ¶ Supra clx. milia. laudari solēt hecatōbæ. i. sacrificia cētū uictimarū. quid uero malus dicti pōtsq quod in principatu caligulæ supra mille hecatōbas facta sit uictimatio hostiarū. ¶ Cāpaniæ īsulas. ut puta pandatariā: pchytam ænariam: pōtias & capræas. ¶ Quoq;. a quolibet ¶ Pernoctātibus. totas noctes p uigilātibus. ¶ Qui capite sua uouerent. In hoc imitabātur exēplū alcestis quæ p marito admeto morti se deuouit: cum pater & mater id recusarēt: qd qdē facinus: ut inquit plato in symposio: tam præclarū noti solum ab hoībus sed ēt a diis est iudicatum: ut reuiuiscendi munus alcestæ concesserint: eamq; ab inferis suscitauerint. tanti studium uirtutemq; circa amorem dii existimant.

pullus

pull' iouis

puppi

pupulus

Alumnus

iupiter alūnus

historia pulchra

uocat te pr̄

hecatōbæ.

Alcestis exemplū

¶ M. AN. ¶ Afflictæ domus: multis cladibus disiectæ. ¶ Altaria: p eius successu diis ad tps extructa. ¶ Victimas: circa aras cæsas. ¶ Fausta: fœlicia bñ pcātia. ¶ Syd': salubre magis q splēdēs ītellige. ¶ Pullū pupū: blādiētium noīa teneræq; ætati accōmodata: Veteres pupos & pupas pueros & puellas dixere. Mar. Dicite pupā gellia quā sit anus: Persius Nēpe qd & ueneri donatæ a uirgine pupæ. ¶ Alūnū: ad illud referri debet qd ī castris dixerat educatū. ¶ Turbe: multitudīs cōcēsu. ¶ Alterū: nepotē drusi filiū. ¶ Ac ne totis: ne integris quidē. ¶ In pximas cāpaniæ īsulas: nauigatiōis cām nō multo post subiciet: Sed ī eo mirū ciuitatis studiū extitit qd p tā parua minimeq; laboriosa nauigatiōe sint p eo uota suscepta. ¶ Circa palatiū: qua parte hitabat. ¶ Depugnaturos se armis: ut suā aut alterius animam diis mānibus pro caligula ex uoto soluerēt.

PHI. ¶ Proposito titulo inscriptione publicata: quæ idicabat si caius salutē pristiam recipet, ipsos mortem ultroneā subituros, apud gallos deuoti sūt tali pene cōditiōe: quos illi soldurios appellat: qui oībus in uita cōmodis fruunt᷑ unā cū his: quorū se amicitiæ dediderunt. Si quid his p uim accidat ut eundē casum una ferāt: ac sibi mortē consciscant, neq; hoīum memoria repertus est quisq̄ qui eo interfecto: cuius se amicitiæ deuouisset: mori recusaret. apud eosdē gallos qui sūt affecti grauioribus morbis quiq; in plis periculisq; uersantur aut p uictimis hoīes imolant aut se imolaturos nouent arbitrātes nō posse deoℛ imortalium numen placari nisi p uita hoīs uita hoīs reddatur. ¶ Cōtēptum. de spectiōem contemptionē q; tanq̄ contemptus esset & despicabilis ¶ Preferēs. apte demonstrans. ¶ Amicitiā eius. ¶ Cai Caligulæ. ¶ Legati cōsularis. supra docuimus qui sint legat' cōsulares ne dicta repeṫatur. ¶ Transgressus euphratē. euphrates fluuius est babiloniā int̄ fluēs olim terminus ro. impii lucanus diuidit euphrates ingentē gurgite mūdum zeumaq; pelleus ductu pōpeii magni terminus ro. imperii oruros cōstitut' ē. assyrii euphratē appellāt amalchan qd significat regium flumē. apud egesippū & iosephum agrippa in orōne quā habet ad iudeos significans ro. impii ꝓpagationem: ait euphratres ex utraq; iā parte romanus ē. ¶ Aquilas & signa ro. pter aquilas q̄ erant principalia

Solduriq

pro uicti mis hoīes

Euphrates

oruros terminus ro. imperii

propositio uouerent. Accessit ad immēsum ciuiū amorē notabilis etiā externoℛ fauor. Nāq; Arthabanus partarum rex odium semper cōtētūq; Tiberii pferēs amicitiam eius ultro petiit: uenitq; ad colloquiū legati cōsularis: & trāsgressus euphratē aqlas & signa Romana; Cæsarūq; imagines adorauit.

De piis & ciuilib' gestis p eū in initio principatus.

INcendebat & ipse studia hoīum omni genere popularitatis. Tiberio cum plurimis lachrymis p cōtiōe laudato funeratoq; āplissime: cōfestim pādateriā & pōtias ad trāsferendos mris fratrisq; cineres festinauit tēpestate turbida: quo magis pietas emineret: adiitq; uenerabūdus: ac p semet in urnas cōdidit. Nec minore scæna hostiā prefixo in biremis pupe uexillo: & inde Romā tiberi subuectos p splēdidissimū quēq; equestris ordinis medio: ac frequenti die duobus ferculis mausoleo intulit. Inferiasq; his annua religione publice instituit; & eo amplius matri circenses;

signa romanæ militiæ: fuerunt alia quoq; signa uidelicet lupi: minotauri: eq: apri: q̄ singulos ordines anteibant. ¶ Cæsaℛ imagines. imaginarii dicti sūt: qui imagines impatoris portabāt i expeditiōibus. auctor uegetius in ii. ¶ Popularitatis. popularitatē a populo dici uoluerūt ueteres: sicut a pōdere pōderitatē. papinius & grati popularitate magnū a populo aduerbiūe populatim: qd significat p populos. & populatia p triumphatoris & puerilibus. laberius populatia agimus p ludū. ¶ Funeratoq; amplissime. sūptus funeris p facultatibus & dignitate defūcti fieri debent: uñ ait ulpianus eū q̄ i funerando locuplete modicū sūmptū fecerit cōtumeliā defūcto fecisse uideri. Caius uero tiberiū utpote pricipē funerauit magnificēter & regie qd iosephus quoq; testat' dicēs. sed caius postq̄ romā uenit tiberii corpus secū adducēs iusta ei secūdū morē patriū opulēter magnificeq; celebrauit. ¶ Pandatariā. ubi cineres erāt materni. ¶ Pōtias. ubi cineres erāt neronis fris. ¶ Tēpestate turbida. tēpestatis uoīe grādines, pcellæ ceteraq; similia itelligunt᷑: q̄ cū acciderit uis maior appellat', hæc ut ait plinius i. xviii. ab horridis sideribus exeūt. ¶ Venerabūdus. cū maxīa ueneratione sicut mirabūdus cū igēti admiratiōe. ¶ In urnas cōdidit. cineres reliquiasq; crematoℛ cadaueℛ i urnis recōdi solita nemo nō nouit. oli reliquæ seueri ipatoris i urnula aurea cōditæ fuerūt: illataeq; i sepulchℛ antōinoℛ. ¶ Scæna apparatu pietatis & ostentatiōe. ¶ Hostiā. ciuitatem cōditā ab anco martio i ora tiberii in ipso maris fluminisq; cōfinio: ut totius mūdi opes illo ueluti maritio urbis hospitio reciperent᷑. ¶ Tiberi. p tiberi. ¶ Duobus ferculis. a ferēdo dicta fercula de qbus supra satis multa. quidā codices hñt forulis. qd placet: tanq̄ caligula in capsulis q̄ foruli dñr ut in augusto dictū est: cineres maternos. fraternosq; cōdiderit: & ita conditos intulerit mausoleo: quod sepulchℛ erat romæ magnificentissimum ab augusto extructū i ripa tiberis. sed de mausoleo satis ad sup diximus in supioribus. ¶ Inferias. iferiæ sunt sacra mortuoℛ: q̄ inferis soluūtur ¶ Matri circenses. in honorē defunctæ matris agrippinæ ludos circenses quot annis celebrati uoluit.

Imagiarii.

populati populatia.

funus p facultatibus

Tēpestas

foruli

Inferiæ

¶ M. AN. ¶ Titulo ꝓposito: uoto in publicū relato fore ut si ille morbo seruatus esset se imolandū traderetur. ¶ Ptæ se ferēs: ostendēs. ¶ Legati cōsularis qui cōsulis uicē i ꝓuincia gerebat. ¶ Euphratē q cappadociā & minorē armeniā ab assiria diuidit orturq; i carantide Armeniæ pfectura ut plī. ait ut domitius Corbulo i mōte aga ut Licinius mutienus ad radices capotis mōtis. ¶ Veneratus ē: Luc. magnus adorato submittat Cæsare signa. ¶ Popularitatis regiminis populo grati. ¶ Padateriā q̄ i puteolano sinu ē: ubi Agrippina extincta ē. ¶ Pōtias: īsulā q̄ Plinio Auctore cōtra formianū iacet littus. ¶ Fris: Neronis qui pōtiis pierat ¶ Venerabūdus uehemēter ueneratus. ¶ Per semet suo ipsius ministerio nec alteri'. ¶ Minore scæna: spectaculo: Biremis qua uehebat'. ¶ Subuectos cineres pōt & subuectus legi ut ad caligulā referatur. ¶ Forulis capsulis ut alio loco diximus siue puteolis. ¶ Per splēdidissimū quenq; subuectos potius q̄ mausoleo illatos intelligas: ut quos illi aduerso tyberi subuexerint: ipse sepulchro religiose itulerit. ¶ Mausoleo: illi sqd in Martio campo Augustus erexerat. ¶ Inferias exequias. ¶ Annua religiōe sacroℛ ritu & instituto quot annis seruato. ¶ Matri maternæ memoriæ. ¶ Circēses ludos.

Carpenta Carpētaīi

¶PHI. ¶Carpentum. carpenta uehicula sunt a quibus fabri carpentarii dicti. existimat ouidius a carmēte euandri matre nomen accepisse. sic. n. ait in fastis. Nā prius ausonias matres carpēta uehebāt. hæc quoq; ab euandri dicta parēte reor. Caius instituit ut in pōpa circensis spectaculi carpentū duceretur sub noīe matris agrippinæ sicut fercula deo℞ immortaliū traducebantur. quod. s. carpentum inter fercula pompatica honoris causa traduceret. ¶Patruum claudiū. qui Caligulæ successit in impio. ¶Equitē Romanū ad id tempus. ita distinguēdum: ut sit sensus: claudiū usq; in illā diem nō ascendiss. supra equestrem dignitatem quāuis patruus esset principis: & frater germanici fuisset. ¶Fratrem Tiberiū. iam diximus Tiberium Cæsarem ex filio Druso nepotem habuisse Tiberium cognomento gemellūque una cum Caio Caligula pariter adoptauerat. unde iure adoptatiōis Tiberius frater erat Caligulæ.

carpētūq; quo ī pōpa traduceret. At ī mēoriā pr̄is septēbrē mēsē germanicū appellauit. Post hæc Antoniæ auiæ quicqd unq̄ Liuia Augusta honoℛ cepisset: uno senatuscōsulto congessit. Patruū Claudiū equitē Romanū ad id tēpus collegā sibi in cōsulatu assūpsit. Fratrē Tiberiū die uirilis togæ adoptauit, appellauitq; principē iuuentutis. De sororibus auctor fuit ut oībus sacramentis afficerent. Neq; me liberosq; meos cariores: quam Caiū habeo & sorores eius. Itē relationibus consulū: quod bonū felixq; sit. C. Cæsari sororibusq; ei⁹. pari popularitate dānatos: relegatosq; restituit. Crīminūq; si qua residua ex priore tēpore manebāt oīum grām fecit. Cōmētarios ad matris fratrumq; suoℛ causas pertinētes: ne cui postmodum delatori aut testi maneret ullus metus: conuectos in forum: & ante clare obtestatus deos: neq; legisse neq; attigisse qcq̄ cōcreāuit. Libellū de salute sua oblatū n̄ recepit: cōtēdēs nihil sibi admissū: cur cuiq̄ inuisus eēt negauitq; se

princeps iuuentutis

¶Principē iuuentutis. cōsimiliter posterioribus tpibus nero cum togā uirilē sumpsisset princeps iuuentutis est appellatus. auctor. Cor. celsus. ¶Oībus sacramentis. ut omni sanctitate ac religione fierent uenerabiles: & quotiens quis aliquid a iureiurando & sacramento uellet affirmare. id faceret iterposito nomine Caii Cæsaris soro℞: quod exēpla subiecta declarāt. ¶Neque me liberosq; meos. hec sunt uerba sacramento℞: quibus sorores suas Caius uenerabiles fecit. his. n. uerbis Romani sacramentū & iniurādum cōcipiebāt: ut testarētur nihil sibi esse carius Imperatore. ¶Relatiōibus cōsulū. relationes cōsulū dīr: qn̄ in senatu referūt aliqd sup quo sniæ patℛ disqrūtur. olim ius qntæ relatiōis cōcessū fuit a senatu Alexādro impatori Romano. maiores nostri auctore seneca: nouam relationē post horā decimā ī sēatu fieri uetabāt. ¶Quod bonū uerba sūt. qbus cōsules exordiebant relatiōes. ¶Restituit. reuocauit in pristinū statū & a dānatiōe relegatiōeq; exemit. ¶Criminū gratiā fecit. cōdonauit crimina remisitq; poenam criminū eo℞ q̄ adhuc residua nec dū iudicata pmanebāt. ¶Cōmētarios ad matris. sensus ē. Caius cōcremauit oēs cōmētarios & libellos: i qbus cōtinebant testimonia ī matrē fratresq; dicta una cū delatōibus q̄ oīa pscripta fuerunt ad Tiberiū cupiētē illos pdere: ut dictū est ī Tiberio. cū prius adiurasset se illa non legisse. tale qddā fecerūt Cæsar & pompeius. Nāq; Cæsar capℛ apud pharsaliā pōpeii magni scrinius epistola℞ itē℞q; apud tapsū scipiōis ea fide optime cōcremauit: neq; i his qd q̄ legit. cōsimiliter pōpeius post interitum sertorii cū ppēna occidisset epistolas oēs cæteraq; sertorii monumēta minime inspecta cōbussit: quis ī illis essent epistolæ clarissimo℞ Rōano℞: q re℞ noua℞ studiosi sertoriū ī italiā clāculū euocabāt. ¶Delatoriq matrē Caii & fratres accusasset apud Tiberiū. ¶Testis. q testimoniū ī matrē fr̄esq; dixisset. ¶Conuectos. cōportatos. ¶Libellū de salute. qdā obtulerat Caio libellū in quo cōtinebātur īsidiæ: quas quidā pabat ad Caiū opprimēdū. ille fretus sua innocentia & bonitate libellū reiecit. ¶Admissum. ppetratum pactū.

Relatiōes consulum

Exēpla de cōcrematis epistolis

¶M. AN. ¶Carpentū uehiculū thensā. ¶Quo ī pōpa qd legēdū potius ut ad carpentū referat nisi quop ī quo sicq; qd minime placet simulacℛ aut qd aliud subintelligi oportebit. nec quo ipse ueheret dixeri. quū diuo℞ effigies & reliqua sacra curribus ipsis in circēsi pōpa traduceretur. ¶Septēbrem germanicum Mar. Germanica℞ magna lux calenda℞ sed urbanissimus poeta ad sua tpa respexit domitianus. n. Germāici cognomen absumpto septembrē mensem & octobrē Germanicum & domitianū ex appellationibus suis nominauit. ¶Antoniæ patris sui Germanici matri. ¶Vno senatuscōsulto uno dixit ne alii alio tpe decreti uiderent. ¶Patruū claudium germanici fratrem. ¶Die uirilis togæ. quo ille uirilem togā sumpsit. ¶Oīb⁹ sacramentis qbus senatus populusq; se p sua salute astrinxisset. ¶Afficerent. eodē religionis affectu consecrarent ut & ipsæ inuiolabiles essent. ¶Neq; me neq; liberos sacramenti formula in quā iurare popul⁹ adactus est. ¶Sorores eius Liuillam: Drusillā & agrippinā. ¶Relatiōibus cōsulū quū cōsules de rep. dicturi essent tali intellige pfatione usos. ¶Popularitate: grato oībus decreto. ¶Restituit: in pristinū statum reuocauit. ¶Criminū: quæ ad se delata essent aut ultro alicui itēta. ¶Residua: de qbus nulla adhuc secuta essent dānatio aut Iudiciū. ¶Oīum grām fecit: oblitterata oīum memoria pœnā remisit. ¶Commentarios codicillos. ¶Testi qui aduersus illos testimoniū dixisset. ¶Vllus metus ulla future ultiōis sollicitudo. ¶Conuectos aut a capreis mari aduectos aut cōlectos potius. hoc est in cōspectū populi medio foro pie⸗ctos. ¶Ante prius q̄ cremaret. ¶De salute sua de iis q̄ ad salutem suā attinerent. ¶Cōtendens affirmās.

¶PHI. ¶Delatoribus aures habere. dictũ aureum & uere bracteatũ: quod si principes sectarẽtur uita mortalium foret beatior & tutior nulla.n. bestia capitalior est delatoribus & susurronibus: qui ubi i aurẽ principis instillauerũt aliquid de natura moꝝq; ueneno: ueteres amici & cliẽtes fidi eliminãtur explodũtur despoliantur: prudẽter igitur & laudabiliter faciebat magnus: qui ex duabus auribus alterã accusatori praebebat: a'teram manu obturabat: ut illa reo illibata cõseruaretur. pceptum senecæ ẽ ne aures habeamus faciles criminantibus. hoc idem pscribit psalmographus pphetа: cum ait sepi aures tuas spinis. ¶Spintrias inuẽtores libidinũ infandaꝝ: dictos esse antiqtus spintrias supra docuimus. ¶Sũmouit. ablegauit ab urbe roma. ¶Scripta senatus consultis abolita: dictũ est i Tiberio queadmodũ historicos quosdã poetasq; affecit supplicio scripraq; eoꝝ aboliri iussit: nunc Caligula rõnem habens & doctrinę & doctoꝝ scripta nobiliũ scriptorum: q prius fuerant sublata requisiuit: uoluitq; passim lectitari. ¶Titi labiẽi. noia sunt scriptorum: quoꝝ quidẽ uolumina ad nepotes nõ puenerũt: sed historia ab uno qdequidem scia: seneca explicat digna cognitu nec indigna relatu: ptinẽs ad huiusce

Delatoribus aures. nõ hũdas

Sepi aures spinis

Spintriæ

delatoribus aures hre. De ciuilib⁹ gestis & moderatõe ei⁹

SPintrias mõstrosarũ libidinũ ægre ne pfundo mergeret exorat⁹ urbe sũmouit. Titi Labiẽi Cordii Cremutii; Cassii Seueri scripta. S. cõsultis abolita reqri & eẽ i manib⁹ lectitariq; pmisit: quãdo maxie sua iteresset ut facta quæq; posteris tradãt: Rõnes ipii ab Augusto pponi solitas: sed a Tiberio intermissas publicauit. Magistratib⁹ liberã iurisdictionẽ; & sine sui appellatione concessit. Equites Romanos seuere curioseq; nec sine moderatione recognouit. Palã adepto equo: quib⁹ aut pbri aliqd aut ignominiæ i esset: eoꝝ qui miriore culpa tenerẽt: noibus mõ in recitatione pteritis; ut leuior labor iudicãtib⁹ foret. Ad qttuor pores

rei enarrationẽ. scribit.n. in sexto cõtrouersiaꝝ queadmodũ res noua & insinuata fuit supplicium sumere de studiis: atq; ista ingenioꝝ supplicia: ut libri cõburrentur: cepisse post Ciceronẽ: quo tpe titi labienti scripta ex senatuscõ. combusta sunt: quã cõtumeliã non tulit labienus: nec supstes ingenio suo esse uoluit: q in monumenta maioꝝ suoꝝ ferri se iussit: atq; illic inclusus eiectus. s. ne ignis qui libris suis & noi subiect⁹ erat corpori negaret. itaq; non tm̃ finiuit seipse sed ẽt sepeliuit. idem factitatũ est i libros cassii seueri. q fuit amicissimus labieni: qui cũ libri labieni ex. S. cõsulto urerent. nũc iqt me uiuũ uri oportet q illos edidici. apud eũdem senecã sit crebra mẽtio cremutii cordi declamatoris pstantissimi. cuius ẽ illa de Cicerone celebrata snia pprias simultates deponẽdas interdũ putabat publicas nunq. uides Ciceronis nõ solũ magnitudine uirtutem sed multitudine quoq; cõspiciẽda in supioribus quoq; habita mẽtio est de cremutio cordo & cassio seuero declamatoribus. ¶Abolita. non tã interdicta q igne cõbusta. ¶Sua itereesset. ad suã ipsius gloriam ptineret quid.n. gloriosius i principe esse põt. q rõnem hre studioꝝ: atq; opam dare ut monumẽta doctoꝝq; scribendo agunt negotia posteroꝝ tradant posteritati. ¶Rõnes impii. pulchꝝ est sequi uestigia maioꝝ: si modo illi recto itinere pcesserint. in hoc laudabilis Caligulã est: qui augustũ imitabatur in publicandis imperii rationibus cum Augustus rationarium confecerit: quo rationes imperii continebãtur idq; in pbulo proposuerit: quæ res intermissa a Tiberio restituta est p Caligulam. ¶Liberam iurisdictionem. libera iurisdictio tunc dicitur a principe concedi magistratibus: quando secundum pscripta legũ iudicare permittuntur nec a principe ipediuntur. meꝝ impium est habere gladii potestatẽ ad aiaduertẽdũ in facinorosos hoies: mixtũ imperium est: cui etiam iurisdictio inest pter uniuersam iurisdictiõem mãdare potest sine sui appellatione. talis potestas pfectis pretorio concessa est. ut appellari ab eis non possit. credidit.n. princeps pfectos pretorio non aliter iudicaturos eẽ: pro sapientia ac iure dignitatis suæ q ipse foret iudicaturus. ¶Sine sui appellatione. ne principem possit appellare & dicere. puoco ad cæsarem. ¶Palam adepto equo. notam equitis hec est: ut inquit asconius ut equum publicum pdat. si aut probrosus inuentus esset aut ignominiosus. Caligula in recognitione equitum hac seueritate usus est: ut equum equiti adimeret in ppatulo: qui ignominia notatus esset aut pbri flagitiiq; coopertus. in his uero puniẽdis exhibuit se moderatum qui leuibus culpis essent obnoxii. illoꝝ.n. noia preteribat: nec usq̃ nominatim compellabat in recitatione. ¶Noibus preteritis. transmissis atq; suppressis: prætерita.n. dicuntur noia: quando in recitatione pretermittuntur neq; recitantur. sicut preteritus dicitur petitor magistratus: qui ptermissus est nec assecutus magistratum. Ci. nunc tantum disputo de iure populi: q & põt & solet nõnũq̃ dignos pterire. nec si a populo pteritus est quem non oportuit. a iudicibus cõdemnatus est: qui pteritus non est.

Suppliciũ de studiis cõbusta labiẽi scripta

snia cordi.

meꝝ ipiũ mixtũ ipiũ

nota eqtis

preteritus

¶M. ¶AN. ¶Spintrias portẽtosaꝝ libidinũ reptores seu artifices. ¶Exoratus: pcibus uictus. ¶Cassii seueri. hũc fabius iter illustres q Romæ fuerũt reponit oratores: de eo quoq; Cornelius plura. ¶Cordi cremutii. de cremutio Trãquillus alibi: Cordus iquit cremutius scribit ne admissũ qdẽ ullũ. ¶Abolita. sublata extincta. ¶Sua ad suã ptineret laudẽ. ¶Rõnes impii. in Augusto rationariũ appellauit: Cõmẽtariũ de impii rõnibus cõscriptũ. ¶Proponii aptũ referri. ¶Sine sui appellatiõe: ut ab illis ad se nulla esset puocatio liberã igit dicere uoluit. ¶Seuere non gra nõ odii rõne habita. ¶Curiose diligẽti cura. ¶Moderatiõe moderata aiaduersiõe. ¶Probri flagitii. ¶Aut ignominiæ notæ alicuius cẽsoriæ: ex auctoratiõis ue ignominiose: cicero cẽsoris iquit iudiciũ nihil fert dãnato nisi ruborẽ: ita ut oĩs ea iudicatio uersef solũ in hoies aiaduersio illa ignominia ẽ: Lucili⁹ q te antiqs nõ sinet delutis maculã atq; ignõmiã ipõere. ¶Noibus preteritis: suppssis: nec recitatõe relatis qd ipsũ leuioris fuit notæ q si apte equ⁹ fuisset adẽptus.

Decuriæ iudicũ quinque

¶PHI. ¶Quintã decuriã. diximus supra queadmodũ iudicũ decuriæ quatuor fuerũt diuo Augusto ordinãte. quartã quoq; decuriã adiecit: Caligula ad superiorẽ numerũ addidit quintã decuriã: ut iudicãtes minori labore afficerentur. quãto. n. plures ordines iudicum sunt tãto minus laborãt. plinius tñ in. xxxiii. aliã cãm afferre uidetur adiectæ p caiũ quintæ decuriæ: quia. s. gregatim isigne anuli eqstris appeti ceptũ erat. ¶Suffragia populo reddere. populus dñs esse solebat trũ regũ magistratuũ. s. creandorũ: legum sanciẽdarũ: bellorũ inferendorũ: auctor Dionysius i sexto. sed re. pu. a cesaribus oppressa potestas oĩs adẽpto populo est & i principem trãslata iuuenalis. iam pridẽ ex quo suffragia nulli uẽdimus effugit curas: nã qui dabat olim imperium fasces: legiões: oĩa nunc se cõtinet atq; duas tñ res anxius optat pannẽ & circenses. caligula ut se populare exhiberet tẽtauit reuocare pristinũ in creandis magistratibus morem: ut. s. p suffragia populi crearentur. ¶Quãq; abolito. supra dictum ẽ irritũ factũ esse tiberii testamẽtum eiusq; extremã uolũtatem ex quo legata quoq; relicta uidebant̃ esse extincta infirmataque sed caius illa cũ fide psoluit legatariis pecunia stati numerata: cũ tamen p calumniã potuisset nõ soluere.

quintã decuriã addidit. Tẽtauit & comitiorũ more reuocato suffragia populo reddere. Legata ex testamento Tiberii q̃q̃ abolito: sed & iuliæ Augustæ qđ Tiberius suppresserat: cum fide ac sine calũnia repræsentata psoluit. Ducentesimã auctõnũ italiæ remisit. Multis icẽdiorũ dãna suppleuit: ac si quib⁹ regnũ restituit: affecit & fructũ oẽm uectigaliorũ & reditũ medii tpis ut antiocho comageno sestertiũ milies cõfiscatũ. Quoq; magis nulli⁹ nõ bõi exẽpli fautor uideret̃, mulierbri libertiæ octogita donauit: qđ ex cruciata grauissimis tormẽtis de scelere pioni reticuisset. Quas ob res iter reliquos honores decret⁹ ẽ ei clypeus aure⁹: quẽ quot ãnis certo die

Ducẽtesima

¶Decentesimã. ducentesima tributũ est & exactio: sicut uigesima quadringentesima centesima & id genus aliarũ publicanorũ fraudes excogitauerũt. cũ ex auctionibus hoc est ex publicis uẽditiõibus ducẽtesima noĩe tributi exigeret̃ a publicanis: eã remisit Caligula cõdonauitq; populis italiæ: ne. s. ex auctionibus ullũ uectigal exoluerũt. in libro annotatiorũ nostrarũ plura pscripsimus de hoc genus uectigalibus iprobis & exactionibus. ¶Incendiorũ dãna: alibi dictũ est queadmodũ præda urbica etiã obnoxia incendio: maximisq; iacturis ex ignis uiolentia afficiebant̃ patres familiarũ. ¶Caligula suppleuit multis sua liberalitate resarsitq; qcquid dãni dederãt incendia. ¶Affecit & fructũ. sensus ẽ Caligula regibus ablata p Tiberium regna restituit & pariter fructus oẽs & uectigalia reddidit: quæ p totum id tps: quo regno caruerant i fiscũ redacta fuerãt: attende elocutionẽ insinuatã affecit fructũ, p eo qđ est refecit & reddidit.

Vectigalia

¶Vectigaliorũ & redditũ. uectigalia sũ publici redditus: redditus uero sũt priuata uectigalia: & ita utrũq; distinxit disparauitq; tranquillus: pinde ac diuersa: quis & interdum uectigalia pro redditibus priuatis accipiant̃ oratius. ego uectigalia magna diuitiasq; habeo tribus amplas regibus. Ci. ex meo tenui uectiga'i aliquid enam redundat: uectigaliorũ dixit: ea formula qua saturnaliorũ bacchanaliorũ uialiorũ ueteres dixerunt.

Vectigaliorum

comagenũ medicamẽtum

¶Antiocho comageno. comagene syriæ pars est a qua dicitur medicamentum comagenum: quod fit ex adipe anserũ cum cinnamomo casia pipere albo & herba: quæ comagene uocatur: obrutis niue uasis odore iucundo: utilissimum ad perfectiones: conuulsiones: cecos aut subitos dolores. ¶Cõfiscatum. in fiscum ipsius imperatoris redactum. ¶Nullius non. adest omnium exemplorum bonorum: ¶De scelere reticuisset. lau data est monumentis historicorũ leena: quæ usq; ad mortem excruciata a tyrannis non prodidit consilia harmodii de aristogitonis & tyrannicidio. quamobrem athenienses eam honorare uolentes: animal eius nois facere: atq; ut intelligeretur causa honoris i ope liguã addi ab artifice uetuerũt. epicharis quoq; libertina mulier in coniuratione aduersus nerõem nominata nullis cruciatibus nullisq; tormentis peruinci potuittur coniuratos proderet. tantaq; fuit fœminæ constantia: ut illam non uerbera non ignes non ita tortorum peruicerit: quin obiecta denegaret: priusq; spiritum expressit q̃ uocem ad detegendam coniurationem.

Cõstãtia fœiarũ in tormentis

¶M. AN. ¶Quintam decuriam. plinius aliam affert causamq; ut leuior esset iudicantibus labor postea inquit gregatim id insigne appeti coeptũ: propter q; hæc discrimina. C. princeps decuriam quintam adiecit: ¶Comitiorũ more. ueteri comitiorum ratione: quã cæsar dictator ut suo ostendimus loco partitus cũ populo comitia primus inuerterat. ¶Legata tiberii: quæ tiberius testamento legarat. ¶Quãquã abolito. testamento qđ confestim eo defuncto pro irrito publico decreto est habitũ. ¶Sed & iuliæ legata. ¶Sine calũnia: sine cauillatione. ¶Ducentesimã. uectigalis siue tributi genus: ut quadragesima quinquagesima centesima & alia exactionũ genera publicanorũ fraude ut cornelii utar uerbis excogitata manet ille inquit abolito quadragesimæ quinquagesimæq; & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani inuenerũt. plinius quoq; in panegyrico ad hadrianũ & ipse uicesimæ meminit. ¶Incendiorũ damna eorũ preciumq; incẽdio consumpta essent. ¶Regna restituit quæ a tiberio fuerãt plerisq; adempta. ¶Affecit. adiunxit: addidit medii tẽporis quo ille regni possessione caruisset. ¶Antiocho comageno: alium intelligas oportet & ab eo diuersũ qui ut Iosephus scribit tyberii principatu prit post cuius obitũ ob discordiã plæbis & nobiliũ Germanicus in orientem fuerat missus: comagena aũt regio est euphrati pxima: ut Plinius refert cui Strabo astipulatur: deinde Euphrates inqt ad austrũ flexus confiniis iungitur: Cappadociãq; quæ ad dexterã relinquit ad sinistram comagenorũ confinia. ¶Cõfiscatum. fisco illatum. ¶Nullius non. omnium.

PHI. ¶ Collegia sacerdotũ: ut puta pontificum augurum: saliorum. ¶ Modulato: musico rythmisque poeticis numeroso ac uenusto. ¶ Palilia uocaretur: palilia sunt feriæ dicatæ pali pastorali deæ: a cuius nomine palilia dicta palilibus: q erat dies uigesimus aprilis romulus cõdidit urbẽ romã: lege q a nobis copiosissime scripta sunt de palilibus in.iii. ꝑperni cõmẽtario: sensus est tanq iterũ roma condita fuisse uidetur in cai principatu esset: q ipse instar romuli alter urbis cõditor: adeo decretũ est: ut palilia dies ille appellaretur: quo accepisset imperiũ: palilia numero tantũ pluratiuo & neutro genere dicuntur: sicuti saturnalia: paganalia uinalia: & id genus alia. ¶ Septimo idus easdẽ: usq ad septimũ diẽ ianuarii. ¶ Nouissimos: ultimos cõsulat⁹. Marcus uarro li.u. de lingua latia ad ciceronẽ sic inquit. qd extremũ dicebatur ẽ dici nouissimum cœptũ uulgo: qd mea memoria: & ælius sic senes: alii qd nimis nouum uerbũ esset uitabãt. cuius origo ut a uetere uetusti⁹ & ueterrimũ sic a nouo declinatũ nouis & nouissimũ. au. gellius affert li. ix. noctiũ atticarũ. Mar. ciceronẽ abstinuisse uerbo isto nouissimo: tanq nõ latino: sed qd sit cũ honore multo dictum. au. gelii hominis doctissimi: id minime uerũ uidet̃ cũ apud ciceronẽ hãc dictionẽ q̃ ẽ nouissimus iuenerimus: cuius uerba ex oratore ascribẽda putaui: quæ hæc sunt nisi mẽdũ sit in codicibus. Nec in hac mõ res: q ad uulgi sensum spectet & ad auriũ uolupta

palilia

nouissimũ

collegia sacerdotũ in capitolium ferrẽt senatu ꝓsequẽte: nobilibusq pueris: ac puellis carmine modulato laudes uirtutũ eius canẽtib⁹. Decretũ aũt ut dies quo cepisset iperiũ palilia uocaret̃: uelut argumentũ rursus conditæ urbis.

De cõsulatib⁹ p eũ gestis: & de liberalitate eius ad populũ.

Consulatus quattuor gessit: primũ ex calendis ianuarii p duos mẽses: secundũ ex calẽdis ianuarii p triginta dies: tertium usq in idus ianuarii. quarũ usq vii. idus easdem. Ex oĩbus duos nouissimos cõiunxit. tertiũ autem lugduni iniit solus. non ut quidam opinantur superbia negligentiaue. Sed quod defunctum sub calendis diem collegam rescisse absens non potuerat. Congiarium populo bis dedit trecenos sestertios. Totiens abundantissimum epulum senatui equestrique ordini etiam coniugibus ac liberis utrorumque. Posteriore epulo ex forensia insuper uiris: pueris: ac feminis fasces purpurũ: ac conchilii distribuit. Et ut læticiam: publicam in perpetuũ quoq augeret: adiecit

¶PHI.¶Narcissum:de narciso & pallante libertorū claudii potētissimis crebra mētio est apud eruditos:scribit tacitus pallanti pretoria insignia & centies quadragies sestertium decreta fuisse:alibi de eodē ait:flagrātissima eo i rpe gratia pallas:idē narciso quoq; questoria īsignia decreta fuisse tradit:idē de eodē inquit liberto oīa obedirebāt:hinc a iuuenale dictū satyrice & mordaciter possideo plus pallāte & licinis:itē alibi nec diuitiæ narcisci indulsit cæsar cui claudius omnia cuius paruit iperiis uxorem occidere iussus:narcisum domini dn̄m fuisse dixit sextus aurelius.¶Questoriis pretoriisq; ornamētis:questoria ad narcisum pretoria ad pallantē īsignia sunt referēda:hinc exiit illud plinianum:& nos adeo potiri rerū uidimus:ut pretoria quoq; ornamēta decerni a senatu iubēte agrippia claudii cæsaris uiderim⁹ libertis.¶Querēte:lamētāte.¶A duobus libertis:narciso & pallāte:de hoc sic refert sext⁹ aurelius adeo diuites narcissus & pallas:ut causante eo inopiā fisci lepidissime famoso elogio uulgatū sit abūde ei pecuniam fore si a duobus libertis i societatē reciperet.¶Addictus:subiectus manciparusue.¶Sed ministrū egit. Tacitus i hāc sniam scribit:i aio claudii pricipis nō iudiciū nō odiū fuisse nisi idita & iussa.¶Cōpēdio:lucro:sextus aurelⁱ⁹ ita liberti eius sūmā ptātē adepti stupris exilio:cede,pscriptiōib⁹:oīa fedabāt.¶Reuocatas libertates:ut ubi cā si cui gēti libertatē cōcessisset eā reuocabat uolētib⁹ uel uxoribus uel libertis.¶Eius iudicia rescissa:nihil turpius dici pōt:q̄ qd iudicia principis rescidere⁹ ex uolūtate uxoris & libertorū:Cōtra philippus macedonū rex cū machetæ cām iniq; iudicasset cognouissetq; paulo post se iniq; iudicasse iudiciū qdē nō rescidit:sed estimationē litis ipse persoluit.¶Suppositos officiorū codicillos exēpli causa:si claudius ticio cuī aliqd dedisset:uxor aut liberti subiciebāt uel imutabat diplomata & codicillos:i quibus mos ē perscribi nomē eius:q accepit officium:unde de claudio merito dici id poterat qd diocletian⁹ dicere solebat nihil esse difficilius q̄ bene imperare.colligunt enim se quattuor uel quinq; atq; una cōsilium ad decipiendū imperatorem capiūt:impator q domi clausus est uera nō nouit:cogit̄ hoc tm̄ scire:quod illi loquūtur:facit iudices,quos fieri nō oporteret:amouet a re pu.quos debeat obtinere:denique optimus uenditur imperator quo circa clarissime Annibal ēt atq; ēt circūspicito:ne ministri tui te ignaro q̄cq̄ sub noīe tuo perperā moliāt:ne dicant te iussisse id qd minime iusseris:ne afferāt te id uelle:quod minime uelis:quod si tibi ministri sunt egregie fideles:sicut profecto sunt:tibi i domesticis tuis rebus sint diligētes:de his uero rebus q̄ ad aliquam partē rei pu.pertinebūt nequid attingāt:nō discurrent nō satagāt nō susurrēt in aures magistratuum uel hoc uel illd̄ deposcere:nisi tu preceperis:& ut semel finia facito ne tui tā scribæ q̄ asseclæ fumos uēdāt

Exēplum philippi

Nihil difficilius q̄ bn̄ īperare

Protrepticon

Saluberrima monitio

ne pecuniæ causa lędant tuā estimationē neue a prescripto tuo ne digitum quidem transuersum recedant: sæpe enim bonus princeps ob malos ministros infamatus sigillatusq; est: mea erga te obseruantia fecit: ut longior forem in monendo & si scio te non egere alienæ monitionis cū per te ipse sapias: desq; operam ut qui in famulatu tuo sunt hi omnes sint & bene morati: & bene instituti: tamen non inuitus addidi calcaria spōte currēti: tuq; id oē quod me precipere cogit doctoris affectus boni cōsules: sed iā ad ꝓpositū redeam. ❡M.AN. ❡Narcissum: ab epistolis ut a studiis dixit sic & pallantem a rationibus: cuius cornelius meminit. ❡Quæstoriis prætoriisq; ornamentis: idem Tacitus auctor est quæstoria narcisso decreta fuisse insignia ❡Acquirere & rapere passus ē subaudi. ❡A duobus libertis. pallante & narcisso. lu. ego possideo pl' pallante & Licis Pli. multos post pallantē calistū & narcissum cōpēdio cōmodo. usu. lucro. ❡Exercitus: exercituū administratione minima quæq; exempla uidelicet licentiore illorum administrationis sed. ❡Libertates: urbibus sine populis concessas. ❡Rescissa iudicia: ab eisdem libertis aut uxoribus.

aut etiam palā immutatos datoꝶ officioꝶ codicillos: Appium Syllanū cōsoceꝶ suū: Liuiasq; alterā Drusi: alteram germanici filiā crimine īcerto nec defensione ulla data occidit. Itē. Gn. Pōpeiū maioris filiæ uiꝶ & . L. Syllanū minoris spōsum. Ex qbus Pōpeius ī concubitu dilecti adolescētuli confossus ē. Syllanus abdicare se prætura ante. iiii. calē Ianuarias: moriq; initio anni coactus. Die ipo Claudii & Agrippiæ nuptiaꝶ: in qnq; & . xxx. senatores trecētosq; amplius eqtes Ro. rāta facilitate animaduerterit. vt de nece consularis uiri renūciāte cēturiōe factū eē qd̄ iperasset: negauit. qcq̄ se iperasse: nihilominus rē cōprobaret. Affirmātibus libertis officio milites fūctos qd̄ ad ultionē Impatoris ultro procurrisset. Nā illud oēm fidē excesserit: qd̄ nuptiis: quas Messalina cū adultero Silio fecerat: tabellas dotis & ipse cōsignauerit īductus q̄si de īdustria simularent ad auertēdū trāsferendūq; piculū. qd̄ imminere ipsi per quædā ostenta portenderetur

De forma et statura eius.

Consoceri

❡PHI. ❡Consocerum: consoceros uocant: quorum filii inter se matrimōio copulati sunt uerbi gratia ego illi cōsocer sum & ille mihi consocer est: cuius filio filia mea nupsit: cōsocerū claudii appium syllanū appellat. ꝓpterea qd̄ octauia claudii filia despōsata fuerat syllano appii syllani filio: uis exemplum consocerorū clarissimū: id euidenter exhēt illustrissimi pater tuus & dux ferariensis: qui sunt inter se cōsoceri: cū alter socer sit uxoris tuæ alter socer tuus: prosocerū nēro

prosocer abiocer

& abiocerum eodē iclinatu dicim' quo proauū & abauū. ❡Alterā drusi: de hac liuia drusi extimo sensisse. pli. sic scribēt li. xxviiii. iam uero & adulteria ē in principū domibus: ut euidēs ī liuia drusi cæsaris. ❡Alteram germanici: supra dixit tranqlus germanicū ex uxore agrippina suscepisse tres filias agrippinam drusillam & iuliam continuo triennio natas. ❡Maioris uirum: supra dixit antoniam claudii filiam. Cn. pōpeio nobilissimo iuueni nupsisse. ❡Minoris sponsum: cui octauiam filiam natu minorem claudius despōsauerat. ❡In concubitu adolescētuli: apd̄ ualeriū legimus. Cor. gallū & quintū eterū eqtē romanū in concubitu pueroꝶ interiisse: sed nō aliena manu cōfossos: sicut pōpeius hic cōfossus fuit. ❡Abdicare se prætura

Qui ī ueneree obierunt

Cor. tacitus super hoc sic refert syllanus insidiaꝶ nescius ac forte eo anno prætor repente per edictum uitelli ordie senatorio mouetur: adactusq; eiurare magistratū: & reliquū præturæ dies ī epuū marcelliū collatus ē. ❡Mori coactus. Cor. tacitus die nuptiaꝶ claudii & agripinæ syllanus mortē sibi cōsciuit: siue eo usq; spē uitæ ꝓduxent: seu delecto die ad augendā inuidiā: caluina soror eius italia polsa ē. ❡Negaret. quicq̄ se iperasse. Consimile ē & cōpar id claudianū facinori illi īperatoris seueri: q cū occisi eēnt suo noie nōnulli se excusabat: & post eoꝶ mortē negabat fieri iussisse qd̄ factū erat. ❡Animaduerterit: puniuerit: inde animaduersiones penæ & supplicia dicūtur. ❡Vltro: ēt sine iussu imperatoris. ❡Tabellas dotis cōsignauerit: iuuenalis. signatæ tabulæ dictū feliciter & tacitus ait adhibitos esse a messalina nubēte silio q obsignarēt: sed hoc uix credibile uideri potest: qd ipsemet claudius suo annulo signatorio signauerit tabulas dotales: de dote quā messalina nubēs silio constituebat. ❡Ad transferendū periculū: sensus ē ex quibusdā portētis arioli ꝑdixerāt periculū īminere īperatori: quod ut claudius propulsaret in alterūq; transferret permisit ut messalina nuberet silio: ut ita in silium tanquam in imperatorem periculum ipsi imminens transferetur: nam quemadmodum licebat apud antiquos consuli & prætori pro se alium ciuem deuouere. ita periculum transferri posse putabatur ab uno ad alterum.

❡M. AN. ❡Consocerum: ob octauiā dixit syllani filio locatā. ❡Iulias: quas iulias dicat nō intelligo: neq; enim drusus qui claudii fuit pater: iuliam filiam habuit neq; germanicus frater: sed uterq; liuiam filiā q̄ ꝓpter liuias esse legendū contenderim nō iulias nec ē cur aut ex druso tiberii filio aut altero qui fuit Germanici quē dānatū tiberius in parte palatii necauit eas natas suspiceris neutrum enim filiam ullam tulisse ꝓditum est nec eas genitas Claudii filiis quorum hic drusus ille Germanicus primo mox britannicus est dictus & enim alter in prima pubertate periit uxore non dum ducta. Alter Claudio iam principe natus ita: ut uix ipse non modo filiæ per ætatem in Crimen aliquod maiestatis alterius ue flagitii deuocari potuisset. ❡Defensione data: concessa se defendendi facultate. ❡Maioris filiæ: Antoniæ. ❡MI

noris filiae octauiae. ¶ Initio anni: anno ineunte triduo postq̃ magistratus abire iure iussus erat. ¶ Die nu pti quo agrippinā uxorem duxit. ¶ Facilitate: adeo leui de cā. ¶ Excesserit: maius .q.d. alienatae mētis exemplum q̃ fides ulla haberi possit. ¶ Consignauerit: subscripserat q̃si testiū un⁹. ¶ Auertēdū: ad depellē dum. ¶ Transferēdū in alterius caput & uita detorquēdū. ¶ Ipsi claudio & haec persuasionis ratio.

AVctoritas dignitasq; formae nō defuit uel stāti uel sedēti: ac pcipue qescēti. Nā & plixo: nec exili corpe erat: & specie caniciēq; pulchra: opimis ceruicib⁹ caeterū & igredientē dstituebāt poplites min⁹ firmi: & remissē qd uel serio agētē multa dhoestabāt: risus idecēs: ira turpior spumāte rictu humētibus naribus: plectra liguae titubātia

¶ PHI. ¶ Auctoritas non defuit. Oporter in primis imperatorem esse auctoritate preditum: ac ueluti maiestate uenerabilē: attrahit enim ut iquit uerissime filius maiestas eterna ducē: imperatore ait cicero in primis eē oportere auctoritatē: quā in pōpeio magno titam fuisse refert ut mithridates sola pompei auctoritate cohibitus sit & tigranes retardatus: dignitas aūt formae cumulat auctoritatem in principe: qui uenerabilior quodāmodo fit ex statura imperatoria: qualem i pertinace iperatore fuisse prodidit iulius capitolinus. ¶ Vel stanti: quidam sedentes prae se ferūt maiestatem: qua stantes destituuntur: aliorum status ē reuerendus: sessio parum decora: sed claudium siue staret siue sederet siue quiesceret subsequebatur decor & dignitas. precipit cicero ut status in nobis sessio accubatio incessus uultus oculi manuum motus: teneāt illud decorum: q̃ graeci τὸ πρέπον nocant. ¶ Prolixo nec exili corpore: significat claudium fuisse longa statura neque tamen gracilē cum multorum: qui longa statura praediti sunt corpus gracile esse soleat. longa autem statura ut in iuuenta decora est sic matura senectute conficitur: sicuti docet hippocrates in aphorismis & reperitum est a cor. celso in secundo de medicina. ¶ Specie: sicut facies a faciendo: ita species a speciendo dicta est: prisci enim specio & spicio dictitabant: quod nos aspicio: unde spectionē p aspectione in anguriis nominauerūt: hinc ēt dictū specillum: quo oculos inungimus. quibus specimo s: ut iterpetat .M. uarro: de quo specillo ait plinius in septimo: super oēs. C. aulius medicus dū iungit specillū per oculum trahens: cor. ce'sus i sexto specillo super oculum indicatur: idem inducat specillū nō solū ad oculos pertinere: sed etiam ad alia genera morborū: ait enim in quinto ante omnia demitti specillū in fistulam conuenit: ut quo tendat & q̃ alte puentat scire possit: species ergo a speciēdo dicit pulchritudo & forma: & ut ait pacatus in panegyrico. augustissima queq; species plurimū creditur trahere de celo a specie speciosum pulchrū formosumq; noiamus species in alio significatu dialecticorū notissima est: quae generi subiicitur. cicero tamē nō species dicere uoluit: sed formas: unde speciale deriuatur: quod significat nō tam particulare q̃ pprium & ueluti peculiare sicut ait iulius capitolinus macrianorū familiam id speciale semper habuisse: ut alexādrum magnū in auro & argēto exculptū semper haberent. Dici & species latino uocabulo ipsa aromata sicut etiam uulgo uocitantur testis est macrobius: qui sic ait in ultimo saturnalium: species & acres & calidae superficiem cum apponitur exulcerant: hyeronimus quoq; in omelia in canticum canticorum. dixit aromata quidem species esse: sed nō simpliciter: addidit .n. species pigmētorum: praeterea species pro pretexto & quodā quasi uelamēto quis est qui ignoret. ¶ Caniciae: causa caniciei est inopia caloris sicut causa caluitii est inopia humoris calidi. auctores aristoteles in quinto de generatione & albertus magnus in .xviii. de animalibus. ¶ Opimis: pinguibus & crassis. ¶ Ceruicibus: antiqui pluraliter tātum ceruices appellabant primus uidetur hortensius ceruicem singulariter dixisse: sicuti docent quintilianus & uarro. ¶ Poplites: partes sunt sub genibus scribit plinius elephantum poplitem intus flectere hominis modo caetera animalia in diuersum. ¶ Remisse: soluto animo & relaxato aduerbium ē. ¶ Serio: seuere grauiter citra iocum: serietas usurpatur a sidonio. ¶ Dehonestabant: dedecorabant. ¶ Risus indecens: catullus risū soluto nulla res ineptior. ¶ Ira turpior: iram sapientes breuem insaniam esse dixerunt: hinc illud oratianū ira breuis furor est animū rege. ¶ Spumāte rictu: irascentium signa sunt: ut inquit seneca li. pri° de ira: multus toto ore rubor: flagrantes oculi: uocibus sermo pruptus: feda uisu & horrenda facies: multaq; alia sunt inter quae gelius numerat ex auctoritate plutarchi: os turbidū in spumā ruboremue efferuescēs: claudiū āt habuisse os spumabūdū iudicat ēt iuuenalis illo uersu: manantia labra saliua. Rictus āt est ex transuerso oris patefactus: ut docet lactantius in libro de opificio: rictū etiā ferarū dici testatur marcialis cum ait: Rictibus his tauros nō eripuere magistri. ¶ Humentibus naribus: pōt cōnecti cum eo: quod ait ira turpior. ut ex hoc intelligatur irae turpitudo: quā rictus spumans & nares humentes comitabātur: quod si seiūctim legas: refertur ad reumatismos nasi: quibus obnoxia est senectus: hinc illud madidiq; infantia nasi. ¶ Plectra linguae. romani linguā similem plectri: dentes cordarum dicere solebāt: prout docet cicero in .ii. de natura deorum: cui astipulatur ambrosius sic scribens libro .vi. examero: lingua uelut plectrum loquentis & quaedam edentis est manus: qua defluentem cibum dentibus suggerit & suminustrat: igitur eleganter plectra linguae dixit tranquillus fuisse in claudio titubantia. cum significare uellet linguae titubationem: qua laborant senes: uetus codex scriptum habet plectra: & ita legendum censeo: quamuis nonnulli dictionem illam expugnant tanq̃ superuacaneam: plectrum āt dici instrumentum: quo corde plectuntur a cytharedo: idest feriuntur: nemo est q nesciat: unde & illud epigrammatici poetae: exornant docilem garula plectra lyram.

¶ M. AN. ¶ Auctoritas: grauitas & maiestas quaedam. ¶ Stanti ue' sedenti: Claudio. ¶ Opimis: pleni oribus. ¶ Destituebant: langore & uacillatione retardabant. ¶ Poplites. Auersae genu partes supra suras quo potissimum loco consistit omnis crurum femorumque agilitas. ¶ R mis

Forma cumulat auctoritaté

Decorum

Longa statura

Specillum quid

Species

Spés aromata

Cā caniciei

Poplites

Serietas

Irascentiū signa

Rictus

Rheumatismus

Lingua plectrum

caputq̃, tũ semp: tũ i quãtulocũq; actu: uel maxime tremulũ

De ualitudine eius.

Valitudine sicut olim grauizita princeps pprospera usus ẽ excepto stomachi dolore: quo se correptũ etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.

De conuiuiis & aliis gestis eius.

Conuiuia agitauit & ampla & assidua ac fere patentissimis locis: ut plærũq; sexcẽteni simul discũberẽt. Cõuiuatus & sup emissarium fucini lacus: ac pene sũmersus: quũ emissa ĩpetu aqua redundasset. Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris puellisq; nobilibus qui more ueteri ad fulcra lectorũ sedẽtes uescerẽtur: Conuiuæ qui pridie scyphum aureum surripuisse existimabatur reuocato in diẽ posterum calicem fictilem apposuit. Dicitur etiã meditatus edictum quo ueniam daret; essatum crepitumq; uentris in conuiuio emittendi: Quũ periclitatum quẽdam præ pudore ex cõtinentia reperisset.

De cibo & potu & luxuria eius.

Cibi uiniq; quocũq; & tpe & loco appetentissimus.

se minus uehemẽter ¶ Serio: intentius. ¶ Ridiore. ¶ Titubantia: ĩfirmitas crebérq; fibrarum motus. ¶ PHI. ¶ Caput tremulũ. claudii caput tremulum fuisse iuuenalis quoq; ĩdicat sic scribẽs de claudio. ille senis tremulũq; caput descendere suasit: præterea sicut ĩ superioribus annotaui senex maxime tremuli sunt obnoxii: q; tremori membrorũ. ¶ De cõsciscenda morte: maiores nostri tris asperrimos cruciatus eẽ iudicauerunt primũ calculorum a stillicidio uesicæ proximum stomachi: tertiũ eorũ qui in capite doleant: existimat auicena stomachũ causam esse omniũ corporis egrotationis: unde merito stomachus pater familias dici meruit: quasi omne animal solus gubernans ex quo est illud a quinto sereno luculẽter dictũ. Qui stomachũ regẽ totius corporis esse contendũt uera niti ratione uidentur: legimus apd pliniũ olim caium proculeium augusti cæsaris familiarem ĩ maximo stomachi dolorẽ gipso poto cõsciuisse sibi mortem: unde mirandũ nõ est si claudius dolore stomachi correptus cogitauit de morte sibi inferenda. Qui stomacho laborat is dicit̃ stomachicus: plinius ait ĩ. xxv. helleborum mederi stomachicis: apud eundẽ remedia sunt ad stomachi dolores rosiones & rheumatismos: sic. n. fluctiones appellantur. ¶ Conuiuatus super emissariũ. Cor. tacitus quin & cõuiuiũ effluuio fucini lacus appositum magna formidine cunctos affecit: quando uis aquarum p̃ orũpens: conuulsis ulterioribus fragore etiam sonitu exterriti. Emissariũ ãt appellat ipsam emissionẽ & effluuiũ ab emittẽdo dictum: plin. xxxii. emissaria in his quina pedum quadratorũ ternũ fere linquuntur: & repleto stagno excussis obturamẽtis erũpit torrẽs tanta ui ut saxa prouoluat. ¶ Fulcra: fulcrum a fulciendo dici docet seruius enarrãs illud maronianũ: lucent genialibus altis aurea fulcra thoris: sunt enĩ fulcra spondæ lectorum quibus fulciuntur: id est sustinentur: legato lecto fulcra quoq; cõtineri ait ulpianus libro tertio de legatis. ¶ More ueteri: mos habebatur principũ liberos ut docet tacitus: cũ cæteris eiusdem ætatis nobilibus sedentes uesci in aspectu propinquorum propria & parciore mensa. ¶ Cõuiuæ qui pridie: hunc quidam ouinniũ: alii titũ iuniũ nominatũ fuisse prodiderũt: de quo hæc plutarchus in galb: aĩt ouinius apud claudiũ cæsarẽ cenaret argenteũ poculũ clam sustulit: quod cæsar cũ audisset rursus postridie ad cœnã inuitauit: qui cũ uenisset iussit ministris: ut nullũ illi argenteũ poculũ: sed fictilia omnia apponerent: de eodẽ cor. tacitus hæc. T. iunius seruilius ioco respersus ẽtãq̃ scyphũ aureum ĩ conuiuio claudii furatus: & claudius postero die solũ omniũ iunio fictilibus ministrari iussit: hic mox ex procõsulatu galliam narbonẽsem seuere integreq; rexit. ¶ Scyphum aureũ: scyphus genus poculi est & peculiariter herculi dicatus sicut libero patri cantharus: auctor macrobius in. v. saturnalium de quo ait poeta: & sacer implenit dextram scyphus alexandrum magnũ intemperantia bibendi & ille herculaneus & fatalis scyphus condidit: sicuti testatur seneca li. xii. epistolarum moraliũ: qd aũt scyphus sit potui paratus & inter pocula numeretur ostendit sceuola iuriscõsultus titulo de auro legato. ¶ Efflatum. plinius ĩ. xxviii. sub obscure simul & eleganter ostendit nephas fuisse in conuiuio uentris crepitũ emittere: quod uulgo dicimus pedere: uerba plinii hæc sunt per mẽsas uetabatur munditiarum causa deflare: claudius tamen existimabat licere in conuiuio pedere hoc ẽ crepitũ uẽtris emittere: & hoc ex sententia stoicorum: qui aiunt crepitus uentris: æque liberos ac ructus esse oportere. ¶ Periclitatũ: adisse periculũ alias periclitatum dicimus expertũ. ¶ Ex continentia: dũ cõtinere uult crepitum quod pudibundi officiũ ẽ: cũ tamen talis continentia res noxia iudicetur: hinc illud iocose dictũ ab epigrãmatario poeta: pedere te malẽ: namq; hoc nec inutile dicit simachus: & risum res mouet ista simul. ¶ Quocunq; tempore: diogenes cynicus interroganti qua hora prãdẽdũ foret respondit: si diues est prãdeat quando uult si pauper quãdo põt: & profecto optimũ solatiũ ẽ uenter: ut dicebant plærq; cũ latrat & instat ut creditor illi dandus est cibus indifferenter. ¶ Et loco: idem diogenes dictitabat si prandere nihil mali est nec in foro prãdere malũ est: non est aũt malum prãdere: nec in foro quidẽ prandere malũ est.

¶ M. A. N. ¶ Maxime tremulũ: iu. ille senis tremulũq; caput descendere suasit in celũ & lõge manitia labra salutu. ¶ Fulcra: sustentacula a fulciẽdo sed fulcrũ pro ipso quoq; lecto ponit̃ Ju. genium contendere fulcri. ¶ Scyphum aureum. scyphus peculiare herculis poculũ ut liberi patris Cantharus: macrobius est auctor. plutarchus epoto non dum Herculis scypho. ¶ Calicẽ fictilẽ: optimi calices ex sagunto: ut plinius ait. op

Tres asperrimi cruciatus

Stomachus pr familias

Mors proculeii

Stomachicus rheumatismiq.

Fulcrum

Lepidum exemplũ

Scyphus cõdidit alexandrum

Per mẽsas uetabatur deflare

Crepitus uentris liberi

Optimũ solatium est uenter

pido hispaniæ. Mar. Sume saguntino pocula ficta luto. Iu. & lagenam saguntinam celebrat pugna saguntina feruet commissa lagena. ¶ Periclitatum uitæ periculum adisse.

Cognoscēs quondam in Augusti foro uictusq; nidore prandii. qđ in maxima Martis æde salus apparabat; deserto tribunali ascendit ad sacerdotes; unaq; discubuit. Nec temere unquā triclinio abscessit; nisi distentus ac madens; & ut statim supino ac p somnum hianti pinna in os inderet ad exonerādū stomachū. Somni breuissimi erat. nā ante mediā noctē plerūq; uigilabat; ut tamē interdū nōnūquam in iure dicendo obdormisceret; uixq; ab aduocatis de industria uocem augentibus excitaret. Libidinis i fœminas profusissimæ; marium oino expers; Alea studiosissime lusit; de cuius arte librū quoq; emisit; solitus etiam in gestatorio ludere; Ita esedo alueoq; adaptatis ne lusus confunderetur.

De seuitia & crudelitate eius.

SAeuū & sanguinariū natura fuisse magnis minimisq; apparuit rebus. Tormēta q̄stionū pœnasq; parricidiarū repræsētabat exigebatq; corā. Quū spectare āntiqui moris suppliciū Tyburi cōcupisset; & deligatis ad palū noxiis carnifex deesset; accitū ab urbe uespā usq; operiri pseuerauit. Quocūq; gladiatorio munere uel suo uel alieno etiam

¶ PHI. ¶ Cognoscens. cognoscere dicūtur principes & magistratus audientes controuersias litigantiū. alias cognitor significat familiarem defensorē qui præsentis causā nouit & sic tuetur ut suam ut docet asconius in quam sriam est illud oratianū. si cognitor ipse. hinc ait cicero in uerrinis siculi me cognitorem iuris sui me actorem causæ totius esse uoluerūt. ¶ Nidore. græci κνίσσαν appellant odorem epularū quem latini nidorē uocāt. Martialis pasceris & nigræ solo nidore culinæ. & illud hieronymi nuatiis nidoribus fumant patinæ. ¶ Salis. sacerdotibus martialibus: qui cenas faciebant amplissimi apparatus: unde in prouerbio est saliares cenas dicere opiparas & copiosas. de collegio saliorum qui erant duodecim a numa rege instituto: copiosissime scribūt huius plutarchus & dyonisius. salios a saltando dici autumat. M. Varro: qđ facere in sacris quot annis & solent & debent. alii a salio mantineo salios uocari pdiderunt. multa de his ouidius in. iii. fastorum. mense. n. martio in honorem martis gradiui ibant p urbem gestantes ancylia & canentes carmina cū tripudiis solemniq; saltatu. ¶ Maxima ede. illam significare uidetur. quam marti ultori dicauit augustus extruxitq; una cū foro. ¶ Tribunali. ubi ius dicebat. ¶ Distentus. fartus ac satur. distendere. n. est implere & distentum plenū. maro distendunt nectare cellas. ¶ Madens uino plenus & bene potus. ¶ Pinna in os inderetur. qui uomitum puocare uolunt pennā in os demittunt. unde a Cor. tacito scriptū est xenophontē medicum demisisse in fauces claudii pinnam ueneno illitā tanq̄ nixus euomētis adiuuaret. de talibus ganeonibus & ut ueteres dicebant comedonibus celebrat illud hieronymi qđ & in canonicis decretis. di. no uissima de consecratione repertū est. multi in pacientiā gulæ uomitu remediantur: & quod turpiter ingesserunt turpius egerunt. plinius & seneca insectant uomitores: qui bibunt ut uomant & rursus hauriunt tanq̄ geniti ad uina pdenda. Dicimus aūt pinnam pennam. cuius diminutiuum est pinnula. apuleius. Nec ulle plumulæ nec usq̄ pinnulæ. ab eodem celeritas pegasi pinnata decoriter dicta sicut a uarrōe pinnatum eloquium nuncupatur. ¶ Inderetur. imitteretur interponeretur. ¶ Interdiu. de die qđā codices hūt interdū prima lectio elegantior. ¶ Marium oino expers. masculorū cōcubitorem minime fuisse Claudiū significat talis uenus: quæ infanda est elegāter dicitur pposterā & auersa. iulius capitolinus ostendere uolens albinum talē fuisse i re uenerea: qualis extit claudius: sic inqt mulearius inter prios amatores: auersæ ueneris sp ignarus & taliū psecutor cōsimiliter. Claudius cū eēt mulierarius & mulierosus erat auersæ ueneris atq; pposteræ penitus ignarus. masculorū aūt concubitores apostolica sentētia negantur posse frui sedib' piorū. ¶ Studiosissime lusit. extat libellus senecæ cui titulus est de ludo claudii: in quo fingit claudiū apud īferos ludere pcusso fritillo iubente eaco. scribit firmicus aleatorē nasci in nona parte libræ qui sit populari notione pspicuus. ¶ In gestatorio. gestatorium appellamus lecticam sellāue siue carrucam denique quodcunq; in quo gestamur in. ii. machabeorum scriptū ē in gestatorio torquebatur antiochus ut de corpore impii uermes scaturirent. ¶ Esedo: curru in quo gestabatur. ¶ Alueo: tabula lusoria: quæ alio nomine alueolus per diminutionē noiatur. ¶ Sanguinarium. plinius eleganter sanguinarium tarquinii superbi responsum appellat cum crudelissimum & sanguini humano hauriendo accōmodatum significare uellet a seneca quoq; sanguinarius princeps dicitur gaudēs sanguīe hūano & crudelitate. ¶ Penas parricidarū: qualis eēt parricidarū pena docuimus i augusto. ¶ Repræsentabat: psens exhibebat. ¶ Antiq moris suppliciū: apd antiquos īter cætera suppliciorū genera hoc i primis frequentabatur ut ad palū deligati uirgis cederentur securiq; ferirētur. ¶ Acciti: euocatū carnificē. ¶ Operiri: expectare. ¶ Vesperā usq; ad crepusculū usq; uespertinū. ¶ M. AN. ¶ Cognoscens: causarum cognitione occupatus. ¶ Nidore: odore qui proprie assatarum atque reconditarum carnium dicitur. Iu. te nidore suæ captum putat ille culinæ. ¶ Maxima ede. i. ultoris martis cui augusti forum erat contiguum. ¶ Ad sacerdotes: salios. ¶ Distentus: uino plenus. ¶ Supino: supino corpore iacenti. ¶ Inderetur a ministris. ¶ Aduocati: aduocatus dicitur quoquo modo reo assistens: nūc

Cognitor

Nidor Saliares cenæ

Distentus

Turpiter igesta turpius egeruit

Venus pposterā & auersa

Gestatoriū

Alueolus

Sanguinarius

pro causaꝝ patronis posuit. ¶ Marium omnium dixit ad depellendam utriuſ qȝ flagitii suspitionem ut neqȝ pathicus fuisse credatur neqȝ puerorum amator gestatorio ubi gestari solebat. ¶ Sanguinariū humani sanguinis appetenti. ¶ Antiqui moris ut ad palum deligati darent poenas Liuius de bruti liberis stabāt nobilissimi iuuenes ad palum deligati in Nerone aliud supplicii genus explicatum a maioribus seruatū ut nudi hominis ceruix furcæ inſereretur corpusqȝ uirgis ad necem cæderetur. ¶ Tormen tacrucia mea ad quæstionem attinentia. ¶ Rep resentabat: omnium oculis subiiciebat. ¶ Noxiis: sontibus. ¶ Opperiri expectare carnificem intellige.

fortasse prolapsos iugulari iubebat maxime retiarios: ut expirantium faciē uideret. Quū par quoddā mutuis ictibus cōcidisset cultellos sibi paruulos ex utroqȝ ferro in usū fieri sine mora iussit. Bestiariis meridianisqȝ adeo delectabatur: ut a prima luce ad spectaculū descenderet; & meridie dimisso ad prādiū populo persederet: præterqȝ destinatos etiam leui subitaqȝ de causa quosdam cōmitteret. De fabrorum quoqȝ ac ministrorū; atqȝ id gēus numero: si automatū pegma, uel quid tale aliud parū cessisset. Induxit & unū ex nomenculatoribus sui sicut erat togatus.

De timiditate & diffidentia eius:

Sed nihil æque q̄ timidus ac diffidens fuit: primis imperii dieb⁹ quāquā (ut diximus) iactator ciuilitatis; ne

¶ PHI. ¶ Forte plapsos. qui lapsi forent casu neqȝ ex industria ¶ Reciarios. q sint gladiatores reciarii suo loco supra copiose explicauimus. ¶ Spirantiū faciem erat. n. aperta & nuda facies retiarioꝝ: q sulo pileo tecti digladiabantur. hic illud satyricū de retiario. tota fugit agnoscēdus harēa ¶ Par quodā. duo gladiatores inter se compositi ad depugnādū ¶ Ex utroque ferro. ex telis gladiatoriis utriusque gladiatoris. ¶ In usum. ad obsonia cibariaqȝ concidenda. ¶ Bestiarius qui aduersus bestias pugnant bestiarii dicuntur seneca nup in ludo bestiarioꝝ unus e germanis cū ad matutina spectacula prepararetur

Bestiarii

secessit ad exonerādum corpus. Amianus Marcellinus. ut bestiarii obiicerentur feris. ¶ Meridianis. meridianos uocat eos gladiatores: q hora meridiana digladiabant. de quibus ait tertullianus in apologetico: risimus inter ludicras meridianoꝝ crudelitates mercuriū mortuos cauterio examinantē. Augustinus libro viii. confessionum spectaculū circensium pomeridianum appellat, ppterea quod post meridiem exhiberetur. erāt. n. quædam spectacula: quæ matutina dicebantur. unde illud senecæ. cum ad matutina spectacula præpararetur: & Martialis: matutinaꝝ nō ultima pda feraꝝ: erāt & alia spectacula: quæ meridiana & pomeridiana noiabantur ex eo quod meridie & post meridiem edebantur. ¶ Meridie psederet. hoc pp meridianos dictum. quoꝝ spectacula a meridie incipiebant. ¶ Destiatos. pparatos & ut dici sole deputatos ad spectaculum celebrādum. ¶ Cōmitteret. uerbū est accōmodatū cōgressibus & cōcertationibus ut supra docuimus. ¶ De fabroꝝ numero. uoluit claudius ut nō so ū bestiarii destinati gladiatoresqȝ depugnarent. sed ut etiam fabri ac ministri ipsius apparatus congressibus depugnarent. ¶ Id genus. huius generis. crebra eleganſqȝ locutio apud eruditos. ¶ Si aut ornatus paꝝ cessisset. idest si ea quæ adornāda spectacula parabantur paꝝ diligenter ab ipsis machinatoribus parata fuissent. quidam codices habent automaton. sūt

Meridiani

Pomeridianum spectaculū

Matutinæ feræ

automata

aūt automata arte methanica ita subtiliter fabricata instrumēta: ut sua sponte nullaqȝ apparente cā moueātur qualia sunt horologia machinæqȝ uersatiles automaton enim interpretatur ultroneū: & suæ spōtis scribit uictruuius qd ad hāc pertinet siriam hydraulicas machinas & aquatum expressiones automatas a ctesibio prio reptas fuisse: ubi automata appellat methanica instrumēta: quæ p semet ipsa moueantur mors naturalis & fatalis dicit a demostene αὐτομάτος θάνατος. quasi suæ spōtis & nulla extrinsecus ui coacta. ¶ Aut pegma: de pegmatibus quod scienter in sublime crescebant & per se in spectaculis surgebant copiose diligenterqȝ annotatū ē i superioribus: illud adiiciendum uidetur pegma esse in priuato quoque edificio: namqȝ ulpianus titulo de fundo instructo putat pegmata esse partem domus aitqȝ ea cedere i emptionem siue sint in edificio posita siue ad tempus detracta: machinatores a claudio ad conflictū cōmitebātur si pegma quod per se surgere solet aut illud automaton. idest machinamentum sua sponte uersatile parum cessisset: solent enim talia interdum deficere luxatis conuulsisqȝ methanematibus: ¶ Induxit ad pugnam bestiarum. ¶ Ex nomenclatoribus: ex his qui nominati uocāt unū quēqȝ: qbus sunt noia singuloꝝ cognitissima. ¶ Iactator. ostētator: ē enim iactantia ut ait augustinus i. xiiii. de ci. dei libido gloriandi.

Mors automatos

Pegma

iactantia

¶ M. AN. ¶ Prolapsos: quibus parci alio quin mos erat. ¶ Faciē uideret: quo apparet eum humana cæde non mediocriter delectatum. ¶ Par gladiatorum. ¶ Ex utroqȝ ferro ex utriusqȝ gladio. ¶ In usum. edēdi credo ad cibaria secanda. ¶ Bestiariis: in bestias euntibus aut ad bestias destinatis. ¶ Meridie ut meridianis etiam periclitantes spectaret. ¶ Destinatos aliquo crimine ad id supplicium damnatos uel certe ptio ad uenationes quæsitos. ¶ Committeret: feris repente obiiceret. ¶ Aut ornatus: sic omnes Tranquilli codices habent sed automatum legendum: quod uideo a Politiano quoqȝ uiro diligentissimo obseruatum sunt autem automata machinæ ita fabrili arte disposite ut ultro ac sine ullo humano impulsu ualeant per se moueri ut sunt horologia aut opera sponte alioquin uersatilia est enim αὐτόματον ut suide placet αὐτοῦ θέλον αὐτοκέλευστον αὐτοβούλον & ut uno uerbo dicam αὐτόματος est qui per se aut sua

sponte aliquid facit. ¶ Cessisset: pax prospere subductum esset bestiis commisit. ¶ Nomenculatorem qd nomenculator esset diximus. ¶ Togatus: & ob id maiori periculo obnoxius. ¶ Nihil æque in nullo alio ul lo æque ac metu & diffidentia notabi is. ¶ Iactator: ostentator. ¶ Ciuilitatis: ciuilis modestiæ.

q; conuiuia inire ausus ē nisi ut spiculatores cū lāceis circū/ starent, militesq; uice ministrorū fungerētur, neq; egræ quē q̄ uisitauit nisi explorato prius cubiculo culcitrisq; & stragu lis prætentatis & excussis: Reliquo aūt tēpore salutatoribus scrutatores semp apposuit: & qdē oibus & acerbissimos: se ro. n. ac uix remisit ne fœminæ prætextatiq; pueri & puellæ cōtrectarētur: & ne cui uis comiti aut librario calamariæ & graphiariæ thecæ adimerēt. Motu ciuili quū eū Camillus n̄ dubitās ēt citra bellū posse terreri: cōtumeliosa & minaci & cōtumaci epistola cedere īpio iuberet: uitāq; ociosā ī priua ta re agere: dubitauit adhibitis prīcipibus uiris an obtēpera ret.

De timore īsidiarū & gestis aliis eius.

Vasdā insidias temere delatas adeo expauit: ut de/ ponere īperiū tētauerit. Quod ut supra rettuli) cū ferro circa sacrificantē se deprenso senatū per præ cones prope cōuocauit: lachrymisq; & uociferatiōe misera tus est conditionem suā: cui nihil tuti usq̄ esset: ac diu publi co abstinuit. Messalinæ quoque amorem flagrantissimum

¶ PHI. ¶ Spiculatores. spicula sunt tela missilia ferro triangu/ lo unciaꝝ nouem hastili pedum quinq; & semis pila prisci uocita uerant. auctor uegetius in. ii. in/ de spiculatores dicti custodes re gum corporis. tacit' dilapsis spi culatoribus cætera cohors non aspernata cōcionantē. hostes ho/ roscopū in. xvi. pte scorpii erunt ut inquit firmicus maternus spi culatores. ¶ Cum lanceis. tales dicuntur lancearii græco uoca/ bulo λογχοφόροι appellantur qui uero ictu lanceæ necatur hi lanceati nuncupant' iulius firmi cus in. viii. quicūq; habuerit ho/ roscopum in. xxi. parte tauri lan ceati morient' Marcus Varro & gellius tradunt lanceam non la tinum uerbum esse sed hispani/ cum. a lancea diminutiuū lāceo la dicimus libro. iii. regum q̄ p/ phetæ lucoꝝ incidebant se lānceo lis donec sanguine pfunderent' ¶ Stragulis. stragula sunt oia q̄

- Sp cula
- Spiculato/ res
- Lanceatii
- Lanceati
- Lancea
- Stragula

sterni solent. unde quærit iurisconsultus. nunqd tapecia quibus subsellia īsterni solent in ueste sint stragu/ la an in supelectile. ¶ Excussis. ne. s. subter telū aliquid occultum delitesceret. ¶ Scrutatores. q explorarēt & diligenter scrutarētur: ne cū ferro quispiā sub officio salutādi adiret principem: sicut olim nonius eqs ro manus ferro accinctus surreptus in certū salutātiū claudiū. ¶ Omnibus salutatoribus indifferēter habita nullius dignitatis ratione. ¶ Acerbissimos: scrutatores. ¶ Cōtrectarent' manib' scrutatoꝝ. ¶ Comiti. co mitem accipe debemus eum. q comitetur & sequatur. inter comites sūt & pedagogi in familia sunt & libra rii iuuenalis librarius archimagiri. ¶ Calamariæ thecæ. repositoria calamoꝝ: q̄ comites & librarii ferre so lent: de theca calamaria ait marcialis. sortitus thecam calamis armare memento cætera nos dedimus tu le/ uiora para. ¶ Graphiariæ. repositoria graphioꝝ: marcialis eleganti uocabulo thecā graphiariā appellauit graphiarium: in quo deceptus ē marcialis interpres ut alibi docuimus. ¶ Motu ciuili. motū ciuilē illum intel ligit: quē scribonianus camill' concitauerat: de quo supra diximus. ¶ Citra bellū. sine bello. ¶ Cōtumelio sa: plena probroꝝ & contumeliaꝝ: quæ ut ait nonius grauiores sūt q̄ iniuriæ. ¶ Cedere ipio. deponere ī perium romanū. sicut olim fecit diocletianus: q imperio deposito in uitā priuatā concessit: & in uilla ꝓclaro ocio senuit: q dū ab herculeo & galerio ad accipiendū impiū rursus rogaretur: tanq̄ pestē aliquā detestatus ī hunc modū respondisse fertur. utinā possetis uisere olera nostris manibus instituta ꝓfecto nunq̄ istud ten tandum iudicaretis. ¶ Principibus uiris. primariis & optimatibus. ¶ Adhibitis in consiliū uocatis. ¶ An obtemparet. an deponeret impiū. ¶ Per pcones. mercurio pconia & pcones attribuunt' ut inquit diodor' i sexto bibliothecæ: pconis ars lucrosa erat & pecuniosa: unū ait epigrāmatista: artes discet uult pecuniosas pconem facias uel architectū. & ut inquit quintilianus. pco plus debet uoci suæ q̄ orator. ¶ Propere: festi/ nanter & raptim. ¶ Nihil tuti. qd differat metū a securo eleganter docet seneca in hippolyto: cum ait. scelus aliqua tutum nulla securū tulit. ¶ Flagrātissimum: ardentissimū. n. & ob hoc maximū. amor. n. ardor ē & ustri na potentior igne feruētior icendio. ignis. n. ut inquit sapienter & uere cyrus ap xenophontem. urit hoies tangentes: ast amor nō solum pñtes urit uerū etiā ab entes & amica formosa accēdit amatorē uel ꝓcul in/ tuentē: ut estuet & flagret intolerandū. merito dixit portius licinius hoiem ob amorē nō esse ignitū sed ip sum ignem. cū ait qritis ignē ite huc: qritis. ignis hō est. & nos quoq; nec cōfiteri pudet satis ac sup experti su/ mus: torrentissimi amoris incēdia: q̄ te quoq; medullitus coquunt: q iā cepisti facere stipēdia & merere in amoris cōtubernio nō ē indecoꝝ mihi crede īclyte annibal bentiuole amare: & ueneris tenere bigas: sed si amoris ipotentia regi si affectus ille ferocissimus cohiberi posset saluberrimū mehercle foret ad facere qd monet plautinus seruus bonū est pauxillū amare sane: isane nō bonū est. amemus itaq; si mō fieri potest sane. ut quodā ueluti temparamentū iter affectiōes ipotētissimas ne in uiti nimis distrahamur scie. n. īmo sci mus amorē melle esse felleq; cōditū: q gustu eē dulce dat: cū amaꝝ ad satietatem usq; aggeren.

¶ M. AN. ¶ Spiculatores: corpis custodes. ¶ Culcitris & stragulis: qb' æger cubabat. ¶ Scrutatores: q offi cii gr̄a se adeūtes scrutarentur an ferꝝ haberent ue librario libroꝝ transcriptori est. n. librarius qui libros

- Comes
- Theca cala maria
- Graphiari/ um
- Diocletia nus depo/ suit īperiū
- Precōis ars lucrosa
- amor ustri na est
- Ignis hō ē.
- Nō indeco rū est amaī
- Amor mel le & felle conditus

transcibit bibliopolæ qui uendit. ¶ Graphiariæ thecæ ut calamariæ dicuntur a graphiis & calamis. ¶ Pricipibus uiris: utriusq; ordinis primoribus. ¶ Publico: in publicum prodire non est ausus.

nō tam dignam īdignitate cōtumeliarū q̄ periculi metu abiecit. cū adultero Silio acquiri iperiū credidisset. Quo tempore fœdū in modū trepidus ad castra cōfugit; nihil tota uia q̄ esset ne sibi saluū īperium requirens.

De pœnis per eum inocētibus pp leues suspitiones illatis.

NVlla adeo suspicio nullus auctor tam leuis extitit a quo nō mediocri scrupulo iniecto ad cauendū ulciscēdūq; compelleretur. Vnus ex litigatoribus: seductum in salutatiōe affirmauit se uidisse per quietem occidi eum a quodam. Deide paulopost quasi percussorē agnosceret libellum tradētē aduersarium suū demōstrauit: confestimq; is pro deprehenso ad penam raptus est. Pari modo oppressum ferunt Appium Syllanum quē cum Messalina & narcisus conspirassent pdere diuisis partibus: alter ante lucem similis attonito patroni cubiculū irrupit affirmans somniasse se uim ei ab Appio illatam. altera i admiratiōe firmata: sibi quoq; eādem speciem aliquot iam noctibus obuersari rettulit: nec multo post ex composito irrūpere Appius nunciatus: cui pridie ad id tpis: ut adesset preceptū erat: q̄ si plane representaretur somnii fides; arcessi statim ac mori iussus est. Nec dubitauit postero die claudius ordinem rei gestæ perferre ad senatum: ac liberto gratias agere quod p salute sua etiam dormiens excubaret.

De ira iracundia ac stultitia eius.

IRæ atq; iracundiæ conscius sibi utrunq; excusauit edicto; distinxitq; pollicitus alteram quidem breuem & innoxiam; alteram non iniustam fore.

¶ PHI. ¶ Indignitate contumeliæ: pp stupra & adulteria q̄ passim exercebat: adeo ut ipsa imperare non imperatori nupta eē uideretur: ut scribit sextus aurelius. ¶ Acquiri imperium credidisset. tradit cor. tacitus claudiū audito uxoris messalinæ & silii matrimonio pturbatum fuisse tanto pauore: ut idētidem interrogaret: an ipse imperii potens an silius priuatus esset. ¶ Scrupulo. sollicitudine. scrupus ē ꝓprie lapillus breuis: qui pede pressus sollicitudinem creat: qui diminutiue dicitur scrupulus. unde est illud ꝓuerbialiter ꝓlatū apd Terentium iniect scrupulum: & apud apuleiū. iniecto non scrupulo sed lancea. alias scrupulus ponduscolum est: ex tribus scrupulis drachma conficitur: ut docet priscianus cum ait. in scrupulis trinis drachmā. inde aduerbium fit scrupulatī: sicut ab uncia unciatim. plinius in. xxii. scrupulatim quidē colligere: ac miscere uires non coniecturæ humanæ opus sed ipudentiæ est. ¶ Seducto. s. claudio seorsū ducto & seuocato ne cū illo colloquens exaudiri posset pstus: quæ nisi seductis nequeas cōmittere diuis. ¶ Libellum. supplex libellus significatur: un̄ a libellis dictus is q huic officio præerat. ¶ Aduersariū demonstrauit. tanq is esset ille a quo p quietē uidisset claudium occidi. ¶ Pro deprenso. tanq̄ in ipso crimine manifestario deprensus foret. ¶ Appium syllanū. hūc supra claudii consocerū appel auit: erat. n. pater syllani: cui octauiam filiam claudius desponsauerat. ¶ Perdere. extinguere necare. ¶ Alter. narcisus. ¶ Patroni. claudii. sunt. n. patronus & libertus noia ad aliquid q̄ relatiua dialectici uocāt. ¶ Altera. messalina. ¶ Formata: composita ut admirari maxime uideretur somnium narcisi uelut hoc idem ipsa sōniasset. ¶ Eandē spēm. uisionē. ¶ Obseruatam. i. sōnis occurere. ¶ Ex composito. ita. n. messalina & narcisus cōposuerant: ut id horæ adesse deberet appius syllanus. ¶ Repsentaretur. i. pñs exhiberetur: & certa esse cōprobaretur. ¶ Accersi. euocari. ¶ Liberto. narciso. ¶ Excubaret. sicut excubitores uigilādo excubādoq; tutātur principē. ita narcisus dormiens uidebatur excubare ꝓ salute principis: dū in somnis somniat uel somniare se fingit cōducentia ad uitam claudii tutandam. e contrario in somniū attulit pniciem illustri equiti Romano: tanq̄ secundū quietem uidisset claudiū pāpinea corona. uel ut alii ꝓdidere spicea corona eunctum spicis retro cōuersis. adeo illo tpe non solum uigiliæ sed ēt somnia erāt pestifera & exitialia tam sua q̄ aliena tā uera q̄ cōmenticia. ¶ Iræ atq; iracundiæ. inter irā & iracundiam dīa hæc ē: qd ira est ex cā: iracundia ex moribus uitioq; multū irascentis. sicut docet dōatus. seneca quoq; lib. i. de ira sic scriptū reliquit: ita quo differ ab iracūdia apparet: quo ebrius ab ebrioso: & timēs a timido. iratus pōt esse nō iracūdus. iracundus pōt aliqn̄ iratus non esse. ¶ Alterā breuē. i. iram q̄ breuis furor est: cuius impetus ut inqt seneca cōratiōe frangit. q̄ ut ciceronis finitione utar: libido est puniendi eius qui uideatur lesisse iniuria. quidā ex sapientibus irā dixerunt esse breuē insaniam. ¶ Alterā: iracundiam: unā peripatetici cotē fortitudinis esse dicunt. ¶ Subeunti tyberim. iter facienti p aquas tyberinas.

Scrupus

Scrupulus

Scrupulatī

somnia exitialia

Ira

Iracundia

¶ M. AN. ¶ Contumeliæ: quibus ab ea fuerat affectus. ¶ Periculi metu: ne a Messalina & filio sibi capitales pararent insidiæ. ¶ Auctor leuis: & iccirco nulla fide dignus. ¶ Seducto: in secretū colloquium adducto. ¶ In salutatione: in salutatiōis officio. ¶ Percussorē: quē se p quietē uidisse mētitus erat. ¶ Pro deprehenso. q. manifesti sceleris cōuicto. ¶ In admiratiōe formata: an admirātis spēm simulatoq; stupore defixa.

¶ Eandēq; spēm: quā narcisus sibi aduersatā dixerat. ¶ Extimbaret: p quietem ēt de sua salute esset sollicitus. ¶ A terā rā: qui oīum affectuū unus ut Seneca ait mentē præcipitat quū cæteri trahāt. ¶ Alterā iracundiam quam græci μῆνιν uocant estq; ut stoici uolūt inueterata ira & plena odii ulciscēdi tps obseruans.

Hostiēsibus quia sibi subeunti tyberim scaphas obuiam nō miserint grauiter correptis: eaq; cū inuidiatur ī ordinē se coactum cōscriberet repente tantummodo satisfaciētibus ueniā dedit. Quidam ī publico parum tempestiue adeūtes manu sua reppulit. Itē scribam quæstoriū: itemq; prætura functū senatorē inauditos & īnoxios relegauit: qd ille aduersus priuatum se intemperātius affuisset, hic in ædilitate inquilinos p̄diorum suorum contra uetitum cocta uendentes mulctasset uillicumq; interueniētem flagellasset: qua de causa etiam coertionem popinarum ædilibus ademit. At ne stultitiam quidem suā reticuit: simulatamq; a se ex īdustria sub Caio qd aliter euasurus peruenturusq; ad susceptam stationem nō fuerit quibusdam oratiunculis testatus est, nec ante persuasit q̄ intra breuē tēpus liber editus sit, cui īdex erat, μωρῶν ἐπανάστασις Argumentum aūt stultitiam neminē fingere.

De obliuione & aliis gestis eius.

Nter cætera ī eo mirati sunt hoīes & obliuionē & īcōsi

¶ PHI. ¶ Hostiensibus. ab hostia ciuitate in ripa tiberis cōdita hostienses nūcupati. ¶ Scaphas: nauiculas. ¶ Correptis. Castigatis seueritate castigatoria. ¶ In ordinē se coactum: in ordinē coacti & in ordinē redacti dicūtur q contempti sunt & despicatui priscianus li. xviii. in ordinē redactus est hoc ē inter uiles & abiectos numeratus. liuius. tri. plebis i ordinem redacti p cōtemptissimi habiti sūt. hoc græce dī ἐγκυκλιοσ ἀξρο τοιουτοσ ... ¶ Tāto mō uetus codex habet. ¶ Tantummodo satisfacientibus: ut dictū sit ex eloquutiōe antiquorum: qualis est illa apud silium. tantum non strictis mucronibus. qd significat ēt & iā tū cui simile est etiamnon: sup qua pucula in supioribus satis multa. nescio an consimilis sit apud priorum eloquutio sic scribētē i xxxv. tantūq; non cum laureatis fascibus remitti illo uū ceratis pedibus aduenissent. ¶ Satisfacientibus. satisfacere est tm̄ facere quantū satis sit irato ad uindictā. ¶ Scribam q̄storium. qui fuerat scriba q̄storis. nāq; q̄stores: qui pērāt ærario scribas habebāt: quoꝝ ministerio utebant. olī cato cū esset q̄stor scribasq; pri⁹ domini esse uidebant̄ ministroꝝ locū tenere coegit: & quosdā parū diligentes ab officio scribaꝝ repulit. ¶ Inauditos. iniquum est hoīem inauditū indicta causa dānare. sed iniustius est dānare innoxiū ut innocētem quod dum facit Claudius peccat duplici genere iprobitatis. ¶ Ille. scriba q̄storius. ¶ Aduersus priuatum se. priusq̄ impio potiretur. ¶ Affuisse. adesse dicitur aduocatus qui causam cuiuspiā defendit aduersus altex. plinius in. iii. epistolaꝝ aderam inquit bebicis mecūq; L. albinus. idē in. ii. ego & cor. tacitus: adesse p̄uincialibus iussi. ¶ Hic. senator q̄storius. ¶ In edilitate mulctasset. officiū erat ediliū hoc in primis puniri eos. qui uēderēt cibaria cocta contra legem: græci agoranomos appellant. ¶ Inquilinos p̄dioꝝ. īquilini dicuntur: qui alienas edes alienaq; p̄dia ex conducto incolūt ciceronē inquilinū catilina p opprobriū nominabat tanq̄ alienū domiciliū incolētē. q inquilinis cenacula locat habitāda eleganter dicuntur a iuriscōsulto facere cenaculariā. p̄dia aūt tam urbica quā rustica dici testant̄ iuriscōsulti scribētes de seruitutibus p̄dioꝝ urbanoꝝ & rusticoꝝ. p̄dia quoq; dici bōa demōstrat pedian⁹ asconi⁹. ¶ Villicum. de officio uillici titulus est apud catonem. est aūt uillicus uillæ gubernator unde & a uilla uillicus nomen accepit ut docet hieronym⁹ qui enarrans quid sit uillicus iniquitatis in euangelii parabola tradit uillicum p dispensatore accipi: quem græci uocant œconomon. ¶ Coertionē popinaꝝ. ius potestasq; coercendi luxum popinalem & obsonia popinaꝝ ganeata erat penes ediles. sed claudius indignatione puocatus ediles priuauit hac potestate: ne talis coertio punitioq; ptineret ad edilis officiū. ¶ Simulatam sub caio. ad hoc uideri pōt imitatus esse brutum: qui ut inquit ouidius erat stulti sapiens imitator ut esset tutus ab insidiis dire supbe tuis. de quo liuius hæc. brutus ex industria factus ad imitationē stultitiæ bruti had abnuit cognomen: ut sub eius obtētu cognominis liberator ille po. romani animus latens apiretur tempore suo. ¶ Susceptā stationem. sampetri. lucanus. tecum statiōe pacta astra petes serus. ¶ Editus. publicatus. ¶ Index. titulus μωρῶν ἐπανάστασις. i. stultoꝝ insolentia. alii codices habent. ¶ μωρῶν ἀνάστασις. quod magis placet. quod interpretatur stultoꝝ resurrectio: tanq Claudio qui stultissimus erat impante facta sit stultoꝝ quædam quasi resurrectio uel insolentia. ¶ Stultitiam neminem fingere. hoc erat argumentum materiaq; libri editi: tanq̄ nemo stu'ltitiam fingeret stoliditas. n. ut inquit sidonius brutescit. contra legimus apud senecam. quemadmodum gallus tibius ad insaniē non casu cecidit sed iudicio peruenit: qui dum insanos imitatur & stultitiā fingit ad uerꝫ redegit: quod simulabat.

¶ M. AN. ¶ In ordinem se coactum. i. nulla sui tanq̄ priuati ciuis rationem habitam. ¶ Satisfacientibus. i. inuidiam deprecantibus petentibusq; ueniam. ¶ Affuisset: Plinius iunior aderam Arulenillæ. i. Arulenillæ causam agebam. ¶ Coertionē popinaꝝ. ius & potestatem quā in popinas habuerant & hæc ad iracundiam referas. ¶ Statiōem: satis quidem uerecunde imperii administratiōem stationem appellauit. ¶ μωρῶν ἐπανάστασις stultoꝝ contrarietas insolentia. ἐπανάστασις ... elevationem & incōsiderationem.

In ordinē coacti

In ordinē redacti

Tantūmodo

Scribæ q̄storii

Adesse

Agoranomi

Inquilini

Cenacularia

Villicus

Brutus

Stoliditas brutescit

Qui simulabat insaniam insanus factus

PHI. ¶ μετεωρίαν meteoros græce dr̄ sublimis subleuatus & stolidus: & meteoria sublimitas speculatioq; sublimiū pariterq; stoliditas. ¶ ἀβλεψίαν. ablepsia iterpretatur cecitas & incōsiderātia. ¶ Requisiuit. hoc ad obliuionem claudii referendū:qui uelut oblitus messalinā suo iussu occisam fuisse q̄re uenire ad conuiuiū non ueniret. ¶ Dn̄a. ita claudius appellabat messalinā cōiugē:uidelicet imitatus græcos:q uxorem dicūt κυρίαν. dominā:in quē sensū existimat seruius dici posse illud maronianū: hi dominam ditis thalamo deducere adorti. ¶ Postero die. postridie eius diei:quo dānati ad supplicium fuissent. ¶ Ad aleæ lusum. tanq̄ suos collusores

derantiam:uel ut græce dicā μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν occisa Messalina paulo post q̄ in triclinio decubuit:cur domina non ueniret requisiuit. Multos ex his quos capite dānauerat postero statim die & in cōsiliū & ad aleæ lusū admoneri iussit:& quasi moraretur ut somniculosos per nunciū increpuit. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem non cessauit omni oratione filiā & alumnam & i gremio suo natā atq; educatam prædicari; asciturus in nomē familiæ Neronē quasi parum reprehenderetur qd adulto iā filio priuignum adoptaret:idētidē diuulgauit:neminē usq̄ per adoptionē familiæ Claudiæ insertum.

De sermonibus & orationibus eius.

Sermonis uero rerumq; tantam sæpe negligentiam ostendit:ut nec quis:nec iter quos quoue tempore ac loco uerba faceret:scire ac cogitare existimaretur. Quū de laniis aut uinariis ageretur:exclamauit in curia Rogo uos qs potest sine offula uiuere. Descripsit abundātiā ueterū tabernarū:unde solitus eēt uinū oli & ipe petere. De q̄store quodā cādidato iter causas suffragationis suæ posuit:qd pater eius frigidam ægro sibi tēpestiue dedisset.

ut ´ecū alei luderēt:cuius studio sissimū fuisse claudiū ante dictū est. ¶ Sōniculosos. sōni plenos & ignauie. iterdū somniculosus dicitur nō q sōno idulget:sed q sōnū cōciliat habetq; ui somnificā: cinna aspidē uocat somniculosam nō q ipsa dormiat:sed qd ui sōnifica hoies pcussos necat. ¶ Cōtra fas. qa coniugia iter patruos fratrūq; filias nefaria sūt & icesta ¶ Alumnā. i gremio suo educatam dicit iupiter ap apuleiū. cupidinē mābus meis alūnatus sū ¶ In nomē familiæ. claudio℞. & neronū. ¶ Asciturus. uerōem pallas libertus auctore tacito stimulauit claudium:ut adoptaret domitiū neronē:tanq̄ partē curarum capesciture:qui euictus pallantis psuasione:biēnio maiorē natu domitiū filio britānico anteponit: habita ap senatū orone in eūdē quē a liberto acceperat modū. ¶ In nomē familiæ. domicius p adoptionē in familiā claudiam & nomē neronis transiuit.

¶ Priuignū domitiū agrippinæ filiū ex domitio priore marito. ¶ Idētidē. frequēter. ¶ Neminē p adoptionem. ex hoc manifesta fit claudii incōsiderātia:q domitiū priuignū adoptauit:cū nulla añ illā adoptionē in familia claudia adoptio fuisset:& id ipsemet palā testaret. i hāc sñiam an tacitus. annotabāt pīti nullā ante hāc adoptionē iter claudios patritios repiri:eosq; ab appio claudio cōtinuos durauisse. ¶ Sermonis negligentiam. Ci. & ambrosius in libris officio℞. præcepunt seruandum esse deco℞ etiam in sermone. nā inepti illi maxime sunt qui rationē non habent neq; tpis neq; illo℞ qbus cū loquuntur:neq; pensitāt qd ipsos deceat. ¶ Lanius. laniōib⁹. hi p̄sūt laniādis carnibus:meminerūt iuriscōsulti de istrumēto lanionis i superioribus explicatū ē qd differant lanii a macelariis. ¶ Vinariis. uinarii sūt uini uenditores:apud plautū in asinaria mētio fit uinarii exetrambi. scribit elius lapridius alexādrū romanum cōstituisse corpora uinariorum & caligario℞ & oīo oium artium. Cicero in oratione pro fonteio facit mētionē de uinario crimine instituto q; uini portorio. ¶ Sine offula. hoc propter lanios dictū ē:sunt enim offulæ frusta ueluti libralia in quæ caro cōcidit: columella scribens de salsura suillæ carnis ait deinde offulæ carnis spisse cōponūt & alternis salingeratur prisci offam penitā uocauerūt porcinū frustrū cū cauda. ¶ Tabernaℛ. sinnarium: & hoc ad uinarios referendū est. Romæ fuit uicus dictus sobrius quia in eo nulla fuit taberna uinaria. ¶ Questore candidato: elegantior lectio est quæsturæ candidato:& accipitur pro petitore magistratus illius:q questura nominatur. ¶ Suffragationis. fauoris siue fauentiæ ut utar uocabulo Cypriani. ¶ Tempestiue. nihil est in generea i morbis magis periculosum quam immaturæ medicina:sicut e cōtrario nihil salutarius medicina tēpestiuiter data. iuxta illud nasonis temporibus medicina ualet:data tempore prosunt:& data non apto tēpore uina nocēt. ¶ Frigidam. aquā: marcialis: frigida nō deerit nō deerit calda petēti:scribit celsus quod petro medicus febricitantem hominem ubi acceperat multis uestimentis operiebat:ut calorem ingentem sitimq; simul excitaret:deinde ubi paulum remitti ceperat febris:aquā frigidam potui dabat:& si mouerat sudorem explicuisse ´eegrum indicabat:si non mouerat etiam plus aquæ frigidæ ingerebat.

¶ M. AN. ¶ Domina: messalina coniunx. ¶ Somniculosos: somno & desidiæ debitos hæc quæ ad obliuionem attinent. quæ sequuntur ad inconsiderationem. ¶ Filiam alumnam: quæ nomina inuidiam sceleris non parum augebant. ¶ Adulto filio: britannico. ¶ Insertum: ascitum qua propter ualide admoneri potuit ne id faceret. ¶ Nec quis: aut inter quos quo ue loco ac tempore omnia breuiter collegit quæ sunt in primis oratori spectanda & quæ plato uir summus diligenter ab eo qui dicturus sit consideranda censuit. ¶ Offula: obsonio: carnis frustulo

Domina

Sōniculosus

Lanii

Vinarii

Offulæ

Offa pēita

Vic⁹ sobri⁹

Fauentia fauor

Frigida aqua p medela

¶PHI. ¶Inducta teste. hoc côtra leges factum uidetur: quæ a dicendo testimonio feminas excludunt nisi fuerit crimen lesæ maiestatis. tunc. n. mulieres audiuntur: & coniurationem catilinæ fuluia mulier detexit. & Mar. Tullium consulem indiciû eius instruxit. ¶Matris meæ liberta. uerba sunt principis inconsiderati & fatui intempestiuaq; loquêtis non seruato dignitatis decoro. ¶Ornatrix. græci ornatrices cosmetas appellat: qua dictiôe usus ê iuuenalis illo uersu. ponût cosmetæ tûicas. scribit celsus iuriscôsultus ornatricibus legatis. eas q̃ p duos tm̃ mêses apud magistrû fuerût: legato nô cedere: alii uero eas cedere tradiderit in famulatu matronaæ fuerunt etiâ ancillæ custodes uestium uestispicæ dictæ: ab eo quod uestem spiciant. i. uestimêta dominæ custodiant. afranius noui non iscram ancillulam uespere: & uestispicam. ¶Me patronû. cum patrona illius esset antonia claudii mater. ¶Me patronû non putat ex hoc satis indicabat se apud suos libertos eê dispicatui. ¶Pro tribunali. ex hoc liquet quanta fuerit in claudio negligentia: q̃ quo ex loco uerba faceret minie cogitabat. ¶Quiddam. nescio q̃d neutro genere dictû. ¶Excanduisset p excandescentiam indignatus esset. ê. n. excandescentia ira nascens & mô desistens quæ thymosis græce dicit. ¶Eos demereatur. beneficio sibi obliget demereri. n. est bñficiû præstare. Quintilianus. simul ut pleniore obseqo demererer amatissimos mei. ¶Si quem aliû. e'oquutio est frequens. ut ita dicamus. ego liber sum si qui alius: significare uolentes nos esse liberos: prout quispiam alius liber repiri possit. ¶Telogonius. interpretatur nouissimo loco natus ab hoc humilis & ingloriis. quidam codi

Ornatrices Cosmetæ

Vestispicæ

Inducta teste in senetu hæc inquit matris meæ liberta & ornatrix fuit, Sed me patronum semper existimauit; hoc ideo dixi, qd̃ quidam sunt adhuc in domo mea qui me patronû non putant; sed & pro tribunali hostiensibus quidam publice orantibus; quum excanduisset, nihil habere se uociferatus est; quare eos demereatur si quem alium & se liberû esse; Nam illa eius quottidiana & plane omnium horarum momentorum erant; quid ego tibi telogonius uideor; & multaq; talia etiam priuatis deformia nedum principi neq; infacundo, neq; îdocto; immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito.

De libris & opusculis per eum editis.

Historiam in adolescentia hortâte Tito Liuio Sulpitio uero Flauo etiam adiuuâte scribere agressus ê & quû primû frequenti auditorio commisisset; ægre plegit refrigeratus sæpe a semeteipso; Nam quû initio recitationis defractis côpluribus subselliis obesitate cuiusdâ risus exortus esset; ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex interuallo subide facti reminisceret, cachinosq; reuocaret. In prîcipatu quoq; & scripsit plurimû; & assidue recitauit p lectorê. Initiû autê sumpsit historiæ post cædem Cæsaris dictatoris; sed & transiit ad inferiora tempora; cœpitq;

Excandescentia thymosis

Telegoni'

es habent theogonius tanq̃ per interrogationê diceret claudius: se uideri ex diis genitum hoc. n. significat theogóius. quod uidetur quadrare cum sequente clausula: quæ interpretatur decens loquutor uel λογιοτ' α' τος'. i. eloquentissimus. ¶Neq; infacundo. duo erant in claudio primus expetenda uidelicet facûdia & doctrina: cum non pauci sint diserti quidem sed parum docti. uel contra eruditi citra facundiam: ui dentur q; hæc posse seiungi: ut ab aliis doctrina reqr: ab aliis facundia uerbo expetatur. ¶Pertinaciter. p seueranter cum laude dictum est. ¶Hortante liuio. merito priceps historicoꝝ hortator erat claudio ad historiam scribendam quis. n. melius ac psuasibilius impellere atq; extimulare potest ad historiam cudendâ q̃ ille: qui est pater historiæ: quis ad eloquentiam capessendam q̃ princeps eloquentiæ. ¶Sulpitio adiuuâte. quemadmodum lelius dictus est adiuuisse terentium in comediis scriptitandis. ita sulpitius flauus adiuuit claudium in historia componenda. fuitq; illi pro adminiculatore. sicut etiam Cicero tyrone liberto î studiis litteraꝝ usus esse fertur adiutore adminiculatoreq;. ¶Commisisset. quasi in certamine litteratorio & in commissione historicoꝝ. ¶Perlegit. usq; ad finem legit. ¶Refrigeratus. hebetatus relentescens. ¶Obesitate. pinguitudine & corpulentia. obesum pro pingui uberiq; accipitur quis neuius obesum dixerit pro exili atq; gracilento. ¶Subinde: frequenter. ¶Facti quo. s. defractum erat subsellium ꝑpter obesitatem corpulentioris auditoris. ¶Cachinos. risus solutiores: qui sunt reprensibiles. unde ait seneca. sit risus citra cachinnum. ¶In principatu. dum princeps esset. ¶Per lectorem. græce dicitur anagnostes. qua dictione usi sunt idemtidem latini conditores. scribit cor. nepos pomponium atticum in familia habuisse litteratissimos anagnostas. ¶Post cedem cæsaris. a morte cæsaris dictatoris auspicatus est initium historiæ scribendæ.

Tyro adminiculator ciceroñ

Obesus

Anagnostes

¶M. AN. ¶Inducta teste: ut testimonium diceret. ¶Matris meæ: Antoniæ. ¶Ornatrix: quæ capillû uestemq; ornabat. Iu. componit crinem laceratis ipsa capillis nuda humeros psecas infœlix. ¶Telogonius: procul natus. ¶Neq; infacundo: principi. ¶Indocto: litteraꝝ & rerum imperito ut perspicuum. si talia oia dementia & stoliditate non reꝝ ignorantia accidisse. ¶Hortante Tito Liuio: romanaꝝ reꝝ scriptore clarissimo qui usq; ad Tyberii tempora Eusebio auctore uixit. ¶Refrigeratus: ab ardore recitandi retardatus.

¶ Obesitate pigue die. ¶ Subide: sæpius idēridē. ¶ Chacinos reuocaret. isolutū, prūpet risū. ¶ Trāsit prio re argumento omisso a bello ç ciuilium pace sumpsit initium quæ post M. Antonium uictum secuta est.

a pace ciuili: quum sentiret neque libere: neque uere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam corre/ ctus sæpe & a matre & ab auia Prioris materiæ duo uolu/ mina; posterioris unū & quadragita reliquit. Composuit: & de uita sua octo uolumina magis inepte q̄ ineleganter. Item Ciceronis defensionem aduersus Asinii galli libros satis eru ditam nouas etiam cōmētus est litteras tres: ac numero ueterū quasi maxime necessarias addidit: de quarū rōem quum priuatus adhuc uolumen edidisset: mox princeps non diffi culter optinuit: ut in usu quoq; promiscuo essent. Extat talis scriptura i plerisq; libris ac diurnis titulisq; operum.

De studio græcarum litterarum & operibus eius.

NEc minore cura græca studia secutus est amorem prestantiamq; linguæ occasione omni professus. Cuidam barbaro græce ac latine differenti quum utroq; inquit sermone nostro sis peritis. Est in commen/ danda patribus conscriptus Achaia gratam sibi prouinciā ait communium studiorum commercio, ac sæpe in senatu

¶ PHI. ¶ A pace ciuili. pacē ci/ uilem intelligit: quæ imperante augusto facta est tumultibus ur banis ex omni parte tranquilla tis. ¶ Potestatem relictam: an/ te imperatores cæsares memo/ rabantur res populi Romāi pa/ ri eloquētia & libertate. sed post q̄ ois ad unum potentia confer ri cepta est: magna illa ingenia cessere: & ut iquit Cor. ta. simul ueritas pluribus modis infracta

Veritas infracta

est maxime libidine assentandi interdum odio aduersus domi/ nantes. ¶ A mīe. antonia. ¶ Ab

Scr bere de uita sua

auia. liuia augusta: q̄ si de auia materna liber sentire significabi tur octauia augusti soror. ¶ Pri oris materiæ. de historia scripta a cede Cæsaris. ¶ Posterioris materiæ: quam cepit a pace ciui li. ¶ Composuit de uita sua. ex more ritu q; maio ç: hoc uidetur factitasse: qui de uita sua scripti/ tabant. sicut sylla & Augustus scri psisse memorantur. ꝓterea apud priscos ferme Tabulas conficie/ bant de uita sua. Cicero ait cluentium cōfecisse tabulas diligentissime falsa de Mar. Antonio fuit opinio tanquā nullas fecerit: sed cōstat eū diligentissime fecisse: qdā faciebāt a pricipio: qdā a certo tpe au. ꝓicabāt sicut idem Ci. ostendit ī uerrinis. tā confectio taliū tabula ç magis ad rōnes accepti & expensi q ad alias in uita actiones ptinere ui. ¶ Magis inepte. cū ois de semeipso indecora sit laudatio: ineptus esse uidebatur

Asinius gallus

Claudius in scriptiōe. dū fortasse se ipsū laudat & p iactatiōem imitatur militē gloriosū. ¶ Aduersus asinii galli libros. asinius polio ille luculētus orator filium habuit asiniū galliūq; quē ut auctor est seneca ī declama tionibus reliquit magnū oratorē. is libros scripsit de cōparatiōe patris & Ciceronis in quibus patrē cicero

Cū mortuis non nisi laruas luctari

ni longe anteposuit: qđ significat plinius sic scribens in. vii. epistola ç. cū libros galli legerem: quibus ipse pa rēti ausus de Cicerone daret palmāq; decusq;. Claudius aduersus hos asinii galli libros cōdidit instar Apo logetici defensionē Ciceronis. ut aūt asinius gallus dum scribit in Ciceronem defūctum imitari uoluisse patrem asinium pollionē: qui dictus est orationes condidisse in plancum quæ post mortē planci ederentur ne rūdere posset. unde plancus ferē dixisse nō illepide. cū mortuis non nisi laruas luctari: quo dicto sic rep cussit illas pollionis orationes ut apud eruditos nihil īpudentius teste plinio iudicetur. ¶ Cōmentus ē repe rit excogitauit. ¶ Litteras tres. huius rei mētio fit a tacito his uerbis. Claudius nouas litteraru formas ad/

Sex decim litteræ

didit uulgauitq;: scribit quītilianus eolicum digamā unam fuisse ex his litteris: quas Claudius adiecit: cu ius quoq; meminit priscianus in primo grammatices. ¶ Numero ueter ç. apud uetustissimos græco ç non plus q̄ sexdecim litteræ erant: quibus ab illis acceptis ueteres latini antiquitatem seruauerunt perpetuam nam si uerissime uelimus ut testatur priscianus inspicere eas hoc est sexdecim non plusq̄ duas additas in latino sermone inueniemus. plinius quoq; in. vii. refert litteras numero sex decim a cadmo in græciam fu isse allatas ex phenice: ueteresq; illas græcas fuisse easdemq; pene: quæ nunc inquit latinæ sunt. ¶ Vt i usu promiscuo. tacitus sic. Claudius tres litteras adiecit: quæ usui imperitante eo: post oblitteratæ aspiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiscitis per fora ac templa fixo. ¶ Diurnis. diurna uocamus libros in q

Diurna

bus rationes singulo ç die ç describuntur. Iuuenalis longi relegit transacta diurni. alias diurnum accipit pro uictu atq; mercedula unius diei seneca diurnum accipit in centulo dormit. idem in secundo contro/ uersiarum consors modo omnis fortunæ diurnum petam. ¶ Linguæ græcæ. ¶ utroq; sermone nostro.

Cōmertia

græco & latino. tanq̄ sermo græcus claudio non minus familiaris esset quam latinus. ¶ Communiū stu dio ç. tanq sibi græcisq; studia græca ç doctrina ç forent communia. ¶ Commertio. usu consuetudine: ali as mercium permutatione. opinatur plinius commercia uictus causa fuisse inuenta.

¶ M. A N. ¶ A matre Antonia. ¶ Et auia: liuia quarum utraq; diuerso studio probaret damnaretq; illius scripta. ¶ Prioris materiæ quæ a C. Cæsaris cede sortita erat exordium. ¶ Posterioris: materiæ quicquā iam inde ex quo roma ciuilibus erat bellis defūcta scribere fuerat exorsus. ¶ Asinii Galli libros: quem uel ex hoc apparet in Ciceronem scripsisse quare aduersus hunc Ciceronem ipsū ait defensū. ¶ Litteras tres

sed quæ rarum fuerint figuræ aut nomina aut usus non tradit. ❡ Sermone nostro æque nobis familiari. ❡ Communium studiorum: quæ sibi cum græcis communia essent.

legatis perpetua oratione respōdit. Multū uero pro tribunali et heroicis locutus est uersibus. Quotiēs quidē hostē uel insidiatorem ultus esset; excubitori tribuno signū de more poscenti non temere aliud dedit quā ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. Denique & græcas scripsit historias cyrenicon. xx. carchediachon. viii. quarum causa ueteri alexandriæ museo additum ex ipsius nomine institutum que ut quot annis in alterum cyrenicon libri; altero carchedōiacon diebus statutis uelut in auditorio recitarentur toti a singulis per uices.

De pœnitentia matrimonii Argippinæ & adoptionis Neonis.

SVb exitu uitæ signa quædā nec obscura penitētis de matrimonio agrippinæ deque neronis adoptione dederat; siquidem commemorātibus libertis; ac laudātibus

❡ PHI. ❡ Legatis. s. græcorum ❡ Perpetua oratione: lōga & sine interfatione. Cicero in uerrinis utar oratione perpetua: non quoniā ut sit necesse uerum ut experiar utrum is se ferat molestius tunc tacuisse an nunc dicere eū dē si quis erit: qui perpetuā orationē accusationēque desiderat altera actione audiet: quintilianus perpetuam orationē proprie dici oratoris docet: cum ait in secūdo istitutionū: itaque cum duo sint genera orationis: altera perpetua: quæ rhetorice dicitur: altera concisa: quæ dialectice. ❡ Oratione. s. græca & hoc contra institutum antiquorum qui perseueranter custodiebātne græcis unquā nisi latine responsa darēt: quin etiam ipsos græcos per interpretem latine loqui cogebant: nulla in re togam pallio subiiciendam arbitrantes. ❡ Heroicis uersibus: summa non orationis modo gratia est: sed etiam iucunditatis: cum orationi inserimus uersus poetarum: quorum sentētiis ut ait quintilianus: ueluti quibusdam testimoniis corroboratur oratio. ❡ Excubitori: excubias agenti excubiarumque præfecto. ❡ Signum: scribit uegetius signorum quedam esse uocalia: q uoce humana pronūciantur: sicut in uigiliis uel in prœlio pro signo dicitur: ut puta uictoria: palma: uirtus: triumphus: & alia quecunque uoluerit dare is: qui in exercitu maximam habet potastatē: sciendū est tamē in bello ista uocabula quotidie debere uariari: ne ex usu hostes cognoscant: & exploratores inter nostros uersentur impune: de signo qd more militiæ tribūo datur: diximus in proximo cōmentario copiosissime. ἄνδρα. uersus ē græcus heroicus: quē pro signo dabat claudius qui sic interpretatur uirū ulciscunque aliqs prior laceit: siue molestus est. ❡ Cyrenicō: de rebus cyrenaicis. fuit autem cyrene ciuitas aphricæ inclyta & potens condita a batto laconico: quem callimachus progenitorem suum fuisse tradit: eaque ob regionis bonitatem plurimum creuit ut inquit strabo libro ultimo geographiæ: uiros quoque complures nobiles habuit q imminētibus barbaris fortiter resistere poterant. cyrenaicam philosophiam instituit aristippus socraticus: a cyrenis cyrenaica regio dicta: quæ illustrabatur hamonis oraculo: quam plinius appellat pētapolitanā a numero quinque ciuitatū: cyrenicon aūt dixit genitiuo græco ea forma: qua dicimus argonauticō & astronomicō. ❡ Carchedoniachon: de rebus uidelicet punicis. græce enim carthago dicitur carchedō: & carthaginēses carchedonii: unde a plauto dictum est. carchedonius uocatur hæc comedia latine penulus. carbūculos auctore plinio carchedonios uocauere propter opulentiam carthaginis magnæ: dicta aūt ē carchedō: quæ a nobis carthago uocitatur a carchedōe cōditore: cuius meminit appianus in lybicis: sed uulgatior fama est conditam fuisse a didone carthaginē. de cuius opibus & rebus clarissime gestis melius est silere quā pauca dicere: cū emula fuerit romanæ urbis de terrarum orbe circiter. c. xx. annos cyrenēses quoque magnos opulentosque fuisse testis est salustius: qui ait eos de finibus agrorū gessisse aduersus carthaginēses bellū magnū atque diuturnū: quo utrique legiōes itē classes sæpe fusæ fugatæque sunt: & alteri alteros uicissim attriuerūt. ❡ Alexādriæ museo: museū græci nocāt domicilū musis dicatū: accipiturque p diuersorio eruditorū: pli. i. epistolis. O mare o littus uerū secretūque museō: quā multa inuenitis q multa dictatis: scribit alter pli. i. xvi. stagiris: q fuit patria aristotelis: i museo populū albāque ceciderat sua spōte resurrexisse: qd fausti fuit ominis: alexādriæ uero museū fuit celebratissimū: qd ut inquit strabo libro geographiæ nouissimo ābulachrū hēt & exedrā & maximā domū. i q cenaculū ē eorūque museo participāt hoīum circa disciplinas uersātiū: hic couētus cōes pecūias hēt & sacerdotē q museo preesto: i a regibus nūc a cæsare cōstitutū similis musæo erat edes camenarū & atheneū: hoc ē edes mineruæ. ubi pfessores sua studia pficebātur: hoc obiter dixisse uolui ut intelligeres apd' iuliū capitolinū illud i uita gordianorum postea uero ubi adoleuit i atheneo cōtrouersiis declamauit audiētibus et ipatoribus suis: apud lāpridiū mēda ē: nā pro atheneū legitur etheneū: cū ait ad atheneū audiēdorū & græcorū & latinorū rhetorū uel poetarū cā frequēter processit: an hoc ē alexandrino museo solebat hadrianus iperator multas qōnes professoribus proponere: & propositas ipse dissoluere: sicut tradit spartianus. ❡ Additum. s. alterū auditoriū. ❡ Ex ipsius nomine: ut claudianū museom diceretur. ❡ Toti. s. libri ipsius claudii.

❡ M. AN. ❡ Perpetua: continuata. ❡ Respondit græce. s. ❡ Excubitori: corporis custodiæ præsidioque constituto. ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ uirū ulcisci quādo prior aliquis iniurietur siue molestus sit. ❡ Cyrenicon: cyreniacarum rerum. ❡ Carchedoniacon: carthaginensium. ❡ Museo

Perpetua oratio

signa uocalia

cyrene

cyrenaica philosophia

Pētapolitana

Cyrenicō

Carchedō

Carthago

carchedonii

Museum

Atheneū

Alexandrino: Strabo cœnaculum eorũ q in musæo participãt hoiũ circa disciplinas uersantiũ: ex qb' uerbis plane apparet museõ locũ fuisse ad studiosorũ hoium cõpatũ: qd' &. ipsum quoq; nomẽ arguit. ¶ Additũ: alid itellige recẽs museõ i altero musæo omnia matrimonia: ne agrippinæ quidẽ matrimonio excluso. ¶ PHI. ¶ Cognitionẽ: cognoscere est causas litigantium auditas diiudicare: unde cognitio dicta. ¶ Sed non impunita: tanquã fatale esset ut uxores impudicas haberet: sed quæ tamẽ luerent penas suæ impudicitiæ: sicuti iã acciderat messalliæ. Cor. tacitus uocem claudius temulẽtus iecerat fatale sibi ut coniugium flagitia ferret dein puniret. ¶ Subinde: mox deinde: iuuius uno altero q; subinde ictu: alias subinde significat frequenter. ¶ Arctius: ex affectu paterno. ¶ ὀρϑῶς: græca dictio est: q significat recte facere: alii codices hñt philos: qd interptatur amor impellit. ¶ Impubi: scilicet británico, qui nondum ad pubertatem peruenerat. ¶ Statura permitteret: ostendit britanicum i etate puerili fuisse, pceriore statura preditũ. ¶ Togam: uirilis toga significatur. ¶ Verum cæsarem: tanq nero: qui erat adoptiuus non esset uerus cæsar sed subditicius. ¶ Preuentus: pocu parus ut dicitur anticipatusque ¶ Signis obsignauit: scribũt iurisconsulti signando testamento septem adhibendos: qui nomen suum ascribant & signent anulo impresso. ¶ Delatores multorum criminum: narcisus in primis palam criminabatur agrippinam: eiq; impudicitiam obiectabat: cũ pallãte adultero potiretur. ¶ Dato. s. ueneno. per halotum spadonem. hoc sentit cor. tacitus scribens locustæ igenio paratũ uenenũ: cuius minister ex spadonibus fuit halotus. ¶ Pregustatorem: prægustatores dicũtur: qui i aula principis gustu epulas pregustant: explorantq; nequid uenenatum inferatur: cor. tacitus idem tradit scribens halotũ solitũ inferre epulas & gustu explorare. ¶ Per ipsam agrippinam. iosephus libro. xx. antiquitatũ: sermo inquit quotidiam est: quod claudius ab uxore agrippia fuerit ueneno perẽptus: quæ metuens ne británicus crescens regnũ a patre perciperet: & uolens imperium neroni filio suo pparare: de morte claudii sicut erat sermo tractauit. ¶ Boletũ medicatũ: ph. in. xii. na. hist. inter ea quæ temere mãdũt' boletos ponit arq; optimus quidẽ est is cibus: sed imẽnso exemplo i crimen adductus: ueneno tiberio claudio principi per hanc occasionem a coniuge dato agrippina: quo facto illa terris uenenũ alterũ sibiq; ante omnes neronem suũ dedit. Cor. tacitus scribit uenenũ infusum cibo delectabili: nec uim medicaminis statim intellectam. ¶ Auidissimo ciborum talium: pli. boletos nouissima gulæ irritamenta uocat: quos quercus probatissimos gignit boletos aũt placuisse claudio in cibis idẽ significare uidetur scribens claudiũ putasse boletos stomacho utiles esse: poetæ quoq; claudiũ boleto extinctum esse notificãt. Martialis: boletũ qualẽ claudius edit edas. Iuuenalis: boletus domino: sed qualẽ claudius edit. ante illum uxoris post quẽ nihil amplius edit a boleto boletaria dicta patina bolens cõdiendis preparata: quæ sic loquitur apud martialem: cum mihi boleti dederint tam nobile nomen prototomis pudet heu seruio colliculis de cõditura boletorũ sic scribit apitius: boletos fungos caretum fasciculum coriandri uiridis ubi ferbuerit exempto fasciculo inferes: boletos aliter. Coliculos eorũ liquamine uel sale aspersos inferũt. ¶ Defecisse. aiam efflasse. inter initia: statim uenenũ propinatũ. ¶ Repetitũ toxico: scribit cor. tacitus aluum claudio solutam adhibitumq; esse medicũ xenophontem ab agrippina: qui tanq̃ nixus euomentis adiuuaret pennam ueneno rapido illitam faucibus eius demisisse, creditur. Pulti. puls cibus ex fare: quo lõgo tpe romani uixerunt: unde & pulmentaria dicta sacra quoq; prisca conficiebantur: ut inquit pli. pulte fritilla: uideturque tam puls ignota gretiæ fuisse: quam italiæ polenta: a pulte pultarius deriuatur accipiturq; pro uasculo pultis. Cor. cel. si cetera defecerint caliculus quoque aut pultarius oris cõpressioris ei rei commode aptatur.
¶ M. AN. ¶ ὀρϑῶς χεῖν διειτε recte facite. ¶ Impuberi: britannico. ¶ Verum Cæsarem: & non adoptiuũ: ut Neronem. ¶ Obsignauit: signis clausit ac communiuit ne posset nisi illis adhibitis re agni

cognitionem qua pridie quandam adulterii ream condẽnauit: sibi quoq; in fatis esse iactauit omnia impudica: sed non impunita matrimonia. Et subinde obuium sibi Britannicum arctius complexus: hortatus est: ut cresceret: rationemq; a se omnium factorũ acciperet græca insuper uoce prosecutus. ὀρϑῶς ποιεῖτε quumq; impubi teneroq; adhuc quando statura pmitteret togam dare destinasset: adiecit ut tandem populus Romanus uerũ Cæsarem habeat.

De testamento & morte eius.

Non multoq; post testamentum ẽt conscripsit: ac signis omniũ magistratuũ obsignauit. Prius igitur q̃ ultra pgrederetur puentus ẽ ab Agrippina quã pter hæc consciam quoq; nec minus delatores multorũ criminum arguebant: & ueneno quidem occisum cõuenit: ubi autem & per quem dato discrepat. Quidam tradunt epulanti in arce cum sacerdotibus per Halotum spadonem pgustatorem: alii domestico conuiuio per ipsam Agrippinam: quæ boletum medicatum auidissimo ciborũ talium optulerat. Etiam de subsequentibus diuersa fama est multi statim hausto ueneno obmutuisse aiunt excruciatumq; doloribus nocte tota defecisse ppe lucẽ. Nonnulli inter initia cõsopitũ: deide cibo affluẽte euomuisse omnia: repetitumq; toxico icertũ

Pregustatores de morte claudii

Boleto extinct' claudius

Boletaria

Puls

Pultarius

ti. ¶ Qui ultra progrederetur: ut britannico caueret in Neronemq; aut Agrippinam noui aliquid statueret. ¶ Præuentus: ueneno oppressus. ¶ Arguebant: apud claudium. ¶ Prægustatore: prægustator is dicitur q suspectos prægustat cibos. Iu. prægustet pocula papas. ¶ Medicatum: ueneno infusum. Iu. boletum dño sed qualem claudius edit Mat. boletum qualem claudius edit edas. Plinius optimus est is cibus: sed immenso exemplio in crimen adductus: Veneno claudio principi per hanc occasionē a coniuge dato Agrippina. ¶ Repetitum: ueneno ab Agrippina siue a ministro iterum dato.

pulti ne addito: quū uelut exhaustū refici cibo oporteret an immisso per clystere ut quasi abundātia laboranti etiam hoc genere egestionis subueniretur.

De morte eius celata & tempore mortis & funere

Mors eius cælata est: donec circa successorē oīa ordinarentur. Itaq; & quasi p ægro adhuc uota suscepta sunt: & inducti per simulationem comœdi: qui uelut desiderantem oblectarent. Excessit. iii. idus octobris Asinio marcello: Acilio Auiola consulibus. lxiiii. ætatis: impii. xiiii. anno funeratusq; est solemni principum pōpa: & in numerum deoꝝ relatus: quē honorē a Nerōe destitutū aboletūq; recepit mox p Vespasianū. De p̄sagiis mortis eius

Præsagia mortis eius p̄cipua fuerūt exortus crinitæ stellæ: quā cometē uocant. Tactumque a cælo monumētū Drusi pris. Et qđ eodē anno ex oīum magistratuū gn̄e plæriq; mortē obierāt. Sed nec ignorasse aut dissimulasse ultia uitæ suæ tpa uī aliquot qdē argumētis: Nā & quū consules designaret neminem ultra mensem: quo obiit designauit: & in senatu cui nouissime interfuit: multum

¶ PHI. Refici: recreari refocillari unde ciborum refectio dicta & homines cibo refecti. Iuu.' refecti cibo corpora quieti dant. ¶ Clystere: albis quæ auis ægypti est peculiaris p̄ima clysteris usum mōstrauit rostri aduncitate per eam partem se periuens. q reddi ciborū onera maxime salubre est. ¶ Abūdantia: ciborū redūdantia: plinius in. xxxi. clysteribus marinā infundit tepefactam. item salem clysteribus īfudere ischiadicis. ¶ Hoc genere egestionis: inter curationes morborū quæ cōmunes dicuntur est detractio: hac aūt antiq ut docet celsus in secūdo uariis medicamētis crebraq; alui ductiōe moliebantur: quod infunditur per clystere neq; frigidū eē oportet neq; calidū: ne alterutro modo lædat: cū infusum est continere se debet in lectulo æger quantum fieri potest: ubi necesse ē tū demū desidere: hæc egestio demit materiam noxiam: superioribusq; partibus leuatis morbū ipsum mollit: hoc modo per clystere infusum fuit uenenū claudio dū simulant se uelle educta egestaq; materia exonerare corpus principis distenti. ¶ Circa successorem: neronem. ¶ Adhuc uota suscepta. Cor. tacitus: uota pro incolumitate principis consules & sacerdotes nuncupabant cū iam exanimis uestibus & fomentis obtegeretur. ¶ Comœdi oblectarent: comœdos uocarunt histriōes actoresq; comœdiarū: qui interdū ægrotantibus adhibentur causa oblectamenti: namq; ut auctorē celsus: in quibusdam morbis symphoniæ & cymbala strepitusq; prosiciunt: & delectatio quærenda est ex fabulis in disq; quibus maxime capi sanus assueuerat: futurus orator dare debet operam comœdo ueluti formatori pronunciationis. ¶ Auiola: alius fuit ille auiola: quem consularem uiuū in rogo reuixisse: & quoniam subueniri nō poterat præualente flāma uiuū crematū esse: ualerius plinius q; notificant. ¶ In numerū deorum: eutropius post mortē claudius consecratus diuusq; appellatus est: græci apotheosin uocāt deificationē: p quam mortales fiunt diui: seruius enarrans illud maronianū: daphnī ad astra feremus: interpretatur apotheosin daphnidis esse dictū: nā olim thasii populi insulani agesilaū illum magnum lacedæmoniorū imperatorē apotheosi honorauerunt & in numerū deoꝝ adhuc uiuentē retulerunt: quo cognito agesilaus interrogauit an ipsi potestatē haberent deorum faciendorum: qđ cū illi affirmassent: facite inquit uos ipsos prius qđ si feceritis tunc credam uos sum potestatē uobis eē et mei deificandi. ¶ Abolitū: obliteratū & intermissum. ¶ Presagia: prognostica & ostēta. ¶ Crinitæ stellæ: plinius cometas græci uocant nostri crinitas horrētes crine sanguineo & comarū modo in uertice hispidas: idē mox paulo ait in nostro æuo circa ueneficiū quo claudius cæsar iperium reliquit domitio neroni ac deide principatu eius assiduū prope ac sæuū hoc sidus fuit: seneca in. vii. quæstionū naturalium stellam hāc crinitā: quæ apparuit claudii principatu: eleganter appellat claudianū cometē. qui a septentrione primum uisus nō desiit in rectū assidue celerior ferri donec excessit. ¶ Tactū e celo: fulmine percussum: uirgilius de celo tactas memini prædicere quercus. Elocutio hæc est usitata apud eruditos: qua in primis scatet liuius. Ex omnium magistratuum: Cor. tacitus: numerabatur inter ostenta diminutus omnium magistratuum numerus quæstore edili: tribuno ac prætore & consule: paucos intra menses defunctis. ¶ Designaret: deligeret: designati enim dicuntur magistratus electi qui nondum honorem ipsum inierunt. ¶ Vltra mensem: scilicet octobrem. ¶ Liberos suos: alterū naturalem britannicum: alterum adoptiuum neronem.

Refectu cibo.

Clysteris usus ab ibi de

De ectio

comœdi

apotheosis

Sapientissimum dictum

Crinita.

Claudian' cometes

designat'

¶ M. AN: ¶ Pult: quam post nomi tum hauserit. ¶ Immisso: infuso ueneno. ¶ Successorem: Neronem ¶ Comœdi: comœdiarum actores. ¶ In numero deorum relatus: diuinos honores adeptus. Iuuenalis ergo noctes agrippinæ boletus siquidem unius p̄cordia pressit ille senis tremulumque caput descendere iussit.

sit in cœlum. ¶ Exortus: crinitæ stellæ. Plinius de eiusdem syderis ortu nostro inquit æuo circa uene ficium quo claudius cæsar imperium reliquit domitio Neroni ac deinde principatu eius assiduum prope ac sæuum. ¶ Argumentis: signis demonstrationibus.

¶ PHI. ¶ Ad concordiam hortatus: fecit claudius quod antea cirus & micipsa reges factitauerunt: nanq; cyrus sicut copiosissime ac facūdissime edisserint xenophō in .viii. pediæ uicin⁹ morti hortatus ē filios: ut se uicissim

ad concordiam liberos suos hortatus: utriusq; ætatem supplicıter patribus cōmendauit: Et in ultima cognitione pro tribunali accessisse se ad finem mortalitatis: quamquam ab ominātibus: qui audiebant semel atq; iterum pronunciauit.

Cyrus hortans filios ad cō cordiam

honorarent: seq; fraterne diligerēt. qui. n. inquit fratri prouidet seipsum curat: quē turpius est nō amare q̄ fratrē: quē pulchrius ē anteponere q̄ fratrē. uerū surdis narrauit fabulā: ubi eni primum migrauit e uita cy rus continuo filii inter se diffidere & simultates exercere ceperunt: unde micipsa apud salustium: cū sibi finē uitæ adesse intelligeret: hortatur filios ad concordiam fraternā colendā. dicens quis amitior q̄ fratet fratri aut quē fidū alienis inuenies si tuis fueris hostis: equidem uobis ego regnū trado firmū. si boni eritis: si ma li imbecillum: nam concordia paruæ res crescunt discordia maxime dilabūtur: sed monitiones istæ tam san ctæ tā ueræ nihil profuerunt: nam statim defuncto micypsa cepit iugurta uitæ fratrū insidiari: nec prius qe uit quā utrunq; sustulit: sic etiam claudius iam præsagiens appetere mortē: hortatur filios: ut cōcorditer de gant: sed frustra. namq; post illius obitū Nero fratrem britanicū ueneno necauit: sed talia fiunt ab improbis fratribus qui fratres haud dubiæ dici non merentur. Inter honos enim uiget fraternus affectus: splēdescit germana concordia ad cuius culturā monitor hortator rogator esse nō desisterem nisi exploratum habere mus atq; cōpertum. quanto tu amore fratres prosequaris: q̄ fraterne cū fratribus degas. in summa agis bo num fratrem: quod in re illustris aīūne nō minus probo q̄ ceteras dotes. sed i hac re n̄ ero prolixior ui sup uacanea sit estimulatio pernicirer currenti. ¶ Patribus: senatoribus. ¶ Vltima cognitione: iurisdictiōe post q̄ nihil amplius egit. ¶ Quāquam abominātibus: hoc quotidie fieri solet ut quociensc ūq; princeps aliquid de se triste loquitur & luctuosum: reiciamus & uelut malum omē amoliamur. uerba consimilia illi Maro niano dicentes. Dii prohibete minas: dii talem auertite pestem: apud silium milites abominantur dicta an nibalis ominosa cū effudunt gemitus atq; omnia tristia uenunt in stirpem eneadum.

Hortatio micipsæ

amor fraternus

¶ M. AN. ¶ Liberos suos britannicum & Neronem. ¶ In ultima cognitiōe: quum p̄ tribunali nouissime dixit. ¶ Pronūciauit: se ad mortalitatis exitū peruenisse dixit.

.C. SVETONII TRANQVILLI LIBER SEXTVS NERO CLAVDIVS CAESAR.

e

EX gente Domitia duæ familiæ claruerunt

Quemadmodū eadē terra & uenena noxia gignit & fruges salutares. sic romanū imperium & bonos principes habuit & malos. quoq; pessim⁹ fuit hic Nero: qui in litterarū monumenta mitti nō debuisset: nisi ut hoc exemplo discerent tyrāni circūspe ctius uiuere & modestius: enī uero quemadmodū boni antecessores imitandi sunt & imitabiles successori bus ita improborū mores īprobabiles cogniti documēto sunt aliis: ne similes esse uelint. Qui clarissimi di ctatoris cæsaris uitam & gesta perlegit ex ea lectione inflāmatur ad tanti uiri mores imitandos: qui impurā nequissimi neronis uitam inspicit is ex ea inspectione admonetur ut caueat a tā probrosa tanq; dedecoro sa uiuendi formula: sunt igitur & boni & mali perinde scribendi & legendi: ut illorum mores emulemur: istorum flagitia defugiamus: nō improbandū est institutū illud Spartiatarūq iuuenes a uitio ebrietatis ab ducere cupiētes cōsueuerunt seruos ad potū crapulamq; cōpellere: eos deinde mero ingurgitatos in cōm uia iuuenū adduci iubebant: ut illi cernētes temulētorum turpe dehonestamētum: temulentiam ueluti rē fedissimam perhorrescerent: antigenidas quoque ille tibicinio præstantissimus bonos modulatores iuue nibus arbitrabatur futuros iucundiores: si malos aliquando experti fuissent: eodem pacto nos quoq; ala criores propensioresque futuros existimo ad uitam sanctius probatiusque degendam: si flagitiosorum principum mores cognouerimus. Namque philosophi subaccusant eos. qui uitiorum naturam ignorare se se glorianturi tanquam uirtutes colere recte non possint nisi nouerint contraria fugienda. igitur diis be ne iuuantibus auspicabimur commentarium in neronis uitam. ut tantisper animus noster dum illa scri bimus ab improbitate reuocetur ad probitatem: deinde ut legentes facilius percipiant unum hominē ex omnibus uitiis fuisse compactum atque conglutinatum adeo ut de nerone merito dicere possimus: uer sum illum: quem in ruffinum non minus graphice quā uere scripsit Claudianus: solus habes scelerum: q̄c quid possedimus omnes. sed iam ad institutum commentandi officium reuertamur. Scripturus tranquil lus uitam neronis principis primordia gentis repetit a longiore principio.

Lectio bonorum & malorum utilis.

Laronicū institutū ad uitādā ebrietatē.

MARCI Antonii Sabellici ad Augustinū Barbadicum Serenissimum Venetiarum Principem Paraphra seos in Neronem Paraenesis Sexta.

EX genre domitia: Hic est Nero ille princeps serenissime quem. C. plinius alteram humani gene ris facem appellare non dubitauit: quem etiam si dictator cæsar oraculo aliquo præuidere po tuisset sibi & ad familiæ dedecus & ad imperii exitium successurum aut eo dominatu: cuius semper cupidissimus fuit aut certe omni filiorū adoptione ne ad id monstrū generis ueniret

pertinaciter abstinuisset: at siue casu siue quod magis credo prouidentia aliqua acciderit infoelicissimus Neronis exitus magnū uidetur mihi mortalibus documentum dedisse nihil nisi deus & prudentia assistit esse hom nibus diu in terris stabile nihil perpetuo mansurū gens iulia quæ ascanium æneæ filiū Veneris nepotem sui sanguinis auctorem habuit: Quæ totā regum serie quæ ta oli albæ regnasse dicitur: quæ ipsius urbis patrem & cōditorem romulū genuit: in qua perpetuæ deorum cerimoniæ dictatura Augusta: & patris patriæ appellationes cōsecratiōes aliq; humani & diuini honores locati sunt quæ deniq; in solum Cæsares: sed ut stultā tūc erat hominū persuasio deos quoq; romanæ ciuitati dederat cū sit demū sortita uirum qui præter sacrilegia: rapinas: cædes: parricidia: libidinesq; oibus corporis patribus recepta urbe i qua nat' eratque illum humanarum rerū gubernaculo admouerat hostiliter incensa hostis iudicatus infoelici exitu omine aliquanto infeliciori decus & nomē gētis secū extulit: est igitur meo iudicio nihil quod bonus amabilisq; princeps ī nerone imitari possit ꝑter atauū quartidā emulationē si usus dico earum sit honestior q in illo fuit: sed ad domitiam gentem redeo: quæ ut domitius & Domitianus a domo uerbo est: Priscianus ē auctor: sed ipm uerbū id ualet quod dominio potestateq; meæ subigo cuius pris origo ē domus.

caluinorum & ænobarborum. Aenobarbi auctorem originis: itemque cognominis habent. L. Domitium: cui iure quondam iuuenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur nunciarer senatui ac populo uictoriam de qua incertum adhuc erat. Atq; in fidem maiestatis adeo permulsisse malas: ut e nigro rutilum æriqque assimilem capillum redderent: quod insigne mansit & in posteris eius: ac magna pars rutila barba fuerunt. Functi autem consularibus. vii. triumpho censuraque duplici: & inter patricios allecti perseuerauerunt omnes in eodem

PHI. Caluinorū iubio cæsare dictum est que madmodū. cn. domitius caluinus amisit exercitū in ponto fuitq; dictatoris cæsaris legatus: cōsimiliter liuius i. x. refert. Cn. domitium cognomēto caluinū fuisse edilem curulem. Enobarbo: cū nero ex familia enobarborū descēderit: ideo trāquillus caluinos omittens enobarbos latissime explicat. Cognominis: enobarborum. Cui rure reuertēti scribit plutarch' i paulo emylio: quo tempore romani tarquinosq; profligarūt: cōspectos esse paulo post ab exercitu uenientes iuuenes duos proceris ac uenustis corporibus: qui ea quæ in prælia gesta fuerant nūciabāt: crediderūt romani illos fuisse castorem & pollucē. primus illis obuius in foro factus est: ac lucius domitius equos multo fluentes sudore scantibus: qui cū illa quæ de uictoria nunciabāt minime crederet illi sic leuiter arridentes barbam eius manibus attractasse creditur. & ex fusca in fluuam conuertisse. per hunc modum & assertionis suæ fidem & uiro cognomētum enobarbi fecerunt. Augustiore: maiore humano habitu: diuiniore sacratiore. Liuius: ibi inquiete utriq; consuli eadem dicitur uisa species uiri ma oris: quam humano habitu augustiorisq;. Victoriam: de tarquinisq; ad lacum regillum profligatis: quam historiam luculenter enarrat liuius in secundo & dionysius in sexto antiquitatum: qui tradit castores uisos esse pro romanis depugnantes sudorē equorum abluere: ubi postea eder extructa fuit castoris & pollucis quidā sentiunt ad uictoriam: qui ex deuicto perse adeptus est emylius paulus: hoc ænobarbi exēplū esse referendū: sed male. nam temporum supputatio nō patitur. ut ænobarborū cognomē cœperit a bello gesto aduersus persem: cum antea id cognomētum i domitiis sit celebratū: liuius enim scribit in trigesimo quinto. Cn. Domitium ænobarbū & L. Quintium factos fuisse consules multis annis anteq; perses ab emilio profligaretur: ex quo liquet non potuisse tempore persei originem ducere id cognomen: quod longe prius exstiterat ante persicum bellum. In fidem maiestatis: ut fidem facerent se deos esse & diuina maiestate præpollētes: q; a magnitudine dicta ē ut ait festus pōpeius: a maiestate iouē maium dixere ut docet macrobius in. i. uxor quoq; uulcani maiesta uocitabat: quā quidam maiā appellāt. Malas. maxillas: hoies magnarū malarū marcus antiquus cognominabāt. Capillū: barbā: uniq; & pilū dici capillū testis ē gelli': cū ait si ouiū lacte hedi aut caprarū agni alerētur: cōstat fei meis lanā duriorē illis capillū gigni teneriorē. Eri assimilē: æreū: quisē æris colorē quodā genus æris suo colore preciosum ad iocinoris imaginē uergēs: ex quo ut tradit pli. in. xxxiiii. hepatizō appellauere. Rutilahic ænobarbi dicti a barba. s. rutila æneoq; colore: rutilū. n. ruffum significat: e testis est festus pōpei': cuius coloris studiosæ erant antiq mulieres fuerūt: un& rutilæ dictæ sunt. M. Varro in. iii. de la. lingua. Rutilare ē a auro colore: aurei enim rutili: & inde etiam mulieres ualde ruffæ rutilæ dictæ.

M. AN. L. Domitiū: plutarchus in æmilio perse rege uicto castorem aut & pollucem ut uulgo creditur esse in foro cōspectos uictoriā nūciasse uiro qui primus occurrerat: ac non credenti leniter arridentes barbam demulsisse quæ ex fusca in flauam continuo uersa. & uictoriæ fidem & uiro ænobarbi cognomen esse factū. Gemini iuuenes: castor & pollux. sic. n. uetustati persuasum. Augustiore: humana sanctiore. Permulsisse: leniter tractasse. Aeri: quod metalli genus sane fuluum est. Ouidius uiginti fuluos operoso ex ære lebetes: plinius cyprio æri si addat plūbū edos purpuræ fieri statuasq; prætextis. Malas: quas homines malas dicimus: plinio auctore genas ueteres dixere: interdicto. xii. tabulæ: eas a feminis radi: sunt proprie genæ mēbrāæ q oculos cōtegūt. Plinius neq; genæ oib' ideo neq; nictatōes malæ īfra oculos. Rutilaruffa ut Festo placet: ē ruffus color a rubore dictus Gellius ē auctor: Accius iāq; aurorā rutilare cernos ru

Enobarbi unde

augustior

Maiestas
Maiesta
Mattici q
Capillus pro pilo
Hepatizō æs.
rutilus ruffus
Rutilare
Rutilæ feminæ

tilare dixit pro eo ut uarro interpraetatur quod est aureum colorem aeri inducere: nec Varronis sententia Gellio repugnat si quidem non uno modo dicitur aliquid rubere. aliter enim ignis aliter sanguis rubet aliter ostrũ. aliter croci. quae uarietates sub ruffi appellatiõe cõtinẽtur. ¶ Allectu aenobarbi.

cognomine. Ac ne praenomĩa qdẽ ulla pterq̃ Cnei & Lucii usurparũt eaq̧ ipsa notabili uarietate mõ cõtinuãtes unũqđ q̧ p trinas psonas: mõ alternãtes p singulas: Nã primũ secũdũq̧ ac tertium aenobarborũ Lucios: rursus sequẽtes ex ordine Cneos accepimus: reliquos non nisi uicissim: tũ lucios tũ Cneos: plures e familia cognosci referre arbitror: quo facilius appareat ita degenerasse a suoꝝ uirtutibus Nero ut tamẽ uitia cuiusq̧ quasi tradita & ingenita rettulerit.

De Cneo domitio Atauo Neronis.

At igitur paulo altius repetã: atauus eius Cn. domitius i tribũatu põtificibus offẽsior: qđ aliũ q̃ se i patris sui locũ cooptassent, ius sacerdotũ subrogãdorũ a collegiis ad populũ trãstulit: ac i cõsulatu allobrogibus aruernisq̧ supatis elephãto p pŭiciã ueect᷒ ẽ turba militũ q̃si iter solẽnia triũphi psequẽte: i hũc dixit licinius crassus orator ñ eẽ mirãdũ: qđ aeneã barbã hẽret cui os ferreũ: cor plũbeũ eẽt: huius filius praetor caesarẽ abeuntẽ cõsulatu: quẽ aduersus auspicia legesq̧ gessisse existiabat ad disquisitionẽ senatus uocauit: mox cõsul imperatorẽ ab exercitibus gallicis retrahere tẽtauit. Successorq̧ ei per factionẽ nominatus pricipio ciuilis belli ad corphiniũ captus est: unde dimissus

¶ PHI. ¶ Cognomie aenobarbo: ut omnes enobarbi dicerẽtur. ¶ Vnũ quodq; praenomẽ. s. lucii & Cn. ¶ Per trias psonas: ut tres ppetuo tenore & cõtinua serie dicerẽt cnei & mox totidẽ lucii. ¶ Alternantes: ut post lucium cn. post cneũ lucius quadam quasi uicissitudie noiarẽt. ¶ Vicissim: per uices antiq uicissatim dixerũt uicissitatẽ quoq; pro uicissitudie usurparũt. ¶ Referre: pertinere ad negociũ susceptũ. ¶ Degenerasse: propertius: dum mihi sunt testes nõ degenerasse propinqs. Dicimus aũt tã degenerare a malo q̃ a bono. Liuius in ix. Ne degeneraueris a familia i prosissima & supbissima. ¶ Cuiusq̧ patrũ. ¶ Retulerit: redidit ac regenerauerit. ¶ Atau᷒: quito gradu cognatiõis sunt supra atauus atauia infra atnepos atneptis. ¶ Cooptassent: elegissent: super hoc uerbo nõ pauca supius annotauimus. ¶ A collegiis: ne pontifices ceteriq; i sacerdotio collegae ius hẽret substituendi sacerdotẽ in locum demortui: sed uolu it ut haec subrogandi potestas pertineret ad populum. ¶ Alobrogibus aruernisque: populi sunt Galliae transalpinae alobroges in gallia narbonensi collocantur a geographis: quoꝝ metropolis est uiena: aruerni uero super ligeri flumen siti metropoli habent nemosium: hi aduersus romanos bella identidem gesserũt: qui contra Caesarem dictatorem quadrigentis bellatorum milibus depugnauerunt. cum prius aduersus maximũ emylianũ & hunc domitium aenobarbum. cc. hominum millibus confluxissent: auctor strabo i quarto de hoc bello allobrogico sic scribit. L. Florus in tertio: quantũ gaudiũ uictoriae fuerit: hinc extimari potest: quod & domitius aenobarbus & fabius maximus ipsis quibus dimicauerat locis saxeas erexere turres: & desuper exornata armis hostilibus trophea fixere: cum hic mos inusitatus fuerit nostris. ¶ Elephanto inuectus: i hoc imitabatur annibalẽ & porum regem indorum: qui elephanto uectabantur. In hoc aũt allobrogico bello romanos habuisse elephantos testantur historici scribẽtes: q maximus barbaris terror elephanti fuere imanitati gentium pares. ¶ Per prouinciam: galliam narbonẽsem signat. quae po. romani puincia erat: de hac intelligit caesar sic scribens: iter heluetiis alterum per prouinciam nostram multo facilius atq; expeditius. ¶ Inter solẽnia triumphi: quemadmodũ in triumphali pompa triumphantem milites prosequi solebant. Triũphasse aũt domitium signat. L. florus: qui scribit in eo triumpho nihil tam cõspicuũ fuisse q̃ rex ipse fuit uisus discoloribus in armis argenteoq; carpento. ¶ Lucius crassus: hic est ille crassus: qui disputat apd Ciceronẽ i libris de oratore: quẽ ait in bruto fuisse eloquentium iuris peritiss imũ: sicut scęuolã iuris peritorũ eloquentissimũ: hic lateris dolore consumptus est: quem morbũ medici pleuretitum uocant. ¶ Os ferreũ crassus alludẽs ad nomẽ aenobarbi mordaciter usus scomate est ducto ex noibus metallorũ aeris ferri plumbi: ata ut per os ferreũ durũ & iflexibile: p cor plũbeũ liuidũ domitii igeniũ nec nõ obtusum & põderosum intelligi uellet. ¶ Caesarem: dictatorẽ. ¶ Ad disquisitionẽ: hoc in iulio caesare habũde explicatũ ẽ: quẽadmodũ senatui delatũ est. ut cognosceret de actis caesaris i consulatu. sed cũ senatus talem cognitionẽ suscipere recusasset caesar abiit in prouinciã irrito domitii conatu. ¶ Mox consul: cũ domitius minaretur se effecturũ i consulatu quod efficere i praetura non potuisset. ¶ Imperatorẽ. caesarẽ. ¶ Per factionem: pompeianoꝝ. s. & eorũ q caesarem oppssum esse cupiebãt. ¶ Ad corphinium captus: lucanus in. ii. pharsaliae laudãs hũc domitiũ scribit caesarem inuito & renuenti uitã concessisse: uiue licet nolis & nostro munere dixit cerne diem. ¶ M. A N. ¶ Continuantes: idem praenomen usurpantes. ¶ Per trinas personas: per tres continua serie in familia lucios aut Cneos dictos. ¶ Alternantes: nunc lucii praenomen nunc Cnei uariantes. ¶ Patris sui: Cnei domitii qui liuio auctore Pont. maximus fuit sacerdotum ut non collegia uelut antea quem uellent cooptarent: sed populi id beneficium esset. ¶ Allobrogibus aruernisque superatis. Strabo. cc. aruernorum milia a domitio aenobarbo & aemilio maximo una acie superata prodidit. ¶ Elephanto: qua bel-

Vicissitas

alobroges aruerni

Crassus eloquẽtiũ iuris pitissimus Pleuretic᷒ morbus

ita rostrato ad eum usum reciperet ut dorso sedentes tanta mole veherentur. Annibal in traiectū apennini quū p stagnantia arui loca exercitū traduceret elephanto usus est. Liuius & Iune. sunt auctores. ¶ Lucius Crassus: sic libētius legerim q̄ licinius ut alii ferme omnes habent. Cicero quid valet illa eloquentissimi uiri lucii crassi magis copiosa q̄ sapiens Oratio. Cornelius tacitus decimo aetatis anno lucius crassus. C. Carbonē accusauit: nec eo inficias in crassorum gente licinii quoq; nomē fuisse insertū: sed p nomie scriptores maluerunt. ¶ Ferreum: durum. ¶ Cor plumbeum: obtusum ut inconstantiae & socordiae uno tempore arguerit. ¶ Ad disquisitionem senatus: require uim uerbi ex caesaris dictatoris uita. ¶ Ad corphinium: Plinius: appianus plutarchus & lucanus deditionis a Domitio corphinii factae meminerunt.

Massilienses obsidione laborantes cum adventu suo confirmasset: repente destituit, Acieq; demum pharsalica occubuit neq; satis constans & ingenio truci. In desperatione rerum mortem timore appetitam ita expavit: ut haustum venenum poenitentia euomeret: medicumq; manumisit: q idē sibi prudens ac sciens minus noxium temperasset. Consultā te autem Cn. Pompeio de mediis ac neutram partē sequentibus: solus censuit hostium numero habendos.

Item de proauo Neronis.

Reliquit filium oībus gentis suae proculdubio praeferendū: is inter conscios Caesarianae necis quanq̄ insons damnatus lege pedia, quum ad Cassium Brutumq; se propinqua sibi cognatione coniunctos contulisset: prior utriusq; interitu classem olim commissam retinuit, Auxit etiam nec nisi partibus ubiq; profligatis, M. Antonio spōte & ingentis meriti loco tradidit; solusque omnium ex his: qui

¶ PHI. ¶ Massilienses confirmasset: caesar in .i. belli ciuilis cōmētario refert dominū hūc: quē ipse corphinio captū dimiserat: a pompeio missum eē ad occupandam massiliā nauibus actuariis septē: q a massiliensib° receptus urbi peefecitur: summaq; ei belli administrandi pmittitur. ¶ Destituit: deseruit: cū uideret massilienses superari a caesarianis & maxime a bruto: quem caesar bello praefecerat. ¶ Acie pharsalica occubuit .L. domiti° ut auctor est caesar in cōmentariis ex clade pharsalica in mōtem refugiens ex castris: cū uires ei° lassitudine defecissent ab equitibus est interfectus. lucanus domitii mortē tāq̄ generosam extollit luculento peeconio in .vii. pharsaliae. In desperatione rerum .s. apud corphiniū. Venenū penitus uomeret: pli. in septimo haec tradit: at cōtra misteriatum: innumera sunt exēpla: lucius domitius clarissimae gentis apud massiliā uictus corphinii captus ab eodē caesare ueneno poto propter tediū uitae postquā biberat oī opere ut uiueret annixus est. ¶ Medicū manumisit: seneca li. iii. beneficiorū medicū hunc seruum fuisse significat a quo haec historia luculente describitur: eius uerba subieci quae haec sunt corphinii cum caesar obsidebat: tenebatur inclusus domitius imperauit medico eidēq; seruo suo: ut sibi uenenū daret. cū tergiuersantem eum uideret quid cōtaris inquit tanq̄ i tua potestate totū istud sit mortē rogo armatus. tūc ille promisit: & medicamentū innoxium illi dedit: quo cum sopitus esset: accessit ad filiū eius: iube me inquit seruari: adūe ex euentu intelligis an uenenū patri tuo dederim: uixit domitius seruatus a caesare: prior tamē seruus i lū seruauerat. ¶ Minus noxiū: refert plutarchus i caesare medicū seruū cū dōiti° potionē hausisset pniaq; mox afficeretur consolatum eē dominū: tāq̄ nō mortiferā: sed somniferā hausisset potionem. ¶ De mediis: in caesaris dictatoris uita proditum est quemadmodū pompeius denūciauit pro hostibus se habiturum: qui medii fuissent: caesar uero tales suorū sibi numero futuros pronunciauit: huius pōpeianae sniaeque plane iniusta ē auctorē fuisse domitiū significat tranquillus. ¶ Dānatus lege pedia: dictum ē in iulio caesare quemadmodū inter caeteros heredes heredē instituit: quintū pediū ex quadrāte: a quo lex pedia lata: ē: qua oēs tyrānoctoni hoc ē caesaris interfectores & cōtra eos: qui illis ignouissent oībus praestituta est dies una facto praeconio ut ad iudiciū adessent augusto ipso iudicia obseruāte: neq; ullo iudicii absolutionem obtinēte inter alios dānatus fuit hic domitius: quāuis innocēs foret nec affinis culpae parricidalis. ¶ Post utriusq; interitū: bruti. s. & cassii: qui quemadmodū obierint historici omnes pdiderint & nos supra diximus. ¶ Cōmissam: sibi traditā a tyrānoctonis. ¶ Partibus: brutinis & cassianis. ¶ Profligatis: profligatis deperditis & ad internetionē deductis: quidam edificia quae prope absoluta effectaq; sunt in profligato esse dicunt: quos gellius arcessit inscientiae & ignorationis. ¶ M. antonio tradidit. appianus libro quinto bellorum ciuilium tradit domitium bruto & cassio profligatis magna classe preditum una cum murco fuisse reliquias bruti & cassii refouentem: cum quibus factionem quandam separatim per se fecit uiresq; firmauit. Idem postea totam classem tradidit marco antonio.

¶ M. AN. ¶ Truci: fero & indomito. ¶ Morte timore appetitam: plutarchus auctor est illum corphinii quum soporiferam potionem a medico datam pro ueneno bibisset: continuo poenitentia adductum coepisse uicem suam turpi et flere: uixitque errore cognito metu liberatum. ¶ Hostium numero habendos: plutarchus pompeius inquit omnes iubens partes sequi praemonito quod qui remansisset uir Caesaris existimaretur urbem reliquit. ¶ Inter conscios: quū ipse expers eius cōsilii fuisset lege pedia quam: Quintus pedius consul tulit cohaeres augusti is Augusti in primo consulatu collega Brutum Cassium & omnes Caesaris interfectores absentes parricidii condemnauit: multi in id crimen deuocati: quia cum caedes patrata est haud procul aberant Appianus est auctor. ¶ Insons damnatus: unde datur intelligi ex

Mors domitii

Medic° seruus

Lex pedia Tyrannoctoni

Edificia in profligato

lis unum qui in crimen adducti sunt ꝙ media cæde se curia non proripuissent domitium fuisse. ¶ Commissam a bruto & cassio illi traditam. ¶ Ne nisi partib⁹: unde steterat. ¶ Profligatis: prorsus accisis. ¶ Classem. L. ab initio naues eum habuisse. Appianus tradit inde Bruto & cassio uictis suam non aliam factionē secutus persistit ut idem auctor ait classem retinere.

pari lege dānati erant restitutus in patriam amplissimos honores percurrit; ac subinde redintegrata dissensiōe ciuili eidem Antōio legatus delatā sibi summā imperii ab his: quos Cleopatræ pudebat, neq; suscipe; neq; recusare fidenter ppter subitam ualitudinem ausus transiit ad Augustum: & in diebus paucis obiit nonnulla & ipse infamia aspersus. Nā Antonius cum desiderio amicæ Seruiliæ naidis transfugisse iactauit.

De Domitio auo Neronis.

EX hoc Domitius nascitur: quem emptorē familiæ pecuniæq; in testamēto Augusti fuisse mox uulgo notatū est: nō minus aurigādi arte in adolescentia clarus: q deinde ornamētis triūphalibus ex germanico bello. Verū arrogans ꝓfusus: immitis censorem. L. plancū uia sibi decedere ædilis coegit ꝑturæ consulatusq; honore. Eqtes Ro. matronasq; ad agendum mimum ꝓduxit in scænam uenationesq; & in circo & in omnibus urbis regiōibus dedit. Munus etiam gladiatorium: sed tanta sæuitia: ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitū edicto coercere.

¶ PHI. ¶ Pari lege. scilicet perdu. ¶ Honores: ingiatus. ¶ Subinde: mox statim. ¶ Redintegrata dissēsiōe: iter augustū & antoniū: quorū societas semper dubia & incerta reconciliationib⁹ uariis male socillata tādē abrupta est. ¶ Propter subitam ualitudinē. Domicius febricitans naiculā ingressus ad cæsarem confugit antonius contra cleopatræ uoluntatē impedimenta oia cū seruis & clientibus & amicis ad eū transmisit: sed domiti⁹ post paucos dies: quasi ꝑfidiæ: ac proditionis eū peniteret: uita decessit (auctor plutar. hus i antonio) ¶ Seruiliæ naidis: nomē propriū puellæ: ob cuius desiderium & amoris impacientiā iactauit antonius domitiū tāꝙ transfugā trāsisse ad augustū. ¶ Emptorē familiæ: inter testamētorū genera hoc quoq; antiqt⁹ usurpatū est: qđ dicebatur per æs & libram: qđ⁹ per emācipationē. i. imaginariam quandā uenditionē agebat⁹ quinq; testibus & libripende ciuibus romanis puberibus pñtib⁹ & eo qui familiæ emptor dicebatur: hoc testamēti genus sicut alia uetusta in usu esse desiit auctores iurisconsulti cuius rei etiam mentio fit in institutionū titulo de testamētis ordinādis de hoc emptore familiæ intelligendū haud dubie est in hoc loco apud suetoniū: q significat domitiū ab augusto in testamento factū esse emptorē familiæ: ut. s. per illam imaginariā emptionē augusti familiam emptam mox manumitteret dispōneretq; ex uoluntate sniaq; ipsius testatoris: appellatione aūt familiæ significatur hereditas: sicuti lege. xii. tabularū his uerbis agnatus proximus familiā habeto. ¶ Pecuniæq;: uerbū pecuniæ nō solū numeratā pecuniā cōplectitur: uerū etiā omnē oīno pecuniam hoc ē oia corpora: nam corpora quoq; appellatione pecuniæ cōtineri nemo ē q ignoret. ¶ Aurigandi arte clarus: quicunq; habuerit in horoscopo equū qđ sidus celeste est: erūt aurigæ agitatores & ueredarii auctor firmicus maternus in. viii. matheseos. ¶ Ex germanico bello: quod auspitiis augusti gestū est: q germanos ultra albi fluuiū summouit: qui sueuos & sicābros germaniæ populos dedentes se traduxit in galliā: hoc āt bellū germanicū a tiberio gestū est sub auspiciis Augusti cæsaris: quo bello ut supra docuit tranquillus quadraginta milia dedinnorū traiecit in galliā. ¶ Ornamentis triūphalibus: moris fuit: ut qui in bello strenuam operam nauassent imperatori: ornamēns triumphalibus insignirentur: qbus ob uirtutē domitius fuit exornatus. ¶ Profusus: īmodicus & prodigus in ipensis. ¶ Censorē uia decedere: ex hoc arrogātia domitii declaratur: qui cū esset edilis minorq; magistratus: coegit censorem: qui maior magistratus est sibi cedere de uia. ¶ Præturæ consulatusq;. cū esset prætor & cōsul. Ad agendū mimū: ad historiā faciendā & scenicā artē exercedā: quæ res apd romanos notabat īfamia: ait. n. ꝑtor q i scenā prodierit infamis est: uerū apd græcos scenici actores in honore paruo habebāt sicut docet augustinus i. ii. de ciuitate dei. ¶ Vrbis regiōib⁹: urbē romā i. xiiii. regiōes diuisā fuisse tradūt historici: & nos supra annotauimus: hoc āt refertur ad profusionem prodigalitatemq; domitii. ¶ Edicto coercere: ꝓceptū ecclesiasticū hoc idē precipit: ut clam primo peccantem corrigas q si emēdari nō uult: palā castigādus est.

¶ M. AN. ¶ Redintegrata: iterum exorta iter ciues discordia iter augustū intellige & antoniū. ¶ Ab his: qui antonii partibus erāt. ¶ Cleopatræ pudebat. ꝓsentis iperii: qđ oīa cleopatræ libidie & uoluntate gererent. ¶ Propter subitā ualitudinē: febrē. ¶ Ad augustū trāsiit: sub actiacæ pugnæ tps trāsitionē ab eo factā: plutarchus ait. Dominus inqt ænobarbus iā febre iplicitus paruā nauiculā ingressus: quū ad Cæsarē transfugisset. Antonius contra cleopatræ uolūtatē ipedimenta oia cū seruis c'ietibus & amicis ad eum remisit: sed domitius post paucos dies quasi perfidiæ & proditionis eū pœniteret uita decessit. ¶ Desiderio: cupiditate ¶ Amicæ: mulieris amatæ. ¶ Transfugisse: ad augustū transisse. ¶ Domitius: Neronis auus. ¶ Emptorē. uel quia familiam ab augusto relictam coemerit: uel quod magis placet ambitione ac pretio per eos q apd illum in gratia ualebant augusto insinuatus inter tertios hæredes testamento est insertus ob idque & in familiæ potiundæ pecuniæque ab Augusto relictæ spem uenerit. ¶ Ex germanico bello: Tyberii Nerōis

Emptor familiæ q

Familia hereditas pecunia

Sub equo nascuntur aurigæ

Senici famosi

ui postea imperator fuit ductu in Germania gestis triumphalibus quem ob uariana in cæde Augusto uictrico permittente distulerat ægens prosequentibus legatis triumphalia impetrauit ornamenta: unde intelligi potest Domitium unū ex tyberii legatis fuisse: nam inter eos qui Romanas legiones in Germania ductarunt: Domitium ipsum tacitus Cornelius in eo libro quē de situ germaniæ scripsit nō retulit. ¶ Via sibi decedere: quum minores magistratus maioribus decederent. ¶ Ad agendū mimū: ad scænicā operā exhibēdam. ¶ Produxit in scænā duxit quod ipsum quia sine ingenti impēdio fieri nō poterat idcirco profusum dixit: credibile est. n. matronas & uiros honesto ordine locatos ad phamā prorsus abiiciendam sine maiore quadā spe premii induci nō potuisse. ¶ Venationes: ferarum cōfectiones quæ sine cōtientiū per nitiæ fieri quidem nō poterant. ¶ Tanta sæuitia: tam dura conditione in uictos sæuiendi. ¶ Clam frustra monitum: quia clam frustra Domitium ipsum monuisset.

De patre neronis

Ex Antonia maiore patrē Neronis procreauit omni parte uitæ detestabilē: si quidem comes ad oriētē. C. Cæsaris iuuenis occiso liberto suo quod quātū portare iubebatur: recusaret: dimissus e cohorte amicorum nihilo modestius uixit. sed & in uiæ appiæ uico repente puerū citatis iumentis: haud ignarus obtriuit. & Romæ medio foro cuidam equiti Romano liberius iurganti oculum eruit. Perfidiæ uero tantæ ut non modo argentarios precia rerū coemptarum: sed & in prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit. Notatus ob hæc & sororis ioco querentibus dominis factionum repræsentanda præmia in posterū sanxit. Maiestatis quoq; & adulteriorū: incestiq; cū sorore Lepida sub excessu Tiberii reus mutatiōe tēporū eua

¶ PHI. ¶ Ex antonia maiore: ex antonio & octauia duæ filiæ antoniæ natæ sunt: quarū maior nupsit domitio ænobarbo: minor druso augusti priuigno: ¶ Caii cæsaris: hic filius p adoptionem augusti cæsaris fuit: qui in armeniam ad parthicas arabicasq; res cōponēdas missus est plinius. scribit caium cæsarem augusti filium gloriam percepisse ex arabia. de cuius obitu supra dictū ē. ¶ Quātū portare. uetus codex habet potare. tanq̄ libertus occisus sit a patrono quia bibere tm̄ recusabat quantū patronus uolebat. si portare legimus referēdum erit ad onus gestandum. ¶ E cohorte amicorum: de hac cohorte ait oratius. qd operosa cohors operū struit. & catullus pisonis comites. cohors inanis. ueteres cohortē prætoriam appellauerūt. ¶ Puerum obtriuit: cōculcauit oppressit attriuit. ¶ Iurganti: iurgium dicenti est enim iurgare iurgiū facere. oratius. iurgares ad te quod epistola nulla rediret. ¶ Oculū eruit: eluscauit ut utar uerbo iuriscōsultorū. eluscare. n. est luscū facere & oculū eruere scribit iulianus iuriscōsultus aquilia lege tenere eū qui eluscauerit discipulū in disciplina. ¶ Precia rerū coēptarū: argētarios prefuisse auctionibus: rerūq; uenalium precia in libros retulisse docet seneca scribēs libro. i. declamationū hortensium psedisse diē totū in auctione & oēs res & precia & emptores ordine suo recēsuisse: argentariis recognoscentibus: ita ut in nullo falleretur. ¶ In pretura: pretorii edilium q; peculiare munus est ut ludos exhibeant. hanc a iuuenale dictū est graphice & satyrice predo caballorū pretor sedet: sup quo uersu nō pauca scripsimus in libro annotationū. marcialis quoq; indicat pretorē ludos exhibere solitū. sic enim ait. Dicā ego pretor erat: cū statura fuit megalensis purpura cetum. officium aūt boni ptoris ē aurigariis uictoribus tribuere legitimā uictoriæ mercedē qua domitius cū esset ptor p quādā pfidiam aurigarios fraudauit. aurigarii aūt significant nō tā ipsi aurigæ quā dñi aurigarū & pricipes factionū prasinæ. s. & uenetæ atq; reliquarum. ¶ Palmarū: scribit liuius in. x. ab urbe cōdita palmas uictoribus dari ceptas in romanis ludis trāslato e græcia more. cur aūt in certaminibus placuerit palmā signū esse uictoriæ supra docuimus ex auctoritate gelii atq; plutarchi. ¶ Ioco: scomate & iocosa reprehensione: quā græci ledoriā uocant. ¶ Querētibus: lamentantibus. ¶ Dominis factionum: factiones aurigarum significat: quales erant prasina & ueneta: quarum domini cum quererentur se fraudatos esse legitimo uictoriæ premio domitius ad hanc notam abolēdam decreuit ut deinceps premia pñtibus uictoribus tradarentur. ¶ Maiestatis reus: accusatus de crimine lesæ maiestatis de adulteriis de incesto cū sorore cōmisso. ¶ Mutatione: mors principis cā est temporū mutationis: & iudicia inchoata intermittunt. ¶ Sub excessu: morte & interitu. ¶ Pyrgis: in ethruria oppidum est noie pyrgi cuius meminit pli. in. iii. de quo ait Maro in. x. & pyrgi ueteres intēpestæq; grauiscæ. ait seruius castellū hoc nobilissimum fuisse quo tusci pyratici exercuerūt. ¶ Aquæ intercutis: intercus dicit aqua: quā græci hydropa uocant: ut ait priscianus: aqua. n. inter cutē male habet auctore celso: q morbus acutus est. plautus mihi erat bilis aqua intercus: tussis febris. pli. alio noie hūc morbū aquæ subter cutē fusæ uocat. cor. cel. pdidit quod ab auicena quoq; traditū est: tres spēs esse hydropis: tipanitem hypofarchā ascytē græci noiant. cōis oium est humoris nimia habundantia. Interdum intercus adiectiuū nomen est: caro intercutibus stupris dixit pro intestinis. Itidē gellius intercutibus inquit uitiis madentes.

¶ M. AN. ¶ Ex Antonia maiore. M. Antonii triūuiri & Octauiæ filia. ¶ C. Cæsaris: quē ex. M. Agrippa & Iulia genitū Augustus adoptauit. ¶ Occiso liberto suo: quia sui occidisset libertum. ¶ Dimissus e cohorte abire iussus. ¶ Viæ appiæ: de uia Appia require supra. ¶ Liberius: audacius. ¶ Iurganti: iurgium sibi facienti. ¶ In prætura: quum ludos ederet. ¶ Aurigarios: aurigarium dominos. ¶ Sororis ioco: urbana so-

Antoniæ
Iurgate
Eluscare
Argentarii
Aurigarii
Palmæ uictoribus
Ledoria
Factiones aurigarum
Pyrgi
Intercus aqua
Hydrops
Tympanitis
Hypofarcha
Ascyte

xoris lepidæ cauillatione. ❡ Incesti: incestum committi aiunt cum ea quæ ob arctissimum sanguinis uinculum religioneue uxor esse non põt. Ver. ausus lectũ incestare nouercæ. ❡ Sub excessu Tyberii: sub id tempus quo ille uita decessit. ❡ Reus: tot capitalibus criminibus obnoxius. ❡ Mutatione tẽpoꝝ: mutata cum morte principis tẽpoꝝ rõe. ❡ Pyrgis: littorali hetruriæ oppido uetustate isigni & iã inde ab aduẽtu Aeneæ in Italia inter hetruriæ oppida relatũ Ver. & pyrgi ueteres intẽpestæq; grauiscæ.

sit. D ecessitq; pyrgis morbo aquæ intercutis: sublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita.

De natiuitate & infantia Neronis & præsagiis q̃busdam.

NEro natus est ante nouẽ mẽses q̃ tiberius excessit. xviii. calendas ianuarias iãtum quod ex oriẽte sole pene ut radiis prius q̃ terra contingeretur. De genitura eius statim multa & formidolosa multis coniecturantibus præsagio fuit etiã Domitii patris uox īter gratulatiões amicorũ negantis quicq̃ ex se & Agrippina nisi detestabile & malo publico: nasci potuisse. Eiusdẽ futuræ infelicitatis signum euidens die lustrico extitit. Nam. C. Cæsar rogãte sorore, ut infanti ei quod uellet nomẽ daret intuẽs Claudium patruũ suũ: a quo mox prĩcipe adoptatus est: eius se dixit dare: neque ipse serio, sed per iocum & aspernante Agrippina quod tum claudius īter ludribria aulæ erat. Trimulus patrẽ amisit: cuius ex parte tertia hæres ne hãc quidem integram cœpit correptis per cohæredem Caium uniuersis bonis: & subinde matre etiam relegata pene inops: atque egens apud

❡ PHI. ❡ Sublato filio: suscepto. ❡ Ex agrippina: duas fuisse agrippias notissimũ est quæ caium caligulã & domitiũ neronẽ principes genuere totidẽ faces humani generis. germanic⁹ ex agrippina filia agrippæ suscepit filiã agrippinã neronis matrem. ❡ Excessit: mortuus est. ❡ Tantũ q: emendã iã tũ qdem. ❡ Terra cõtigeret. hũc locũ i augusto enarrauimus scribẽtes quemadmodũ nascẽtes terrã tangebant & ideo dea ops uocabat qđ opẽ nascentibus pberet. M. uarro sic refert. Natus si erat uitalis ac sublatus ab obstetrice statuebatur in terra. ut auspicaret rectus esse diis cõiugalibus. pilumno & picũno in edibus lectus sternabat. ❡ Genitura: natiuitate alias sp̃ mte. de quo in. u. cõmẽtario satis multa. ❡ Formidolosa: plena formidinis. formidolosũ dici & formidat & q formidat docet gel. an. vii. noctiũ atticarũ & eruditorũ exẽpla norificant. ❡ Ex se & agrippina: emphasis est in nobus: tanq̃ ex duobus pessimis nasci nisi pessimus non posset. ❡ Die lustrico: dies lustric⁹ dicitur: quo infantes lustrãtur & nomen accipiunt. sed is maribus nonus octauus est feminis. macrobius auctor in primo saturnalium. festus Põpeius lustratũ ab nomine appellat. Romani nundinam deam ueneranbantur a nono nascentium die nuncupatam: quo ifantibus nomen imponebant. cur autem nomina infantibus non ante diem octauum imponerẽtur: causam esse dicit plutarchus in problematis: quia septimus dies cum in ceteris tũ ad umbilicum infantibus nuper editis periculosus esse cõsueuit. septimo enim die plerisq; resoluitur. hoc idem sentire uidetur aristoteles libro septimo de animalibus his uerbis: quæ subieci. plurimi ante septimum diem intereunt inde fit ut noia septimo die imponantur tanq̃ saluti iam pueri magis credamus. alia causa proditur a plutarcho quæ philosophica est de numero pari & impari: tanq̃ octonari us: ut pythagorici asserunt: femina credatur. nouenarius uero mas. mendosa est dictio in codicibus plutarchi impressis. nam pro nono die uulgo impresserunt nono anno. ut enim diximus maribus nono die: feminis octauo nomina imponere cõsueuerũt legimus eẽ populos ĩ africa atlantes dictos: qui sũt anonymi hoc est sine propriis nominibus: neq; enim nominũ ullorum inter eos appellatio est in uniuersum atlantes tantum uocitantur. ❡ Caius Cæsar: caligula. neronis auunculus. ❡ Sorore: Agrippina Neronis parente. ❡ Eius se dare: uerum fuit Caligulæ presagium. nam Claudius nero dictus est ubi insertus fuit per adoptionem familiæ Claudiorum: nomina aũt quæ imponuntur mortalibus die lustrico dicuntur nomina impositiua de quibus prescita sunt pythagoræ secũdum numerum uocaliũ uel imparem uel parem: cuius rei mentio quoq; fit a plinio in. xxviii. ❡ Serio: sed p iocũ contraria sunt serio & ioco. hinc oratius: sed tamen amoto quæramus seria ludo. ❡ Inter ludibria aulæ: superius declaratum est quẽadmodum Claudius pro despectissimo habitus est: quem Caius Caligula non nisi in ludibriũ reseruauit. ❡ Trimulus: trimum dicimus & trimulũ a numero trium annoꝝ sicut trimatũ triẽnii tempus. ❡ Ex pre tertia: ex triente. ❡ Caium caligulam auunculũ. ❡ Subinde: deinde mox. ❡ Relegata: dixit in Caligula tranquillus: quẽadmodum ille sorores cõdemnauit.

Formidolosus

Dies lustricus

octonarius numerus femina

Anonymi noia impositi. ua

Trimus Trimulus Trimatus

❡ M. AN. ❡ Aquæ intercutis: græci hydropa uocãt cel. cor. inter acutos retulit morbos tria q; ait eẽ ei⁹ morbi genera. ❡ Ex agrippina: germanici filia q̃ nouissime Claudio nupsit. xv. ❡ Xviii. calẽdas ianuarii germanico genita dixit ad alterius agrippinæ differẽtiã q̃ fuit huius mater: & M. agrippa & Iulia augusti filia mater est decẽbris. ❡ Steri multa: subitellige fuerũt aliter ordo nõ p̃cedit. ❡ Formidolosa: uox. s. Domitii pris ❡ Die lustrico. quo ifantes lustrabãt: nomẽq; accipe cõsuere erat is dies octauus ab eo quo puellæ nasci cõtigisset puero uero nonus ut plutarchus i q̃onib⁹ ait & macrobi⁹ i saturna. ❡ C. Cæsar: Caligula. ❡ Sorore Agrippia neronis matre. ❡ Clandiũ. q postea prĩceps fuit. ❡ Trimulus: tris ãnos natus di & trim⁹ ut bim⁹ & bimulus quadrimus quadrimulus: ãniculus uero qui unius sit anni. ❡ Caium: caligulã. ❡ Matre: Agrip

pina de cuius relegatione satis in caligula.

Amitam Lepidam nutritus est; sub duobus pædagogis salta tore atque tonsore. Verum Claudio imperium adepto non solum paternas opes recuperauit; sed & crispi passieni uitri ci sui hereditate ditatus est. Gratia quidem & potentia reuo catæ restitutæque matris usq; eo floruit; ut emanaret in uul gus missos a Messalina uxore Claudii, qui eum meridiantē quasi britānici æmulo strangularent; additum fabulæ & eos dem dracone e puluio se proferente conterritos refugisse; quæ fabula exorta est deprehensis in lecto eius circum ceruicalia serpentis exuuiis; quas tamen aureæ armillæ ex uolū tate matris iclusas dextro brachio gestauit aliquandiu; ac te dio tandem maternæ memoriæ abiecit: rursusq; extremis suis rebus frustra requisiuit.

De pueritia eius; & gestis in ea.

¶PHI. ¶Amitā: nullus ignorat amitā dici patris mei sororē tanq̄ a me tertia sit: uel ideo amita dicta est: qa a patre amata: nā plus sorores a fratribus quā fratres diligi solent. inter hāc lepidam & agrippinā olim certamē acerrimum exortū est cū utraq; cōtenderet amita potius an mater apud Neronē preualeret: tandē uicit agrippina morsq; lepidæ indicta est: q̄uis narcisus multū aduersaret. ¶Saltatore. saltator dicit: tripudiator & q saltādi artē callet: hoc eni saltare significat inde ludus saltatorius: i quo iuuenes saltare & tripudiare cōdiscūt. Scipio emylianus. eunt inquit in ludum saltatoriū: iter cynedos uirgines puerique igenui in probro saltationē fuisse apud ueteres Romanos docet Cicero in oratione p murena & macrobius testat in tertio saturnaliū: qui scribit studium saltandi gabinio cōsulari tanq̄ pro maximo probro obiectum fuisse a Cicerone. quintilianus pale stricos uocat saltatores. a quibus motus gestusq; formatur: quibus paulum tractare uult futurum oratorem cū tales doceant chironomiam: quæ est lex gestus a socrate probata & a platone in numero ciuilium posita uirtutum. qui habuerit horoscopum in lupo: quod sidus celeste est erit saltator: sicut tonsor nascitur quicūq; habuerit horoscopum in parte arietis unde trigesima. ¶Crispi passieni: de hoc plinius libro. xvi. arborem mori eximiam ætate nostra adamauit passienus crispus bis cōsul orator agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior postea osculari complectiq; eam solitus non modo cubare sub ea uinumq; illi affundere: hic passienus uxorem alteram habuerat noie domitiā: cuius cum litē pecuniariā ageret aduersus fratrē eius ænobarbū. dixit illa consultam a quintiliano laudatam. Nihil uobis minus deest. q de quo cōtendatis. do eodē plinius in epistolis. quo audito passienus crispus dixit bene me hercle bene. sed quorsum rā bene. ¶Reuocatæ: ab exilio. ¶Vitrici: uitricum & priuigni mopponi notum est. cum sint noia relatiua. ¶Meridiantem: meridiano somno indulgentē. sup hoc uerbo habundanter dictum est in Caligula. ¶Emuli: emulatio dupliciter dicit ut & in laude & i uitio sit. nam & imitatio uirtutis emulatio dicitur: unde & emuli cum laude dicūtur. emulatio quoq; est egritudo: si eo quod quis concupierit alius potiatur ipse careat. hic emuli dicti: quod nomen uitii est. & in hoc secundo significatu hic accipitur: tanq̄ nero de potentia contenderet cū britānico filio messalinæ ac Claudii. ¶Dracone e puluino: Cor. tacitus uulgabat affuisse ifantiæ Neronis dracones in modum custodum. fabulosa res & externis miraculis assimulata. nam ipse haud quaq̄ sui detractor unam omnino anguem in publico uisam narrare solitus est. ¶Ceruicalia: pul..anos nomine a ceruicibus deriuato. hoc enim instrumento delicatorum ceruices confouentur. hinc illa pliniana peroratio: eo delitiæ processere ut sine hoc plumæ instrumento durare iam ne uiroq; quidem ceruices possint. De ceruicali ait epigrammatarius poeta. tinge caput nardi folio: ceruical olebit. a ceruice fit denominatiuum ceruical ut docet priscianus in iiii. ¶Serpentis exuuiis: notum est serpentes quot annis uerno tēpore exuere membranam corporis hiberno situ obductam: exuunt autem adhibito feniculi succo. plinius: modo anguinam uernationem modo membranam modo senectutem modo senectam appellat. exuuias serpentū easq; multis medicamentis efficaces demonstrat uernatio anguium reposita i armariis tineas necat. ¶Armillæ inclusas. a plinio morborum remedia referuntur: quæ inclusa armillæ gestabantur: inter cetera illud est memoratu dignum. q uulpinam linguam habentes in armilla lippitudos negat. ¶Dextro brachio. uel uti in brachiali: uocamus enim brachiale tegumentum brachii & ornamētum. sicut uentrale uentris frōtale frontis: tibiale tibiarum in cruribus & alia hoc genus. plinius in. xxviii. lais & salpe canum rabiosorum morsus & tertianas quartanasq; febres aiūt leniri mēstruo in lana arietis nigri argēto brachiali incluso. Diotimus thebanus uestis oino ita infectæ portiuncula acu uel pellicio brachiali in sertæ. ¶Extremis rebus: i rerum desperatione: qñ deploratum erat de eius imperio. & ipse ad mortem querebatur.

¶M. AN. ¶Amitam: lepidam Domini patris sororem. ¶Vitrici: passieni cui Agrippina mater secundo nupserat: Plinius: arborē mori eximiā ætate nostra adamauit passienus Crispus bis consul & orator agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior postea. ¶A messalina: quæ ante Agrippinam claudio nupserat. ¶Meridiantem: meridianis horis quieti deditum. ¶Britannici: Messalinæ filii. ¶Eosdē: percussores a Messalina subornatos. ¶Ceruicalia: ceruical quo dormientis ceruix fulcitur. Mar. Tinge caput nardi folio ceruical olebit pdidit unguentū quum coma pluma tenet. ¶Exuuiis: spolio siue corio. ¶Maternæ memoriæ: quasi monumentum quoddam matris id esset. ¶Extremis: perditis.

Amita unde

Saltator

Ludus saltatorius

Palestrici

Chironomia

Meridianus

Emulatio

Ceruicalia

Anguia uernatio

Contra lippitudinem

Brachiale

Vitrale

Genet adhuc nec dum matura pueritia circensibus ludis troiam constantissime fauorabiliterq; lusit. Vndecimo ætatis anno a Claudio adoptatus est: Anneoque Senecæ iam tunc senatori in disciplina traditus. Ferunt Sænecam proxima nocte uisum sibi per quieté .C. Cæsari præcipere: & fidem somnio Nero breui fecit prodita immanitate naturæ quibus primũ potuit experimentis. Namq; Britannicum fratrem: q̃d se post adoptioné ænobarbũ ex consuetudine salutasset: ut subdititium apud patré arguere conatus est. Amitã eius Lepidã reã testimonio eorum afflixit gratificans matri: a qua rea premebatur. Deductus i forum tyro populo cõgiarium milití donatiuũ ꝓpofuit indicta decursione, prætorianis scutũ sua mãu prætulit: exinde patri gratias i senatu egit. Apud eundem consulem pro bononiẽsibus latine: pro rhodiis atq; iliensibus græce uerba fecit. Auspicatus est & iurisditionem præfecti urbis

¶PHI. ¶Matura pueritia: est pueritia noua matura & preceps. q̃d & de aliis quoq; ætãtibus dicit. Vir. iam senior sed cruda deo uiridisq; senectus. ¶Troiam fauorabiliter lusit. Cor. tacitus. sedente Claudio circensibus ludis cum pueri nobiles equis ludicrum troiæ inirent: interq; eos britannicus impatore genitus. & L. domicius adoptione mox in imperium & cognomẽto Neronis ascitus fauore plebis acriore in domitium loco præsagii acceptus est. ¶Fauorabiliter: cum fauore populi. fauorabilis is dicit q est gratiosus plenusq; fauoris in populo. ¶In disciplina traditus: agrippina senecam exulantem ab exilio reuocauit eiq; preturã impetrauit: cui domitium filiũ tradidit erudiẽdũ: ut illius pueritia tali magistro adolesceret. & consiliis eiusdẽ ad spem dñationis uteretur. ¶Proxima nocte: illa significat diem illum fer uta ẽ: quo sibi traditus ẽ nero erudiẽdus. ¶C. Cæsari precipere: tãq; nero futurus esset alter Caligula. ¶Fidem somnio: quia nõ solum sese Caligulæ similem ꝓstitit sed illo quoq; sceleratiorẽ truculẽtioreq; mõstrauit. ¶Prodita: detecta. ¶Enobarbũ salutasset britãnicus domitiũ ænobarbũ salutauit nec Neroné noĩauit in quã sniam ait Cor. tacitus obuii iter se Nero britãnicũ noie illle domitiũ salutauere: qd ut discordiæ iniciũ Agrippia multo q̃stu ad maritũ dferre: spni q ppe adoptioné q̃q; cẽsuerit pies iusserit ppl's itra penates abrogari. ¶Vt subdititium: præpostera res est: quod adoptiuus filius accuset apud patré legitimũ filium perinde ac subditicium & adulterinũ. subditicii enim dicuntur suppositicii: quos Iuuenalis suppositos appellat. a plauto iuppiter luculẽte dictus est amphitrio subditicius: propterea q̃ imaginem amphitriõis sumpserat: Quintilianus in primo ut nou'mo do uersu cẽsoria quadam uirgula notare: & libros q falso uiderẽtur inscripti: tanq̃ subditiuos submouere familia permiserint sibi. ¶Arguere: criminari. ¶Amitam lepidam afflixit: paulo ante dictũ est quẽadmodum mors indicta fuit lepidæ Neronis amitæ: quæ exercuerat simultates cũ agrippina. ¶Rea: scilicet lepida. fuit autẽ obiectum in accusatione inter cetera lepidæ reæ factæ: quod coniugium principis deuotionib' petiuisset: quodq; parũ coercitis p calabriam seruorum agminibus pacẽ italiæ turbaret. ¶Tyro: dic tirocinium super quo non pauca superius annotauimus. quæ repetenda illinc sũt si quid scire desideras. ¶Populo cõgiarium: de hoc sic scribit tacitus. uirilis toga Neroni maturata: quo capescendæ rei pu. idoneus uideretur & Cæsar adulationibus senatus libens cessit. ut uigesimo ætatis anno consulatum Nero iniret: atq; interim designatus proconsulare imperium extra urbem haberet. ac princeps iuuẽtutis appellaretur. addiuumno mine eius donatiuum militi: congiarium plebei de congiario. quod populare est: & donatiuo: quod militare est: supra satis ac super. ¶Indicta decursione: denunciata. signat autem militarem decursionem: quæ solemniter fieri solebat causa ludicri spectaculi. ut supra affatim declarauimus. i funere nobilium decurrebãt circa ipsum rogum & hoc est quod dixit maro in. xi. eneidos ter circum accensos cincti fulgentibus armis decurere rogos. ¶Scutum pretulit: tanq̃ ipse Nero in decursione precurreret: & pretoriani milites eum sequerentur preferentem scutum ex ritu decursionis. ¶Patri: Claudio per adoptionem. ¶Gratias egit: pro honoribus quibus eum exornauerat claudius: de quibus modo diximus. ¶Pro bononiensibus: bononia patria nostra id temporis igne deflagrauerat: tunc nero pro bononiensi colonia orauit impetrauitq; ut largitione centies sextertium bononiæ subueniretur ex quo nos non parum deberemus principi Neroni: nisi ille ob scelera detestanda factus esset odium cunctorum mortalium. ¶Pro rhodiis: rhodii oratore Nerone libertatem impetrarũt. ¶Iliensibus: nero ut eloquentiæ studiis enitesceret causam suscepit iliensium obtinuitq; ut illi omni publico munere soluerentur: quod supra quoq; explicatum est. preterea iliensibus concessum fuit priuilegio peculiari: ut qui matre iliensi esset is sit municeps iliensium. auctor ulpianus titulo ad municipales. ¶Iurisdictionem prefecti urbis: sensus est. nero ius dicere cepit ab his rebus quæ spectãt ad officium ꝓfecti urbis & ꝓfecti latinarũ. q̃ aũt ad iurisdictionem ꝓfecti urbis ptineant docet iurisconsultus li. i. digestoꝶ. scribens oĩa oĩno crimina sibi uẽdicare urbis ꝓfecturam: nec tñ ea: quæ intra urbem admittũtur: uerum quoq; ea quæ extra urbem intra italiam fiebant.

¶M. AN. ¶Anneo senecæ: stoicæ disciplinæ studiis ea tempestate claro: præter ipsius opera quæ & multa & uaria extant. Fabius Quintilianus: Gellius: Iuuenalis: Martialis & Papinius in Siluis meminerũt. ¶Proxima: quæ diem illum quo Neronem instituẽdum susceperat. ¶C. Cæsari: Caligulæ. ¶Fidẽ somnio: natu

Fauorabilis

Subdititii

Consul xx. ano.

Priceps iuuẽtutis

Decursio.

Nero ꝓ bononiensibus

Nero nō solū æquauit Caligulæ scelera: sed supauit & Pst p utrasq; Agrippinas maxime q Caiū & Domitiū Neronē principes genuere totidē faces generis humani. ¶ Aenobarbū & nō cæsarē. ¶ Ex cōsuetudine ut aū adoptionē cōsueuerat. ¶ Subditiuū: nō uerum Claudii filium: sed fraude subditum ac falso creditum. ¶ Amitam etiam lepidam. patris sororem nec eius legas quod ne eleganter quidem diceretur sed etiam ¶ Tyro: rudis adhuc congiarium donum. ¶ Donatiuum: quod miliu citra stipendii aut præmii nomen dabatur donatiuum dixere: quod gratuitum populo congiarium q̄q aliud sporrola aliud recta cæna esset aliud uisceratio & breui congiarium & donatiuum pecunia fere cōstabant. ¶ Decursione: qualis esset hæc decursio non reperio non inepte tamen accipias decurrere pro circumcurrere siue circuire sic enim Seruius Vergilianum illud interpretatur decurrere rogos ut certo anni die militari pompa milites tā ad ostentionem q̄ ad recognitionis usum aut in defuncti ducis memoriam decurrerent ut alibi idem tranquillus cæterum inquit exercitus honorarium ei tum ulum excitauit circa quem deinceps statuto die quot annis miles decurreret: fuit idibus Iulius & equitum transuectio cuius Dionysius & Valerius meminerūt sed illi pedibus hi equis sedentes pulchrum & hilare spectaculum exhibebant ciuitati: nec eo inficias posse id militaris ludicri certaminis ue genus uideri quod ipsum quale esset. uox ipsa ppemodum testatur a decurro decursus est & decursio. ¶ Patri claudio. ¶ Gratias: quod honorificentissimo Tyrocinio se in forum traduxisset. ¶ Auspicatus: rite cœpit. ¶ Iurisdictionem: dicūdi iuris munus. ¶ Præfectu urbis: præfectus urbis latinarum feriis creatus.

atq; latinarū celeberrimus patrōis nō translatitias ut assolet & breues; sed maximas plurimasq; postulationes certatim īgerētibus; quāuis interdictum a Claudio esset. Nec multo post duxit uxorem Octauiam; ediditque pro Claudii salute circenses & uenationem.

De imperio Neronis.

Septendecim natus annos ut de Claudio palam factum est, inter horam sextam septimamq; processit ad excubitores; quum ob totius diei diritatem nō aliud auspicādi tempus accomo datius uideretur; proq; palatii gradibus imperator cōsalutatus lectica ī castra; & inde rapti appellatis militibus in curiam delatus est. Discessit iam uespi ex īmensis qbus cumulabatur honoribus tantum patris patriæ nomine recusato propter ætatem.

De gestis per eum in initio principatus.

¶ PHI. ¶ Atq; latinarum: A. Gellius libro. xiii. noctium atticarū demonstrat præfectū urbis latinaꝝ cā romæ relinqui solitū quem mutius negat senatū habere posse: quæ aūt sint latinæ feriæ: & cuius rei cā institutæ supra docuimus: qdam codices habēt pfectu urbis ca latinaꝝ tanq ob eum latinarum feriaꝝ obeunda rum usupauerit iurisdictionē pfectu urbis: ad quē latinæ ptinebant. quidam seiunctum legunt prefecti urbis atq; latinarum qd placet alii iunctim. ¶ Non translatitias postulationes: translatitiæ postulationes dicuntur accusationes nō nouæ nec nuper inuentæ sed aliunde translatæ: & tales breues esse solent ut pote ex formula trāscriptæ & facilitis explicatu. sic edicta translatitia ueteres dixerunt: de quo supra dictum est: postulationes autē nō solū petitiones dici sed etiam accusationes satis notum ē qd a postulado deriuatur. super quo uerbo abundanter scripsimus in pmo cōmētario. sensus ē. interdixerat claudius ne patroni causarū ingererent numerosas implicatasq; postulationes apud Neronem. ne ille adhuc tyrunculus in iure dicendo uexaretur: habendam enim censebat rationē ætatis iuuenilis in actione causarum. tamen illi perseuerauerunt in proposito ut maximas plurimasq; postulationes pro uiribus quisq; ingererent. ¶ Octauiam. filiam Claudii principis. ¶ De claudio. claudium scilicet occubuisse & extinctum esse. ¶ Inter horam sextam processit. in publicum egressus est. Agrippina expectabatur inquit tacitus: tempus prosperum a caldeis predictum: tunc medio diei ante idus octobris foribus palacii repente deductis nero egressus est in publicum. ¶ Ad excubitores. ad cohortem: quæ more militiæ excubiis a . . erat progressus est nero comitante burro. ibi festis uocibus exceptus lecticæ impositus fuit. dubitauisse quosdā ferūt respectātes cogitātesq; ubi britānic' eēt: mox nullo ī diuersū auctore eū q offerebat secuti sūt. itaq; illatus castris nero pator cōsalutat'. ¶ Diritatem. tanq̄ priora tēpora portēderent presagarentq; dira capescendi principatus initia. ¶ Pro palatii gradibus. ante scalas palatinas. ¶ Appellatis. nero milites alloquuturos est congruentia tempori prefatus: promisitq; donatiuum ad exemplum paternæ largitionis. tacitus auctor. ¶ In curiā delatus. scribit tacitus consulta patrum secuta esse sententiam militarem in cōsalutādo īperatore. ¶ Propter etatē. cū adhuc puer eēt: nec illi etati patris patriæ nomen cōueniret. ¶ M. A N. ¶ Celeberrimis patronis: eoq; cognitione magis difficili. ¶ Nō translatitia: non aliunde acceptas aliue deferendas. ¶ Postulationes. legitimas debitasq; petitiones. ¶ Ingerētibus: cumulantibus inferētibus. ¶ Interdictū ne illius adhuc tyronis iurisditionem arduis & laboriosis implicarent negociis. ¶ Octauiam: Claudii & Messalinæ filiam. ¶ De claudio: de claudii obitu. ¶ Processit in apertū uēit. ¶ Excubitores. qui presidii causa circa fores excubabant. Diritatem: diram extorum speciem quibus litare non potuerat. ¶ Auspicandi. suscipiendi incohandi imperii. ¶ Consalutatus: ab iis qui in statione erant. ¶ In

Transla titie po stulatio nes

cistra quæ appia ui fuisse diximus. ¶ Appellatis accersitis in officio confirmatis. ¶ In curiam ad patres. ¶ Decessit e curia. ¶ Propter ætatē: quasi patris appellatione indignam.
¶ PHI. ¶ Orsus inapiens.

ORsus hic a pietatis ostētatiōe Claudiū apparatissimo funere elatū laudauit: cōsecrauitq;. Memoriæ domitii patris honores maxios habuit. Matri summā omniū rerum publicarū priuatarūq; permisit: primo etiā ipeRii die signū excubāti tribuno dedit optimā matrē: ac deinceps eiusdē sæpe lectica per publicū simul uectus ē. Antiū coloniam deductis ascriptis ueteranis e prætorio: additisq; per domicilii translationem ditissimis primipilarium: ubi & portum operis sumptuosissimi fecit.

De ciuilibus gestis eius.

UT que ut certiorem adhuc idolem ostenderet: ex Augusti præscripto imperaturum se professus neque liberalitatis: neque clæmentiæ: nec comitatis quidem exhibendæ ullam occasionem omisit. Grauiora uectigalia aut aboleuit aut minuit: præmia delatorum

¶ Claudiū laudauit: laudatione Claudii funebrem exorsus ē Nero a quā antiquitatē generis cōsulatus ac triūphos maiorum enumerauit: sed ubi prouidētiā sapiētiamq; Claudii laudare cœpit: nemo risui temperauit. autumat tacitus orationē illā a seneca fuisse cōpositā: annotaueritq; seniores primū Neronē ex principibus romanis eguisse alienæ facundiæ. ¶ Consecrauitq;. s. per apotheosin. tacitus ait flaminē claudialē simul claudio censoriūq; funus fuisse decretū & mox consecrationem die funeris. idē paulo ante. celestes inquit honores claudio decernunt & funeris. solēne pinde ac diuo augusto celebrat emulāte agrippina proauiæ liuiæ magnificentiam.

Nero egiut alienæ facundiæ

¶ Domitii patris: ait tacitus effigiem domitio patri petisse Neronē a senatu. ¶ Matri summam: itidem Alexander Romanus. Imperator cum puer ad imperium peruenisset fecit cūcta cū matre: ut & illa uideret pariter imperare. helio gabalus quoq; symiamiræ matri adeo deditus fuit: ut sine illius uolūtate nihil in re pu. faceret & pfecto mira cōsilia nō sūt filio repudiāda: qñ mater p captu mulierū circūspecta ē & solers. qualis ē clarissima atq; prudētissima matrona: parēs tua: inclyte hanibal: nunq̄ a me sine honoris pfatiōe noianda: q nō solū callet officia muliebria: sed mirabili prudētia pditacallēter fuit. Ill igit: quo pacto negocia ad rē pu. ptinentia debeāt administrari: q̄ta de° bone ē i mēte tua illustrissima dexteritas: q̄ta affabilitas ad adeūtes excipiēdos: q̄ta i rebus oibus obeūdis circūspiciētia: quo circa facito qd facis: utere maternis cōsiliis: i efer ad matrē: quæ ubi futura optima ē fidissimaq; cōsiliatrix: cui pares paucissimas es iuēturus nullā supiorē. nō cornelia gracchorū: nō iutelia cæsaris nō actia augusti mater zenobiæ beniuolæ sūt pferēdæ. imo ut dicā qd sentio nec q̄dē æqperādæ: qua nec tanaquil solertior fuit nec liuia circūspectior. ¶ Optimā matrē: tacitus propalā ois in agrippinā matrē honores cumulabant: signūq; more militiæ petēti tribuno dedit optiæ matris. ¶ Simul cū matre agrippina. ¶ Antiūq; ciuitas fuit caput uolscor. ubi generatū est ipm neronē pdiderūt. ¶ Adscriptis: adscripti dicebāt q i colonias noia dedissent ut eēnt coloni. alio uerbo trāscribi dicūt ut docet seruius q enarrās illud maroni: mūt trāscribūt ui bi matres: at romani noīs uerbū ē. trāscripti. n. i colonias deducūt. ¶ E ptorio. ex militib° ptorianis. ¶ Per domicilii trāslationē: domicilii trāslatio fit qū colōi ex urbe roma trāsferūtur ad coloniā hitandā. ubi illis domicilia & agri assignāt. ¶ Portū fecit: cū antea antiū ciuitas fuisse portu carēs: sicut idicat strabo i. v. geographiæ. ¶ Sūptuosissimi: maximi sūptus maximarūq; ipensarum. ¶ Ex augusti pscripto: traianus dicere solebat pcul distare cūctos principes a primo quinquēnio pricipatus Neronis: illo eni tpe tā fuit optimus principū Nero: quā postea pessimus. pscriptū aūt ut inqt porphyrio p pcepto dicit trāslatiōe sūpta a magistris ludi q pscripta pueris dant pscriptūq; imitātur. notatus nō ita romuli pscriptū. ap rethoras tractatio uberrima ē: quo mō pscribamus a re a psona a tpe & reliquis aut fortunatianus pscriptionē differre a trāslatiōe: tū pscriptio excludat actionē: trāslatio aūt differat. Cor. taciti in hanc sniam uerba sūt hæc. tūc formā futuri principatus nero pscripsit. ea maxime declinās: quor recens inuidia flagrabat: nihil in penatibus suis uenale aut ambitioni puiū eē uolui. ¶ Comitatis: benignitatis & facilitatis. comes eni benigni faciles & suaues hoies eē dicunt unde & comiter: p benigne accipit auctor Cicero in oratione pro. Cor. balbo. ¶ Aboleuit: tradit tacitus uectigal quintæ & uigesimæ uenaliū mācipiorū remissū fuisse a Nerone. idē induxit abolitionē quadragesime qnquagesimeq;. & q̄ alia ex auctioribus illicitis noia publicani iuenerant. idē cogitauit de abolēdis cūctis uectigalibus: tanq̄ id pulcherrimū donū generi mortaliū daturus. sed eū cohibuerūt senatores dissolutionē ipeRii docēdo. si fructus qbus res pu. sustinet diminueret. ¶ Premia delatorū: erāt inter delatores criminū publicorū qdam quadruplatores noīati: q q̄rtā pte de pscriptorū bonis quos detulerāt cōsequebātur. cū aūt lege papia delatoribus premia cōstituta fuissent: nero ea minuēs redigit ad quartas. uerbi cā ut delator: q p delatore accipere debebat quadragita acciperet decē. uidetur sensus ille eē cōgruētior. ut itelligas Neronē ad q̄rtas redigisse minuisseq; pmia: q cōstituta erāt his delatoribus: q accusabant deferebātq; noīa illorū q agerent aduersus papiā legē: de qua pximo cōmētario copiose differimus. ita eni dicimus delatores papiæ legis sicut delatores iuliæ. pōpeiæ corneliæ legis: itelligētes illos: q accusant trāsgressores pnaricatoresq; earū legū. ad quartas āt absolute dixit: sicut ē illd admodū latū tracli: li ot iroris cōtra: ispitalē. placet hoc ergo leges diligētissime pudoris custodes decimas uxoribus

Laus zenoniæ beniuolæ

Prescriptum

Comes Comiter

Quadruplatores

Delatores legis

Decimæ uxorib° q̄ tt eme retricib°

dari quartas meretricibus.
¶M.AN.¶Per translationem domicilii:domicilio ex urbe in coloniam translato aut certe ita i coloniam ascripti ut eorum domicilia alibi essent quod in nouo comensi quoq; colonia euenit.¶Praescripto: formula.¶Praemia delatorum:delatoribus decreta.

papiae legis ad quartas redegit:diuisis populo uiritim quadrigenis nummis:senatorum nobilissimo cuique:sed a re familiari destituto annua salaria:& quibusdam quingena constituit. Item praetorianis cohortibus frumentum, menstruũ umq; gratuitum. Et quum de supplicio cuiusdã capite damnati;ut ex more subscriberet admoneretur:quam uellem inquit nescire litteras. Omnes ordines subinde memoriter salutauit:agenti senatui gratias respõdit quum meruero. Ad campestres exercitationes suas admisit & plebẽ declamauitque saepius publice:recitauit & carmina non modo domi:sed in theatro tanta uniuersorum laetitia:ut ob recitationem supplicatio decreta sit:atque pars carminũ aureis litteris Ioui capitolino dicata.

De spectaculis per eum editis & libertate eius ad populum

Spectaculorum plurima & uaria genera edidit:Iuuenales, circenses:scaenicos ludos:gladiatorium munus. Iuuenalibus senes quoque consulares

¶PHI.¶Quadragenis:quadragentenis.hoc idem Cor.tacitus sic scribens.pleber cõgiarium quadrigeni nummi uiritim dat.
¶Quibusdã quigena:scribit tacitus quingena sestertia i singulos ãnos oblata fuisse a nerone ualerio messalae:quibus inopiã innoxiam sustentaret:Aurelio quoq; cottae & aterio antonino annuã pecuniam statuit pриceps nero quis per luxũ habitas opes dissipassent.¶Menstruum gratuitũ:sine pcio frumẽtũ uni' mẽsis ex largitione neroniana datũ militibus cohortiũ ptorianae:significat.qdã exponũt menstruũ nõ tã uni' mẽsis:q i singulos mẽses datũ frumentũ sine pcio praetorianis cohortibus ut pote nobilioribus & a'i custodiam principis excubãtibus.¶Nescire litteras:seneca libro.i.de clemẽtia se maxime compulsum esse hac una Neronis uoce ait ut de clementia scriberet:quam appellat uocem generosam dignamq; quam audirent omnes gentes:quae Romanum imperium colunt.quam uocem ait in concionem omnium mortalium esse mittendam.in cuius uerba principes regesq; iuramentum faciant:quam uocem appellat publicam generis humani innocentia dignam.nam cum burrus praefectus cohortium uir egregius:in latrones duos animaduersurus esset exigebat a nerone:ut subscriberet in quos & ex qua causa animaduerti uellet.hoc saepe dilatum ut aliquando fieret instabat.tandem nero inuitus inuito cum cartham protulisset traderetq; exclamauit.uellem nescire litteras.hoc autem ideo dixit ne cogeretur subscribere libellum pertinentem ad supplicium capite damnatorum.¶Memoriter salutauit:in hoc laudanda Neronis memoria est nõm inus:quam cyri:qui nominatim omnes in exercitu suo milites appellauit:nec minusq̃ L.scipionis qui po.Romanum nominatim alloquebatur.nec minusq̃ themistoclis:qui omnium ciuium nomina memoriter tenuit.¶Subinde:frequenter.
Popina rii · popina tur · Popina tiones · Mandu cũ · Mãdões · Mandu cones · Prima psecu tio chri stianorũ suppli. u um m christia nos · Histrio nes pul si · pãtomi mi sub lati · Linũ ad tabellas · In pri ma cera nomẽ te statoris.

pressaq; in presens exitiabilis supstitio hæc ille & alia nefanda de christianis certe dignus ipse qui per eosdẽ cruciatus quibus tũ merito christianos ait affectos perpetuo distraheretur pietatem flagitiũ appellat: uerũ dei cultum superstitionẽ homo impius demonumq; præstigiis addictus sed iam pridẽ credo intelligit qd ipse quid sui populares in Ioue Iunone cæterisq; demonibus colendis meriti sint quid cõtra christiani cum sua innocentia & pietate de quibus hæc non magis impie q̃ inepte scribit. ⁋ Malefice: sic tibi Tranquille & tuis popularibus persuasum: uerũ deo optimo maxio aliter uisum. ⁋ Lusus: deceptiones ludere decipere ẽ Nemus tu me ludere ausus es Sylophãta: Ver. crudelis tu quoq; falsis ludis imaginibus. ⁋ Quibus quadrigariis. ⁋ Factiones: quibus uerbis percipi põt ut aurigas in circensibus sic scœnicis ludis & aliis theatralib' spectaculis pantomimos suas factiones habuisse. ⁋ Falsarios. falsarum tabularũ auctores. ⁋ Lino: filo ut fit hodie quoq; in secretiorib' litteris obsignandis. ⁋ Obsignarent: sub signo clauderentur cõtra resignare de lecto signo aperire est. ⁋ Duæ primæ ceræ: tabulæ quibus primi secundiq; hæredes conscriberent: nã tertiæ haud tanti erant momenti ratio. n. usu euenit ut qui in tertia cera relati sint hæreditatem adierint quod cæratis tabulis testamenta & alia priuata acta scriberentur tam poetarum q̃ aliorum testimonia declarant. Iuue. Notum est cur soli tabulas impleuerit hister liberto & mox postea signatæ tabulæ. dictũ fœliciter: idẽ Non ne libet medio ceras implere capaces: & ad herennium Cicero si Ciceronis est id opus: tabulas in carcerem afferunt testamentum ipso presente conscribunt sed superuacuum est hæc colligere quæ passim legẽtibus occurrunt. ⁋ Testatoꝝ: qui testamentum conderent. ⁋ Vacuæ. s. ceræ: qbus uidelicet nihil esset notatum præter testatorum nomen: quo conspecto apparebat satis exploratum habere signatores quicquid i tabulis postea scriberetur id ex testatoris sententia scriptum iri.

signaturis ostenderentur: Ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi ascriberet. Item ut litigatores pro patrociniis certam iustamq; mercedem pro subsellis nullã omnino darent præbente ærario gratuita: utq; rerum actu ab ærario causæ ad foꝝ ac recuperatores transferrentur: & ut oẽs

Signatũ testamẽ gũ

⁋ PHI. ⁋ Signaturis. his q erãt futuri signatores. si signator ab ipso testatore acceperit annulũ & signauerit testamentũ. ualet q̃ si alieno signauerit. si signa illa turbata sunt: ab ipso testatore si uidetur signatũ. signũ autẽ utrũ annulo tñ impresso adhibeat: an & sine annulo alio quodã impresso: cũ uarie hoies signent queritur. sentit ulpianus annulo tñ posse signari: dũ tamen habeat charactera. ⁋ Testamenti scriptor. q adhibitus est ad testamentũ scribendum in numero testiũ haberi põt & tabulas signare quas scripsit: quod adeo indubitatũ uidetur: ut cũ domitius labeo quesiuit de celso an testis & signator habendus est scriptor testamenti: ille responderit. aut non intelligo qd sit de quo me consulueris: aut ualde stulta ẽ interrogatio tua. tabellionẽ uocãt. scriptorẽ testamenti. ⁋ Legatum sibi ascriberet. regulus ille epistolis plinii famosus cũ uenisset ad signandũ aureliæ ornatæ feminæ testamentũ. coegit mulierem sibi tunicas quas erat indutra legare: obseruauit scribẽtẽ. inspexit an scripsisset. cũ iniquũ itaq; sit signatores scriptoresq; alieni testamenti sibi legata poscere atq; ascribere: merito laudandus est nero: qui cauit ne quis notarius in alieno testamẽto sibi ascriberet legatũ. deberet enim testatoris uoluntas esse libera: ut possit legare cui uelit: præterire quẽ nolit. ⁋ Pro patrociniis mercedẽ. In decretis canonicis. xi. q. iii. scriptũ legimus quod licet aduocato uendere iustum patrocinium: & iurisconsulto rectũ consilium: sed non licet iudici uendere iustum iudicium. Contrarium sanxit lex cincia: qua cauebatur antiquitus ne quis ob cãm orandã pecuniam donũue acciperet. aliæ quoq; leges fuerunt & senatusconsulta: q̃ uetabant uenire aduocationes. Atq; nero uoluit ut merces a litigatoribus daretur patronis causaꝝ pro patrocinio: sed nullam dari uoluit iudici ꝓ iudicio ut exponas ꝓ subsellis hoc ẽ pro iudiciis. sed magis placet simpliciter accipe subsellia ꝓ sedibus: in quibus litigãtes dum cã agebatur sedere solebant ꝓ qbus pensio & merces certa soluebatur unde uoluit nero ut pro subsellis q̃ seruiũt litigatoribus nulla merces daretur iubens ab ærario subsellia sine mercede exhiberi in iudiciis. Subsellia autem conduci solita non solum a litigatoribus sed etiam a recitatoribus indicat iuuenalis illo uersu & q̃ conducto pendent anabatra tigillo. & cor. tacitus in dialogo de oratoribus auctor ogare ultro & ambulare cogitur ut sint qui dignentur audire: & ne id quidem gratis. nam & domum mutuat & auditorium extruit: & subsellia conducit. ⁋ Rerum actu. ab agendis rebus. rerum actum appellitant: id est actionem sicut in superioribus dictum est. ⁋ Ab erario. in augusto relatum est quemadmodum cura ærarii ad pretores pretoriosq; uiros trãslata fuit: unde intelligimus neronem instituisse: ut causæ a prefectis ærarii hoc est pretoribus qui in iudiciis preesse solebant: transferentur ad forenses actiones iudiciaq; recuperatoria. ⁋ Recuperatores. iudices dati edicto pretorio iniuriis estimandis recuperatores dñt: quorum meminit gellius libro noctium atticarum nouissimo. Cicero in oratione ꝓ cecinna quam habuit ad recuperatores: insinuat recuperatores dici ex eo: quod per illos ius nostrũ recuperemus: Idem in uerrinis legimus recuperatorũ numerum ex tribus cõstare significat: ubi ait tres a uerre recuperatores datos asserlas ipsius uerris hoies. s. improbissimos. quorum iudicio recuperatorio euersi sunt siculi aratores: liuius quoq; recuperatores tres ab astiano datos scribit: qui inter eos iudicarent: qui inter se contendebant de corona murali.

Scriptor testamẽti

Stulta ẽ interrogatio tua

Ne scriptor a scribat sibi legatũ an liceat uendere patrociniũ

Subsellia cõducebant

Recupatores

⁋ M. A N. ⁋ Signaturis: iis q ad hoc ipsum ut signarent accersiti essent. ⁋ Alieni testamenti: non sui non semper testator suum notare potest testamentum aut dextra debilitatus aut mancus aut litterarum ignoratio nec: cautum igitur ne qui scriberet alterius legata quicquam quod ad se attineret: id tabulis notaret ne sibi pter testatoris mẽtẽ aliqd ascriberet. ⁋ Pro patrociniis: pro opa ne causis aliis ue negociis a patrõis naturas.

¶ Pro subselliis: ergo & pro subselliis q̄ iudicũ ut dixi erãt certa a litigatoribus pecũia pẽdi solita ẽ. ¶ Gratuita subsellia. ¶ Re. astuia trãsigẽdis reb'. ¶ Ab ærario a iudicib' ærariis. Recuperatores fiscaliũ rerũ assertores

appellationes a iudicibus ad senatum fierent.

De quibusdam gestis circa exercitum britannicum.

AVgendi propagandique imperii nec uoluntate ulla neque spe motu unquam etiam ex Britannia deducere exercitũ cogitauit; nec nisi uerecundia ne obtrectare parentis gloriæ uideretur destitit, põti modo regnum concedente Polemone, Item alpium defuncto Cottio i prouinciæ formam redegit.

De expeditionibus Alexãdriæ & Achaie p eum susceptis.

PEregrinatões duas omnino suscepit Alexãdrinã & Achaiã; sed alexãdria ipso pfectiõis die destitit turbatus simul religione ac piculo. Nã cũ circuitis tẽplis i æde Vestæ resedisset: cõsurgẽti ei primũ lacinia obhæsit; dĩde tãta coorta caligo ẽ ut dispicere ñ posset. Iñ Achaiã

¶ PHI. ¶ Appellationes. titul' est apud iurisconsultos notissimus de appellatiõibus: ubi scriptum est qd a minori iudice ad maiorem licet prouocare: unde a iudice ad senatum appellare fas erat. a senatu uero ad principem appellari nõ posse: oratione diui adriani pscriptum est. Consimiliter nero uoluit ut appellatiões siue prouocationes fieri possent a sententia iudicũ ad ipsum senatum tanq̃ a minoribus ad maiores. & ita ostẽdit nero se plurimi facere senatorũ auctoritatẽ. de quo hæc contra auxit patrũ honorem statuendo: ut q a priuatis iudicibus ad senatum prouocassẽt eiusdem pecuniæ periculum facerent cuius hi qui imperatores appellauere. nã antea uacuum id solutũ q; pena fuerat. literæ aũt p quas causa ad eũ iudicem q appellatus ẽ dimittitur dimissoriæ dr̃ ũ uulgo nominant apostoli. ut docet iurisconsultus titulo de uerborũ significatiõe. ¶ Ex britania exercitũ. Cor. tacitus in libro quem scribit de uita Iulii agricolæ soceri sui tradit britanos agitasse cõsilia excutiendi romanũ iugũ: uniuersosq; sumpsisse bellũ duce femina noie uoadica Quod nisi suetonius paulinus ppere subuenisset: amissa britania foret. idem in libris historiarũ multa facũdissime scribit de bellis in britania gestis p romanos legatos neronis principatu. ¶ Parẽtis gloriæ. Claudius neronis pater p adoptionẽ britaniæ gentes domuit: transuectis illuc legiõib' auxiliisq; assũpto in partẽ rerũ uespasiano. tũc britaniæ pars pxima redacta ẽ in formã prouinciæ addita insup ueteranorũ colonia. ¶ Ponti regnũ. Sext' aurelius tradit a nerone polemoniacũ pontũ factũ esse prouiciã una cũ alpibus cottiis cottio rege mortuo. eusebius quoq; chronographus in hãc sniam sic scribit duæ tñ prouinciæ sub nerone factæ põtus polemoniacus & alpes cottiæ cottio rege defũcto. plinius meminit ciuitatũ cottianarũ quæ site erat in cottiis alpibus. eiusdẽ historiæ sic meminit eutropius: duo regna sub nerone prouinciæ factæ sunt põtus polemoniacus cõcedẽte rege polemõe. & alpes cottiæ rege defũcto: alpes aũt cottias aggeribus attoli ad solis ortus testis ẽ amianus marcellinus: aitq; eas extructas esse molibus magnis a cottio rege: q receptus fuit i amicitiã octauii cæsaris. In his alpib' cottiis quarũ initiũ a segusia ẽ oppido pcelsũ erigitur iugũ. nulli fere sine discrimine penetrabile. mẽdosa dictio ẽ apud cor. taciti sic scribente in. xvii. fabius ualens allicere uel si abnuerint uastare gallias & quotidianis alpibus italiã irrũpere tu pro quotidianis alpibus legito cottianis & pro cottiis alpibus q & cottiane dr̃ accipito. ¶ Alexãdrinã. prouincias orientis & maxime ægyptũ secretis imaginatiõibus nero agitabat susceptirus itaq; alexandrinã pegrinatiõem dicto testificatus est nõ lõgã fore sui absentiã: supq; ea pfectiõe adiit capitoliũ ubi ueneratus deos capitolios. cũ uestæ quoq; tẽplum inisset repẽte cũctos p artus tremere cepit: seu numine exterrẽte seu facinorũ recordatione. Itaq; nunq̃ timore uacuus deseruit inceptũ cũctas sibi curas amore patriæ leuiores dictitans. auctor cor. tacitus qui ait omissã quoq; antea fuisse pfectionem in achaiã. cur aũt omiserit causæ incertæ fuerunt. ¶ Circuitis tẽplis. ut ante pfectiõem deos oẽs salutaret: deorũq; fauorẽ in pegrinatiõe ineũda promereret. ¶ Lacinia obesit. uestimẽti pars illa q̃ cæsariati cõfecta est adhæsit sellæ: ne posset exsurgere: qd fuit ominosum. ¶ Coorta caligo. hoc ad periculum referẽdũ ait. n. tantas tenebras caligãtibus oculis neronis esse factas ut nihil dispicere atq; internoscere posset. addit tacitus oẽs p artus contremuisse. ¶ Achaia. achaiæ nomen prouinciæ ab isthmo icipit: antea egialos uocabat: pp urbes in littore p ordinẽ positas. græce. n. αἰγιαλὸς dicitur littus. ¶ Primus. nullũ acrius hortamẽtũ est: q̃ qd fieri uult princeps ut id ipse primus aggrediatur. tũc animi excitãtur ad emulatiõem. tũc pudet subditos id laboris recusare: quẽ priceps nõ recusat. ait apud liuiũ leuinus cõsul. si quid iniungere inferiori uelis id prius i te ac tuos si ipse iuris statueris: facili' oẽs obedientes habeas. & ut inquit lactantius: in. n. q precepta dat pcepta faciat. malũt. n. hoĩes exempla q̃ uerba. In hanc sniam est illud a lucano platum in catonis laudatiõem: monstrat tolerare labores nõ iubet. sidonius quoq; apollinaris hoc peonio extollit maioranũ in panegyrico: sic agmina uoce erigis exẽploq; leuas: primusq; labores aggrederis quoscunq; iubes. Itidẽ nero primus cepit fodere ne milites id opus ueluti culpatũ dehonestumq; aggredi supsederent.

¶ M. AN. ¶ Parentis: claudii. ¶ Ponti: ponticæ regiõis. ¶ Concedente polemone: Eusebius de Nerone ponti inquit polemiacum in prouinciam redegit: Ptolemæus ponti inquit polemoniaci descriptio & mox paulo polemoniacum iasonium oppida. ¶ Item alpium regnum. s. ¶ Cottio rege sic in Tyberio a Cotti

Appellatõ a miori ad maiorẽ

Apostoli quid

polemõiacus põtus

Cottiæ alpes

Emaculat' locus taciti

Tremori uasit neronem

achaia Egialos

Qui pcipit faciat

regno dixerat est idem & cottium oppidum a Strabone in relatione alpium sæpius repetitũ. ¶ Profectionis die: quo ex urbe profecturus erat. ¶ Religione metu. ¶ Periculo: clade corporis uel uitæ discrimine. ¶ Lacinia: extremæ togæ scissura. ¶ Obhæsit: adhæsit herens remorata est sic obsedit obiit ,p adscedit & abiit ueteres dixere. ¶ Oborta caligo: illius ne oculis oborta an templo circũfusa uel densa nebula cõspectum ademerit non dicit sed quia periculo dixit ad Neronem ipsum id potius referas.

isthmũ perfodere aggressus prætorianos pro concione ad incohandum opus cohortatus é tubaq; signo dato primus rastello humum effodit: & corbulæ cõgestã humeris extulit. Parabat & ad caspias portas expeditiõem conscripta ex italicis senum milium peditũ tyronibus nona legione: quã magni Alexãdri phalãgẽ appellabat: Hæc partim nulla reprensione partim etiam non mediocri laude digna in unum contuli, ut secernerem a probris ac sceleribus eius: de quibus dehinc dicam.

De studio & opera eius in cantu & musica.

¶ PHI ¶ Isthmũ pfodere. relege quæ in primo cõmentario diligenter satis perscripsimus sup isthmo corinthiaco. illud in pñtia addendũ: qd cũ damis philosophus admiraret inceptũ neronis de isthmo fodiẽdo: ipnde ac opus animi amplissimi dignũ

Diuinatio apollonii

admiratione. dixit apollonius tyaneus. mihi ui eius opis imperfectio afferre illi, sũmã calumniã tanq̃ imp̃fecte conati & imperfecte fodiẽti nerone. n. uideo nõq̃ p isthmũ nauigatu ꝯ nec ad fodiendi finem puentu ꝯ. ¶ Ad inchoãdũ opus. isthmi effosionẽ. ¶ Rastello. rastri diminutiuũ é sitũ a rostro rostellũ deriuat. palladius inter

Rastellus Rostellũ Fenisex Corbula

instrumẽta rustica numerat rastros. M. uarro rastellos ab rasu dictos esse autumat: q̃m. s. in pratis his festucas abradũt fenisecæ. ita. n. dñr q fenũ secãt. ¶ Corbulæ. a corbe corbulã diminutiua forma deduci nullus ignorat. Varro i primo latinæ linguæ: corbes ab eo qd spicas aliudue qd eo corruebãt. hinc minores corbulæ dictæ. Iurisconsultus inter instrumẽta fundi numerat corber. ¶ Extulit. exportauit. ¶ Ad caspias portas. pli. in. vi. ait corrigendũ esse errorẽ multo ꝶ: qui caspias appellauere portas iberiæ: quas caucaseas ipse

Casæ portæ

dicit uocari. Neronis principis cõminatio ad caspias portas rendere dicebat: cũ peteret illas quæ p iberiã sarmatas tendũt uocãtur q; caucasiæ: ad quas uix ullus est aditus pp montes appositos: Causa aũt nominis porta ꝶ caspia ꝶ est qd interruptis angusto transitu iugis uix singula meat plaustra. angustiæq; ille impediuntur liquore e cautibus corriuato. Trãquillus sequutus, opiniõem uulgatiorem dixit caspias portas: ad

Corporatura i tirõe

quas cõminatio neroniana tẽdebat. ¶ Senũ pedũ. ,pceritas corpis in tyronibus antiquos exigebat tanq̃ ad uictoriã accõmodatior. ita ut sex pedũ lõgitudinem corporatura boni tyronis ipleret. auctor uegetius i primo de re militari. Idẽ tñ censet non tã staturæ rõnẽ habendã esse q̃ uiriũ: cui assipulat homerus q tydeũ minorẽ quidẽ corpe sed fortiorẽ armis fuisse significat. debet itaq; tyro eligi uigilãtibus oculis: erecta ceruice: lato pectore: humeris musculosis: lõgioribus brachiis: uẽtre modicus: exilior cruribus: suris nõ supfluitatis distẽtis: sed neruo ꝶ duritia collectis. cũ hæc in tyrone signa deprẽdis, pceritatẽ magnope nõ desideres. utilius. n. ẽ fortes esse milites quã grãdes. nero aũt nõ tã robur quã ,pceritatẽ in tyronibus existimãt ẽ

Qualis tyro

spectãdam. fecit legionẽ ex tyronibus italicis: qui corpis ,pceritate sex pedes iplebãt & ,pfecto legio ex staturosis & amplissima corporatura p̃ditis res digna spectaculo ẽ. ac ueluti maiestatẽ addit imperatori. Et. n. lõgitudo sex pedũ legitima est amplitudo humanæ staturæ tũ pes auctore uitruuio sit sexta ps altitudinis de hercule tñ dictũ est: quod septẽ pedũ mensurã impleuerit: unde ut inqt solinus pleriq; diffiniũt nullum posse excedere hãc lõgitudinẽ. gellius quoq; in. iii. noctium attica ꝶ modũ esse dicit sũmũ adolescendi hu-

Lõgitudo sex pedũ

mani corporis septẽ pedes. non placet legas senũ miliũ peditũ: sicut nõnulli legendũ asseuerant. cũ tranqllus nõ tã de numero militũ qui in legiõe sunt intelligi uelit q̃ de ,pceritate & corporatura tyronũ: ex qbus legio a nerõe conscripta est. quot aũt milia legiõe romana cõtinerẽtur alibi docuimus. nõ uideo cur tranqllus fecerit opere p̃cium: si legimus senũ miliũ peditũ memorãdo legiõem fuisse cõscriptã a nerone cõstantem ex sex milibus peditũ: cũ legiones romanæ ferme oẽs hoc numero cõscribant: quæ mõ fuerũt triũ mi-

Mod' adolescendi

liũ mõ quattuor: unde legio quadrata dicebat. modo quinq; milia cõnnebat. sed ,ppie legio romana hẽt ut inqt uegetius pedites sex milia. equites. dcc. xxx. nimi ꝶ uoluit significare rem memorabilẽ ob ,pceritatẽ corpo ꝶ: cũ oẽs essent uel sola corporatura mõstrabiles. In phalãge uero quã macedones peculiariter habuerunt armato ꝶ octo milia censebantur: cũ in cateruis gallo ꝶ at q; celtibero ꝶ sena milia bellato ꝶ continerentur. de phalange macedonica scripsi adolescentulus adhuc in quibusdã plinianis annotationibus: a cuius noĩe phalangite appellantur: quo ꝶ meminit liuius in. xxxviii. legimus apud heliũ lampridiũ queãdmodũ alexãder romanus imparor & ipse ad imitationẽ alexandri magni fecit phalangem triginta milia hoĩum quos phalangarios uocari iusserat. ¶ Secernerem: seiungerem separem q; uirtutes. n. cũ uitiis male coeũt. ideoq; separim tractanda sunt. ¶ A probris flagitiis & dehonestamentis.

Legio quadrata
Quot sũt i phalange
Cateruæ
Phalãgitæ
Phalãgarii

¶ M. AN. ¶ Rastello: a rastro diminutiuũ nomen Terentius at hos rastros iterea tũ deponet Cato i re rustica rastra quattuor: rastros quadridentes sex. ¶ Corbulæ: corbula uas uimineũ Cato rutabulũ unũ corbulas amerinas quattuor. ¶ Extulit: humeris asportauit nec id temere honore. n. & gloria ut est apud Xenophontem leuior reddit labor pricipis aut iperatoris: oporret ad hæc ut apud eũdẽ Cãbyses cyro filio pcipit imparorẽ i primis labores ppeti. ¶ Caspias portas: Pli. corrigẽdus est inqt multo ꝶ error & eo ꝶ et qui in armenia res ,pxime cũ Corbulõe gessere nãq; hi caspias appellauere portas hiberiæ quas caucasias dixe

nunc uocari situsq; depicti & ide missi hoc nomē inscriptū habēt: & **Neronis Principis** cōminatio ad caspi/as portas tēdere dicebat quum peteret illas quæ p hiberia & sarmatas tendūt hæc & alia Plinius quibus apparet Tranquillū cōmunem errorē secutū caspias portas p hibernis dixisse. sūt autē portæ ipsæ montiū angustiæ repēte interruptoꝝ: ubi fores obditæ ferratis trabibus: subtus medio amne fluente. ℭ Senū pedū. sic historia quæ adhuc die uidimus exēplaria ex qua trūca & mutilata lectiōe nil seqꝛ sed tu senū millū pedum legas. qd & uerba q sequunt facile declarāt: qua magni inqt Alexādri phalāgē appellabat: de Alexādri phalāge Plutarchus plura: erit igiꝛ is ordo: noua legiōe senū milliū pedū ex italicis tyronibus conscripta.

Nter cæteras disciplīas pueritiæ ībutus tpe & musica: statim ut īperiū adeptus ē Terpnū Citharœdū uigentē tūc præter alios arcessiit: diebus cōtinuis: post cœnā canēti ī multā noctē assidēs paulatī & ipse meditari: exercitariq; cœpit: neq; eoꝝ quicq̄ omittere, quæ generis eius artifices uel cōseruādæ uocis causa: uel augēdæ factitarēt sed plūbeā carthā supinus pectore sustinuit & clystere uomituq; purgari: & abstinere pomis cibisq; officientibus: donec blandiēte profectu (quamquā exiguæ uocis & fuscæ) prodire in scænam concupiuit: subinde īter familiares græcū puerbiū iactās occultæ musicæ nullū eē respectū.

ℭ PHI. ℭ Imbutus musica. nō repꝛhēdit ī nerone studiū musicæ disciplīæ q ut īqt aristoteles ī. viii. politicoꝝ: īter disciplinas īgenuas collocat: & a pueris ī primis ediscenda ē ut pcipit plato in libris legum: de cuius laude nō pauca collegimus digna memoratu. ī libro orationūq; quas dicauimus martino crūnouensi scholastico boemo. sed reprēdit tranquillus neronē: quod iā princeps nimio musices studio teneret: illiq; tantū impēderet & opā & diligentiæ quanti uix cytharœdus impenderet nō sine reprēsione. Iupiter. n. ut inqt eleganter aristoteles: nō cantat aut citharā pulsat: quo exēplo docet principes ī primis nō debere musicā exercere: qbus satis est si aliis uētibus oblectētur. unde haud īmerito philippus macedonū rex alexandū filiū iusta castigatiōe incessiuit: cū accepisset illū quodā in loco suauiter cecinisse. nōne te pudet inqens qd tā pulchre canere scias satis est. n. regi cantātibus aliis audiēdi otiū supesse scitū quoq; est illud musicū: nā cū idem philippus psaltē quendā uellet inter canendū corrigere ueluti musica peccantē: & de pulsandis fidibus differere: dixit oppido q sciēter psaltes. id absit mali o rex diu pꝛhibeant ut tu ταῦτα ἐμοῦ βέλτιον εἰδῆς. i. ut hæc melius me ipso calleas. & pfecto pmultū ut princeps impartiri musis: si uel spectatorē tantum se exhibeat musicis de musica cōcernētibus. aliæ nimirum uirtutes grauiores nobilioresq; in impatore requirūtur: qui nō tā uoluptatibus ppriis īseruire debet q cōmodis subditoꝝ. ℭ Terpnū. nomē pprium citharœdi τερπνὸν græci iucūdum uocāt & τερπνότητα iucūditatem. ℭ Accersiit. euocauit. ℭ Canēti. terpno citharœdo. ℭ Meditari. nihil est tā difficile qd non assidua meditatio facilius reddat. ℭ Artifices. cātores musici citharœdi. ℭ Conseruādæ uocis. scribit aristoteles in. vii. de animalibus cātores abstinere solitos esse a coitu: ut ita diutius uox sine mutatiōe seruetur suauis & canoraq; in uirilē sonū maxime trāsit in his q rē ueneream agere incipiūt. pterea ut inquit fortunacianus clarā uocē efficit anaphonesis hoc ē exclamatio: somnus & sumen obseruātia cibi & potus & uētris cōtinētia. alitur aūt uox si a lectulo statī corpus deābulādo moueamus. frigidis ēt potionibus abstinendū cēsent q a his muniūtur arteriæ: calidis aūt apiunt. qd si uox uexata fuerit utendū erit cibis acrioribus quibus si quid obstrepit uoci prumpat. nā medici dormituris etiā laser instillāt. cibus quoq; leuissimus arteriæ pdest. ℭ Plumbeā chartā. p. inius in. xxxiiii. laminā plumbeā pectori impositam esse efficacē ad uoces alēdas. unde & nero inqt princeps lamina pectori iposita sub ea cantica exclamans alendis uocibus demōstrauit rōnem. quinēt laminæ plūbeæ lumbis ad alligatæ inhibent īpetus uenereis: quibus caluus orator usus esse ferꝛ ad cohibendas libidinum imaginatiōes in sōno: & ita uires corporis studioꝝ labore custodiebat. ℭ Cibis officientibus. uoci nocentibus: quēadmodū multa ciboꝝ genera sunt uoci nocētia: ita etiam cibaria pduntur claritudini uocis accōmodata: & imprimis porꝛe sectiuum ad hoc efficax est: cui nero auctoritatē dedit uocis gratia ex oleo estiuis oībus diebus: nihilq; aliud ac ne pane quidē uescendo. fici quoq; siccæ gutturi & faucibus musice utiles pduntur. ouoꝝ quoq; lutea pssūt faucium scabiciæ: quin etiā sucus glycirhicæ uoci utilissimus est linguæ subditus: quā docti medici liquiritiā appellant. ℭ Blandiēte pfectu. inuitante musices pgressu in qua quotidie magis ac magis pficiebat. ℭ Fuscæ. uocis de qualitate uocis scribens quintilianus. est inquit plena & candida & fusca: & exilis & aspa & cōtracta fusa & dura & flexibilis & clara & obtusa: in antōio oratore uox fusca & subrauca fuisse pdit. ℭ Subinde. frequēter. ℭ Iactans. p gloriationem dictitans. ℭ Occultæ musicæ. huius puerbii meminit gellius sic scribens in. xii. nocti inquā magister uerbum illud scilicet uetus egregiam musicā quæ sit abscondita eam esse nulli rei. ℭ Nullum respectum. nullam dignationem existimationemq;.

ℭ M. AN. ℭ Et musica: pter cæteras subaudi disciplinas ībutus: Thimagenes auctor est oium ī literis studioꝝ musicen antiqssimā extitisse: cui clarissimi poetæ astipulati sunt: apud quos laudes heroū ac deoꝝ ad citharam canunꝛ: sic ille uergilianus Iopas apud Didonem sic Demodocus homericus apud alcinoum hic ἀείδοι ὄχλοιο κλέα ἀνδρῶν καὶ & alia quæ sequunꝛ ille errantē lunam & solis labores canebat: cōstat ad hæc pythagoricos ad lyræ cōcentum quieti sese dedere & rursus quasi ad noui meditatiōem excitari solitos: transeo quod Socrates iā grandis natu lyra instrui uoluit & qꝛ themistocles Atheniensium

Musica

Iupiter nō cantat castigatio philippi ī filium

Scitū musicū

Cantores abstinere a coitu

Quid faciat clarā uocem

Lamina plūbea ad uocem

Caluus usus lamis

Porrū ad uocem

In antonio uox fusca

Musica abscondita

longe alioquin princeps quia lyræ imperitus esset habitus est indoctior ut Ci. & Plutarchus scribunt: sed quorsum hæc ut non solum non reprehensibile sed necessarium etiam maximeq; probabile id studium in Nerone uideri potuisse si ea arte quatenus antiquissimis heroibus summisq; philosophis placuit contẽtus fuisset. ueq; quia scænecam illam effœminatam & impudicam plus secutus ẽ atq; usus: detestabile odium insigniusq; contumeliam inde reportauit. ℂ Terpnum: proprium citharedi nomen: atq; inde fortasse q; Τέρπνοσ iucundus dicitur. ℂ Eius generis: scenicæ artis. ℂ Plumbeam chartam tenuem plumbi laminam Plinius Nero: quoniam ita dis placuit. Princeps lamina pectori imposita sub ea cantica exclamans alendis uocibus mõstrauit rationem. ℂ Clystere: græcum est illi.n. τον κλΣυρα dicũt. ℂ Vomitu. ut nõ solum intus partibus sed ore etiam purgaretur. ℂ Officientibus: nocentibus uoci. q.d. tanto curandæ uocis studio teneretur ut quæcunq; obesse putarentur pertinaciter abstinerent: uteretur q; profuturis: Plini quem festiuo porro nuper auctoritatem dederit Nero uocis gratia ex oleo estatis mensium omnibus diebus. ℂ Blandiente: blande trahente. ℂ Exiguæ & fuscæ uocis: quæ duo sunt canẽtibus cõtraria. Occultæ musicæ: quæ in occulto esset: uni uel alteri nota. ℂ Nullum esse respectum: nullam ipsius habere rationẽ.

Et prodiit neapolim primũ ac ne cõcusso quidẽ repẽte motu terræ theatro ante cãtare destitit: q̃ inchoatũ absolueret nomon. Ibidem sæpius & p cõplures cantauit dies sumpto etiam ad reficiendũ uocẽ breui tẽpore ĩpatiẽs secretí a balneis in theatrum transiit, mediaq; in orchestra frequẽter populo epulatus; si paulũ subbibisset aliquid se sufferri tinniturum græco sermone promisit. Captus autem modulatis Alexãdrinorũ laudationibus; qui de nouo commeatu Neapoli cõfluxerãt; plures Alexãdria euocauit. Neq; eo segnꝰ

ℂ PHI. ℂ Prodiit neapoli. non Romæ ausus incipere musicam profiteri neapolim quasi græcã urbem delegit. inde initium captut: ut mox transgressus in achaiã sacras in græcis certaminibus coronas adeptus maiore fama studia ciuium eliceret. ℂ Concusso theatro. cũ neapolitanorũ theatrũ compleuisset oppidani & hi quos e proximis colonis & municipiis fama musicæ neronis exciuerat: pdigium hoc accidit. naq; theatrũ repente collapsum est egresso iã qui affuerat populo: ut sine ullius noxa moles tãta corruerit: & cũ pleri qid tristẽ & pdigiosũ esse arbitrarentur ipse nero tãq ad felicitatẽ. unde p compositos cantus grates dis egit ipsamq; recentis casus fortunã celebrauit. ait tranquillus eũ non ante desisse cantare: q̃ absolueret canticũ inchoatum. qd nomon appellat tanq̃ canendi legem. nomos. n. græce lex interpretatur. est aũt genus cantilene: quod a græcis dicitur nomos. i. lex: in quo ut auctor ẽ aristoteles libro. xiii. pblematum antistrophi non adhibentur: cum ceteris choreaꝝ canticis antistrophis usus non deesset. ℂ Ibidẽ. in ciuitate neapolitana. ℂ Ad reficiendũ uocẽ. recreandã. cõtinuatio musici cantus uocẽ in primis obtũdit sicut e cõtrario cessatio reficit. itaq; Nero usus ẽ pausa & quiete breuis quidem temporis cã uocis recreandæ. ℂ A balneis. post balneares delicias. tps aũt lauandi ut docet uictruuius in. v. a meridiano ad uesperam est cõstitutum. ℂ In theatrũ. s. neapolitanum: quod concussum collapsumq; non totũ sed ex parte fuisse colligimus. ℂ Populo neapolitano. ℂ Subbibisset. alibi documus hanc pticulam sub significare temperamentũ: unde subbibere est modice & cum tempamento bibere. ℂ Se sufferri. sensus hic est. pmisit nero in theatro neapolitão se si modicas potiones hausisset cantaturũ aliquid dignum celebratione & plausu: tãq̃ uinum suppeditet uocem cantanti: & eloquentiam diserto. iuxta illud epigrammatici poetæ: possum nil ego sobrius: bibẽti succurrunt mihi quindecim poetæ. uerba aũt ita ordinanda sunt. pmisit se tinnituꝝ. hocẽ mote tinnientis cymbali resonaturũ aliquid sufferri. quod. s. sufferretur. i. extolleretur laudaretur celebraretur. pinde ac diceret se cantaturũ canticum dignum sublatione hoc est laudatione & gloria. quidã legunt aliquid sufferti tanq̃ dictio sit ex græco latinoq; cõposita significetq; tolerabile tanq̃ nero pmitteret se cantaturum aliquid sufferti hoc est tolerabilis. prima lectio uerior est & accõmodatior. ℂ Captus delectatus demulctusq;. ℂ Modulans. ex musicæ disciplina concinnaus ad ipsum Neronem laudandum tanq̃ in musica & cantu prestantissimum: nihil aũt magis princeps infatuat & inflat q̃ adulatio. ℂ De nouo cõmeatu. commeatum pter temporariam abeundi facultatem pterq; rem annonariam accipitur etiam pro itu & redditu classis commeatis: in quo significatu illud a Cæsare dictum in. v. commentario. duobus commeatibus exercitũ reportari cõstituit. & paulo post: prioris inquit commeatus expositis militibus & quas postea labienus faciendas curauerat numero sexaginta p pauce locum caperent. de hoc ut ego sentio cõmeatu intelligendum est in hoc tranquilli loco. moris enim erat ut alexandrinæ naues ex egypto commearent in italiã causa frumẽti mercimoniq; importandaꝝ: quas antecedere solebant nauiculæ quasi præcursoriæ: quæ nunciarent uenturæ classis aduentum. & he ut auctor est seneca in. xi. epistolarum tabellariæ uocabantur: tanquam tabellariorum fungentes officio.

Theatrũ lapsum neapoli

Nomon

Subbibere

Adulatio infatuat

Tabellarie naues

ℂ M. AN. ℂ Motu terræ: de hoc credo Eusebius sensit qui Neronis principatu dixit terremotum factum & solis defectum & si id Romæ accidisse dicat non foris. ℂ Nomon: legem. ℂ Ibidem: neapoli. ℂ A balneis: postq̃ lotus esset: nam priusq̃ cibum caperent ueteres lauabantur Satyrus persicum futurũ cõuiuam ita alloquitur: Iam nunc in balnea salua fronte licet uadas q̃q̃ solida hora supsit. ℂ Aliquid sufferti: subtolerabile aliquid ut sit ex latino credo & Græco factum quemadmodum estimo uerbum ab ære τΙΣ Τιμησ pretio φέρ, τος enim græci tolerabile dicunt. ℂ Tinnituꝝ: sonituꝝ cantuum quasi tinnitum nisi forte

emissus. ¶ Tintinire: sonare est ut Nonio placet: unde & tintinabula dicta. Affranius tintinire ianitoris i pedimenta audio. Iu. tot tintinabula dicas pulsari. ¶ Modulatis laudationibus: laudibus pro se ab Alexādrinis suaui modulatione decantatis. ¶ De nouo commeatu: ob nouam commeatum ab eo impetrandū. Plinius multis de causis hæc omnia accidunt: id est ob multas causas.

adolescētes eq̄stris ordinis: &. v. amplius milia a plæbe robustissimæ iuuentutis undiq; elegit: q diuisi in factiones plausuu genera cōdiscerent (bombos & imbrices & testas uocabant) operamq; nauarent Cantāti sibi insignes pinguissima coma & excellentissimo cultu pueri; nec sine annulo læuis: quorum duces quadragena milia sestertia merebant.

¶ PHI ¶ Adolescenter equestris ordinis. hoc de romanis intelligendum. non autem de neapolitanis: uideturq; tranquillus signare augustanos de qbus sic scribit tacitus. nunc primum cōscripti sunt equites romani cognomēto augustanorum etate ac robore conspicui: & pars ingenio procaces alii spe potentiæ. hi dies ac noctes plausu psonare formam principis uocēq; deorum uocabulis appellātes: quasi per uirtutem clari honoratique agere.

Augustāi

De tragœdus & aliis p eū Rōæ publicæ decātatis.

Cum magni æstimaret cātare ēt Rōæ Nerōeū agona āte ꝓstitutā diē reuocauit: flagitātibusq; cūctis

¶ In factiones. quēadmodum auctiones aurigarum atq; histrionum suos habebāt dispositosq; fautores: ita nero uoluit sibi plaudi a plausoribus diuerso plaudendi genere: qui diuisi forent p partes ad factionum similitudinem. ¶ Bombos. hoc per parenthesim dictum est. ut sit sensus. plausus illos, qui uarii erant ita uariis nominibus fuisse nuncupatos. ut. s. alii bombi. alii imbrices alii testæ uocarentur a sonitus uidelicet similitudine. nam bombus ut notum est sonitus est talis: qualis ab apibus murmurantibus exprimitur. plinius in. xi. noctu quies apibus in matutinum donec una excitet oēs gemino aut triplici bombo ut bucino aliquo. idem post paululum: cum aduesperascit in alueo strepunt minus: ac minus: docet una circumuolet eodem quo excitauit bombo ceu quietem cape imperās. ennius sonum pedum bombum pedū dixit. ¶ Imbrices. tegulas esse ad tegenda culmina domorum nullus ignorat. unde a plauto dictū est: meas cōfregisti imbrices & tegulas ibi dum condignam te sectaris simiam. dicitur aūt imbrex & masculino & feminino genere sicuti docet seruius enarrans illud uergilianum. Angustiq; imbrice tecti parietibus præmunt artis ab imbrice imbricatum deriuatur. unde plinius cyprian laurum esse scribit folio breui nigro p imaginem imbricatæ culpa. idem ait linguam esse felibus imbricatæ asperitatis ungues teste eodem sunt simiæ imbricati. imbricati est non tam imbrices conficere. q imbricibus regere. sidonius. tegulis imbricatentur. ¶ Testas. a similitudine crepitus sonitusq; quem efficiunt imbrices testæq; complosæ genera plausuum sic uocabant a crepitu testarum ait iuuenalis sic scribens: non capit has nugas humilis domus audiat ille testarum crepitus cum uerbis. columela in. x. de apibus scribens ait. crepitaculis æreis aut testarum plerumq; uulgo iacentium terreatur fugiens iuuentus. testæ etiam dicuntur calculi: quos græci ostracos uocāt. unde ostracismus: qd nomen est exilii. testarum suffragiis exilio mulctati fuisse produntur temistocles & cymon. sup quo affatim in libro annotationum perscripsimus. a testa fit aduerbium testatim: quod significat comminutim. De lagenis. quæ sunt uasa testacea scriptum legimus in instrumento ueteri in libro iudicum: ex quo uerba hæc exscripta sunt. cepunt buccinis clangere & cōplodere inter se lagenas. scabellorum quoq; crepitus inter hæc numerari posset: quæ concuti solita post finitam fabulam testatur. M. tullius in oratione pro celio. cum ait deinde scabella concrepant auleū tollitur: ex hoc in Caligula dictum est. Repente magno tibiarum & scabellorum crepitu cum palla tunicaq; talari prosiluit. ¶ Operam nauarent. ministrarent uoluit. n. nero ut sibi cātanti præsto essent atq; inseruirent ministri bene unguentati & eleganter culti: quo fieret spectabilior. ¶ Pinguissima coma. propter densitatem capillorum & unguēti inspersionem. ¶ Sine anulo leuis. ut omnes essent anulati annulumq; in leua hoc est sinistra manu gestarent. cur aūt læuis manibus honos annulorum dicatus fuerit potiusq; dextris: diximus in primo commentario. ¶ Duces. rectores puerorum. ¶ Merebant quadragena milia. hoc propter equestres census dictum est: qui sestertia. cccc. continebant. merere autem est quæstum capere & eum quidem ut exponit nonius sordidissimum. Marcus Varro. æs militare merebat. unde mercenarii & meretrices dicuntur: super hoc uerbo satis ac super in primo commentario. ¶ Neroneū agona. certamen: quod quinquenale instituerat. appellauitq; a noie suo neroneum agon. n. græce certamen noiatur. ¶ Ante ꝓstitutam diē. nōdū exacto quinquenali tpe: qd legitimum ꝓscripserat: inter duo certamina neronea: ut supius demonstratum est.

Bombum

Imbrex

Imbricatū

Imbricati

Testæ

Testatim

Ostracismus

Scabellorum crepitus

Merere

Agon

¶ M. A N. ¶ Robustissime & ob id firmioribus ꝓditæ lateribus. ¶ In factiones: i diuersos cuneos. ¶ Plausuum genera: ut quæq; factio suo modo sibi canēti plauderet. ¶ Bombos: imbrices & textas uocabāt: hæc omnia per parenthesim legenda: bombus uox ficticia est quæ uno modo proprie apium Varro si intus alium bombum faciunt Plinius donec una excitet omnes gemino aut triplici bombo ut buccio aliquo bōbos ab ipso sonitu quem plaudendo imitabantur appellauit. sic imbrices & testas ab simili quodam ibricū collisarum testarum strepitu. ¶ Operamq; nauarent: nisi accurate distinguas non ꝓcedit quod sequitur excellentissimo cultu pueri: quum superius iuuenes & adolescentes appellarit: erit igitur hic ordo elegit. qui plausuum genera condiscerent operamq; nauarent uario intellige plausu: bombos imbrices & textas uocabant: & hæc ut dixi per parenthesim: canenti sibi pueri pinguissima coma operam nauarent hoc est ministrarent

nistrarent ut bis idem uerbum repetas: pinguissimam autem comam unguento delibutam uel certe densam accepe. ¶ Nec sine annulo leuis: id est leuis omnium manibus annulum habentibus cur leua potius ab initio annulo fuerit insignita suo loco ex Plinii & Gellii auctoritate ostendimus illud adiciam qd priore loco non diximus præter ea quæ a Plinio & Gellio traduntur Macrobius ait id circo annulum sinistre manui ab initio datum ut res admodum preciosa & in delitiis habita non tam cito usu attereretur quidã uero ac habent non nec alii lenis non leuis sed is ut diximus uerior est sensus ut omnia ad illud referas quod excellentissimos dixerat fuisse cultu præditos. ¶ Quorum puerorum. ¶ Duces præfecti. ¶ Merebant: salarium siue stipendii nomine capiebant quanta fuerit Neronis luxuria quum ex multis aliis quæ postea dicentur tum ex hoc ipso intelligi potest quod tam turpis ordinis duces tam grandem i re inepta mererent pecuniam apparet quum necesse fuisse ita euenire ut Eusebius ait esse illi centies centena milia decreto patrum quotannis publice subministrata. ¶ Etiam romæ: quum iam Neapoli in scœnam prodiisset. ¶ Neronem agonem quinquenale certamen musicum Gymnicum & equestre ab se institutũ quod neronia appellauit. ¶ Ante præstitutam diem ante quinquennium.

cæleste uocẽ respõdit quidem in hortis se copiam uolẽtib⁹ facturũ; sed adiuuãte uulgi preces et statione militum q̃ tũc excubabat repræsentaturũ se pollicitus est libẽs ac sine mora nomẽ suũ in albo profitentium citharœdorũ iussit ascribi; sorticulaq; in urnam cũ cæteris demissa intrauit ordine suo simul præfecti prætorii citharam sustinẽtes; post tribuni militum iuxtaq; amicorũ itimi, utq; cõstitit pacto principio.

¶ PHI. ¶ Celestem uocem. ob hoc dixit tacitus plausores neronis uocem solitos appellare uocabulis deorum. ¶ Copiam. uocis suæ quã illi celestẽ appellabant. ¶ In hortis. neronianis. ¶ Quæ tunc excubabat. alius alia nocte excubabat uicissimq; in statiões militares excubituri succedebãt. Qu. curtius iam alii ex cohorte in statione successerãt ante cubiculi fores excubituri. & uirgili⁹ ait in .ix. omnis per muros legio sortita periclum excubat exercetq; uices quod cuiq; tuendum est. idẽ post paulo. uigiles simul excitat illi succedunt seruantq; uices statione relicta. ¶ Representaturum. statim se impensurum cunctorum exhibiturum. ¶ In albo cytharedorum. quẽadmodũ albũ decurioẽm album prætoris dicebatur de quo affatim iam diximus. ita albũ citharedorum uocabatur: in quo nomina cytharedorum perscribebantur: qui certamen musicum profitebantur. nero ne dignũ quidem trãsuersum a cythearedica lege discederet: uoluit nomen suum tanq̃ cytharedus ascribi in albũ cytharedorum. ab apuleio decenter dictum est, album musarum translatione non inuenusta: apud quem sic ait iupiter in .vi. de asino aureo. Dei conscripti musarum albo mẽdosi sunt codices apuleiani. in quibus pro albo perperam legitur alno. procliuis fuit lapsus & error obui⁹ ex litteræ minimæ inuersione. ¶ Sorticula in urnam. nulla prærogatiua uoluit nero precellere. sed more reliquorum sortitus est: & ubi sors sua exiit ex urna: qui sorticulã [Greek] uocat: tunc intrauit in musicum certamen. Cytharam sustinentes. pompaticus neronis cytharedi introitus signatur: qui intrauit in certamen cytharedorum cum cythara: qua ipse erat usurus: sustineretur a præfectis ipsum comitantibus una cum tribunis & interioribus amicis. sed profecto talia principẽ dedecent magis q̃ decent. meritoq; apollonius interrogatus a tigillino quid sentiret de nerone. melius inquit sentio q̃ uos. cantare .n. uos illũ dignũ putatis. ego aũt dignum tacere. ¶ Parato proscenio. pulpito præparato: de quo supra diximus. Alii codices & fideliores habent peracto principio: ut sit sensus neronem pronunciasse se cantaturum fabulam niobes post peractum principium: quo cithatedi uti solent emerendi fauoris gratia anteq̃ legitimum certamen inchoent. ad prohemium græci noiauerunt: latine principium dicimus. unde ꝓhemia oratorum translata sunt auctor quintilianus in .iiii. ¶ Per cluuium ruffum. tanq̃ is preconis officio fungeretur: quo res esset magnificentior. de Mat. cluuio ruffo mentionem facit. Cor. tacitus: qui ait cluuium ruffum fuisse apud uitelliũ eximiis dominationibus petitum a liberto ipsius uitelli. tanquam propriam potentiam potestatemq; tentasset. sed auctoritas cluuii preualuit ut puniri ultro libertum suum uitellius iuberet. de eodem sic alibi refert. hispaniæ preerat cluuius ruffus uir facundus & pacis artibus bellis inexpertus: ferunt neronẽ cũ per hunc cluuium ruffum pronuntiasset se niobem cantaturum cantasse in theatro pompeii. mox lucanum poetam ex tempore orpheum recitauisse: quo audito iudices coronam lucano dederunt quod adeo ęgre tulit nero ut theatro interdixerit lucano: ꝓhibueritq; carmina ostentare. hec potissimũ causa accendit postea exstimulauitq; poetam cordubensem ut in pisoniana coniuratione conspiraret in neronem.

Album cytharedorum

Albũ musarum

Mẽdai codice apulei

Dictũ appolonii

Proemiũ cytharedorum

cluuius ruffus

Lucanus in neronẽ

¶ M. AN. ¶ Cœlestẽ uocem aperta populi assentatio quũ exilem & fuscam fuisse constet: nisi forte ad personæ dignitatem alluserint. ¶ In hortis: Neronianis qui ea parte urbis fuere ubi hodie transtiberinæ uirginis tẽplũ est situ. ¶ Stationariis militib⁹: uulgi preces iuuantibus quippe qui studio efflagitabant ut publice cantaret: non in hortis quo haud oĩbus patuisset accessus. ¶ Representaturum: in conspectũ daturũ. ¶ In albo: quo citharœdorum certare uolentium scribebãtur nomina: sic Nero se in ordinẽ redegit. ¶ Sorticula: diminutiuũ a sorte. ¶ Ordine suo: primo altero ue loco quo uidelicet sors eius urna fuerat educta. ¶ Cythara: qua ille usurus erat. ¶ Iuxtaq; post tribunos ipsos. ¶ Constitit: in conspectu stetit. ¶ Peracto principio: prohemio quo ad conciliandum fauorem citharœdi uti consuenere: Quintilianus & citharœdi pauca illa q̃ ante q̃ legitimũ certamen inchoẽt emerẽdi fauoris gratia canunt ꝓhemiũ uocauerũt. ¶ Cluuium ruffum: Cornelius ꝑerat inquit cluuius ruffus uir facundus & pacis & artibus belli inexptus.

¶ PHI ¶ Niobem. fabula niobes a nobis copiose pscripta est in primo propertii commentario: illuc te si quid desideras remittoīne sepius eadem & maxime fabulosa dicantur. ¶ Perseuerauit. in fabula niobes cantandi. ¶ Coronam. cytharedicam. ¶ Certaminis. musici: quod illo die peractum non est. ¶ Distulit. ptraxit. ¶ Idētidē. frequenter publicare. suæ uocis musiceq; in publico facere potiē. ¶ In priuatis spectaculis. auctor est philostratus in qnto apollonii cantasse neronem in taberna cauponaria nudū & femoralibus duntaxat amictum: non secus ac si esset sordidissimus cauponū. tacitus quoq; auctor est fedū fuisse in nerone studium cytharæ ut iudicio ī modum caneret: qui & clausus ī ualle uaticana equos regebat haud pmiscuos spectaculo mox ultro uocare ceptus est populus romanus qui uideret aurigantē sicut uiderat cytharizantē. ¶ Inter scenicos. histriones. ¶ Quodam prætoꝝ. alibi annotauim' pretores & ediles solitos exhibere ludos & spectacula. itaq; & fabulas emebant & histrionū greges pretio conducebant ad scenicam artem agēdam: igitur cū unus ex pretoribus offerret ingens præmium: nero ueluti cōductus histrio exercuit histrionicā.

Niobé se cātaturū p Cliuiū ruffū cōsularē pnūciauit: & in horā fere decimā pseuerauit: coronāq; eā & reliquā certaminis ptē i ānū sequētē distulit: ut sæpius canēdi occasio eēt. qđ quū tardū uideret: nō cessauit idētidē se publicare: ṅ dubitauit etiā in priuatis spectaculis operam iter scenicos dare quodā ptorū sestertiū decies offerēte. Tragœdias quoq; cātauit psonatus heroū deorūq;. Itē heroidū ac deaꝝ psonis effictis ad similitudinē oris sui & fœminæ prout quanq; diligeret: iter cætera cātauit Canacē pturiētē: Orestē matricidam

¶ Tragedias cantauit psonatus. psona tectus more histrionū: qui personati fabulas agebant: hinc ab oratio personatus pater dictus senex de comedia. antiquitus galeris non psonis mimi utebantur. personis uel primus cepit roscius gallus præcipuus histrio: qui oculis subuersis erat: nec satis decorus. hic in personis solos parasitos pnuntiabat. illud obiter annotandum psonatos ppriē uocari histriones atellanicos: quia ius ē his non cogi in scena ponere psonas: quod cæteris histrionibus pati necesse est. personata quoq; fabula dicta est: quæ agitur a personatis histrionibus. ¶ Heroū. de heroibus abunde scripsimus in notis seruii. ¶ Heroidum. heroidas nuncupauit antiquitas feminas clariores: quales sunt heroum uxores & filiæ: papinius in tertio siluaꝝ: qua ueteres latias gratiasq; heroidas æquas sidonius quoq; ait in panegyrico transcendūt hic heroas. heroidas illi a ppertio nominantur heroinæ: sicut in cōmentariis annotauimus. ¶ Personis effictis. figuratis formatis effigiatisq; uulgus semidoctum laruas appellitat: quæ psonæ dicuntur. apud latios scriptores: quod quidem meminerim uix uno oratiano loco inuenies laruā usurpari p psonæ significatu sic. inquit oratius in sermonibus. nil illi larua aut tragicis opus esse cothurnis. alioquin laruæ dicuntur uetere latina lingua animæ defunctoꝝ umbræq; nocturnæ: quæ pp aduersa uitæ merita errabūde ceu quodam exilio puniuntur: quæ inane sunt terriculamentum bonis hominibus noxium uero malis de qbus luculenter scribunt martianus & apuleius. quinetiam augustinus li. ix. de ciuitate dei animas īquit hoīum dici lemures seu laruas si mali meriti sunt. inde laruati furiosi dicti & mēte moti quasi laruis exciti. ¶ Oris sui. hoc referendum est ad psonas heroum & deoꝝ. ¶ Et feminæ. personis effictis ad similitudinem fœminæ adamatæ & hoc referendum ad heroidas ac deas. ¶ Canacem parturientem. fabulam canaces: de qua extat nasonis epistola: de qua plutarchus scribit hæc historico stilo eolus rex tuscorū ex amphitea filias sex & mares totidem suscepit. macharius omnium etate minimus sororis canaces amore incensus eam uiolauit: qua ex re conceptus infans uagitu rem prodidit. pater itaq; filiæ mittit ensem: quo accepto illa rem flagitiosam intelligens necem sibi consciuit. idemq; paulopost machareus fecit. cōsimile exēplū est canuliæ adamare a fratre Romano: quam grauidam ubi pater papirius resciuit filiæ misit ensem: quo se puella cōfodit. idem romanus factitauit. ¶ Orestē matricidam. de oreste: qui interfecit matrem clytemestram ut ulcisceretur patrem agamenona: adeo multæ scriptæ sūt tragediæ ut dixerit maro i quarto eneydos. aut agamemnonius scenis agitatus orestes. apud theotas exēplum est memoratissimum: & quo ferre omnes usi sunt an iuste orestes matrem occiderit. scribit probus orestem post matricidium ex responso didicisse: quod deponeret furorē si ablueretur flumine: quod septem fluminibus cōfunderetur. itaq; diu uexatus tandem purgatus ē matris nece i agro rhegino apud flumen: cui septem fluuii miscentur. cuius rei meminit uarro libro decimo rerum humanarū. dicitur orestes post necis maternæ expiationē abiens reliquisse ensem in arbore & tēplū apollinis edificasse. Lampridius refert orestē se purificasse apud tria flumina circa hebrū & orestam condidisse ciuitatē: quam sanguine humano cruētari necesse erat.

Personat' | Personata fabula | Heroides | Heroinæ | Laruæ | laruati furiosi | Historia canaces | Exēplū canuliæ | Orestes matricida

¶ M.A.N. ¶ Niobem. fuit hæc amphionis thebani coniunx. nota est fabula quoniā Niobe thebanas mulieres increpuisset q latonæ sacra facerent non sibi: quæ tam numerosam prolē enixa esset: tota soboles ab Apolline & diana iratis extincta est. Iu. Parce pcor pæan & tu depone sagittas Nil pueri faciunt ipsam configite matrem: Amphion exclamat: sed pæan nota sunt reliqua: de filioꝝ numero uaria oīno tradunt: Gellius est auctor. ¶ Perseuerauit. canere. ¶ Coronāq; eam: quæ ex eo certamine ut uictor expectabat. ¶ Reliquam certaminis partem: quod residuum erat agonis nam ad exitum perduci non est passus. ¶ Tardū uideretur expectare dum annus circumageretur. ¶ Identidem. sæpius. ¶ Publicare: publicis spectaculis canere seu publice operam locare. ¶ In priuatis: priuato noīe editis: quod potuit adhuc turpius existimari ¶ Quodam pretoꝝ: uno ex prætoribus siquidem pretores publice ludos instruebat qui honorarii dicebā

tur. Iu. Nec dubitant celsi pretoris uendere ludis. ¶ Personatus: persona uelatus participiũ sine uerbo: psona tegmen est quo scenicorũ os tegitur diciturq; ut .C. bassus Gellio auctore existimauit a psonãdo quare os psona tectũ quũ una sit uia qua uox manare possit relicta magis sonare uideat enuntiare: significat alioquin psona qualitatẽ quãdã qua alius ab alio differt tum aio cum corpore tũ externis. ¶ Heroũ: heroes semidei ut suidas interpretat̃ uiri antiquitus geniti ἡρῶες inquit καλοῦνται ... ¶ Heroidũ: illustriũ foeminarũ quæ cũ heroibus ipsis iunxere. ¶ Effictis: deliniatis. ¶ Ad similitudinẽ oris sui: quũ deorũ alioquin aut heroũ uideri & dici uellet. ¶ Canacæ æoli & cleopatræ ex genere lestrigonũ filiam: q; cũ fratre cõcubuit. ¶ Orestem agamẽnone & clitẽnestra genitum. ¶ Matricidã: qui in ultionem patris clitẽnestrã matrem occidit sophocles ea fabula q̃ Ἠλέκτρα inscribitur rem oẽm late exequtur Cicero sororicida quoq; usus est parricida inquit fratricida sororicida.

Oedipodẽ excæcatũ: Herculẽ insanum: in qua fabula fama est Tyrũculũ militẽ positũ ad custodiã aditus: quum eũ ornari ac uinciri cathenis: sicut argumentũ postulabat: uideret accurrisse ferendæ opis gratia.

De studio eius aurigandi citharizandi & aliis gestis.

¶ PHI. ¶ Organa hydraulica: sunt quædã machinæ ad hauriendã aquã iuẽtæ: q̃ organa hydraulica uocãtur: quorũ meminit uitruuius architectus in. ix. & x. sunt & organa hydraulica musica instrumẽta: quæ p aquã sonantes excitãt uoces: unũ & nomẽ acceperũt: græci. n. τὸν ὕδωρ aquã uocãt & αὐλὸν tibiã: ctesibius tonsoris filias hydraulicas machinas primus instruxit: cui' rei plinius quoq; meminit i. vii. his uerbis laudans ctesibius ẽ pneumatica rõne & hydraulicis organis repertus: idẽ i. ix. delphinũ mulieri prodidit musica arte & p̃cipue hydrauli sono: de his musicis istrumẽtis cẽsoria ẽ illa & digna memoratu apud amianũ poratio. Deniq; p philosopho cãtor & in locũ oratoris doctor artiũ ludicrarũ accitur & bibliothecis sepulchrorũ ricu in p̃petuũ clausis organa fabricãtur hydraulica. ¶ Difficultate cuiusq; haud dubie difficulter miraq; arte mechanica cõficiunt organa hydraulica: unde nõ imerito laudatur ctesibius inuẽtor machinaꝝ hydraulicaꝝ. ¶ Differens: disputans differtans ¶ Prolaturum: producturũ: ostẽsurũ. ¶ Per uindicem: a quo id tẽporis admonebatur: si quid prudẽtiæ habuisset omittere debere cythare dicã artẽ: & musica instrumẽta: & arma ee tractanda nõ organa. ¶ Hispanias: galba per octo annos rexit hispaniam taraconensem: ubi imperator ab exercitu cõsalutatus ẽ nero. autẽ auctore plutarcho lotus prãdebat: ubi audiuit galbam cum hispania defecisse: quod adeo dolenter tulit: ut mẽsam subuerterit. ¶ Male fracto: penitus infracto debilitatoq;. ¶ Intermortuus: intermortuũ latini dicũt eum qui inter mortẽ uitãq; ex dolore procũbit similis expirãti: plinius in. xxxii. multiquit marini adeps instilatur naribus intermortuarũ uuluæ uitio: attalus cũ boetios ad societatẽ romanã hortaretur: ut apud liuiũ ait eumenes: in ipsa contione intermortuus haud multo post expirauit de inanimatis quoq; intermortuũ dici posse testis est cicero: qui ut i oratione pro murena. memoriã prope itermortuã generis sui uirtute renouare. ¶ Resipiuit: ad se redit respirauit refocillatus est. ¶ Veste discissa: hoc i dolore fieri consueuit: uñ legimus subinde in scripturis canonicis multos discidisse uestimẽta ob merorem. ¶ Similia accidisse: ab exemplo nutrix alũnum consolabatur: tanq̃ ea fortiori animo ferẽda sint: quæ aliis quoq; cognoscimus accidisse. ¶ Vnius: tanq̃ alii pricipes nõ in uita amittãt summũ imperiũ: sed ĩ morte: attamẽ legimus multos adhuc uiuẽtes ĩperio spoliatos fuisse: sicut tarqnios & dionysiũ siracusanum. ¶ Nec eo secius: nec ideo minus. ¶ Luxus: luxuriosi prodigiq; uictus. ¶ Prosperi qdã: q̃dã res p̃spera. ¶ Abũdãtissimã: ex cõsuetudie luxuriosa. ¶ In defectiõis duces: uindicẽ & galbã. ¶ Innotuerũt: celebrata iuulgataq; sunt. ¶ Gesticulatus: more histrionũ: q ñ solũ carmĩa ore depromũt: sed gesticulãte uultu & motu corporis accõmodato, p̃sequũt. ¶ Clã illatus: furũ & ignorantibus spectatoribus. ¶ Scenico: sepe dictũ ẽ scenicos absoluto uocabulo histriões nũcupari: augustinus ait in. ii. de ciuitate dei: quo mõ abiicitur scenicusq; p quẽ colit deus. ¶ Placẽti: mire oblectãti. ¶ Abuti. utimur cũ honore abutimur cũ iniuria: sicuti docet donat' terẽtian' iterpres: in alio significatu abuti dicimur his rebus: quæ nobis utentibus pereunt: unde cui legatus est usufructus bonorum: nulli nõ potest uideri legatus usus penoris neq; uini neque olei, & id genus rerum aliarum: quæ utendo consumũtur: unde ait eleganter boetius cum usus & abusus contraria sint: cui rerum usufructus legatus est: non potest uideri legatus abusus.

Pro philosopho cantor

Mẽsã subuertit

Intermortuus

Vestimẽta discissa i luctu

Scenici

Abuti

Vsus abusus contraria

¶ M. AN. ¶ Per organa hydraulica: musicum instrumentum a similitudine naualis machinæ dictum: plinius auctor est pneumatica ratione chthesibium hydraulica organa in atheniensium nauali repperisse: & rursus delphias hydraulicoꝝ organorũ cõcẽtu demulceri. ¶ Prolaturũ: repræsentaturũ. ¶ Si per uindicẽ: quasi p húc dicere noluisset publicæ felicitatis iterpellatorẽ. ¶ Et hispanias: qbus galba p̃sidebat. ¶ Male: idest ualde cicero idq; ad rẽ pertinere credebãt scriptores illos male muictatos. ¶ Nutriculæ: æglogæ siue certe alexãdriæ utraq; enim eius nutrix fuit. ¶ Aliis principibus. qui ipsius tẽpora p̃cesserãt. ¶ Similia accidisse p̃uinciarũ & exercituũ defectiões. ¶ Præter ceteros: p̃ricipes itellige. ¶ Sup abũdãtissimã cenã: uel luxuriose paratam aut quod magis placet frequentissimo conuiuio uitam. ¶ In defectionis duces: uindicem & galbã.

¶ Innotuerunt: in uulgus exire. ¶ Gesticulatus: gestu quodam imitatus. ¶ Clam: occulte ob temporum nouitatem persona dissimulata. ¶ Scenico: histrioni in scena canenti. ¶ Abuti eum: ociose sibi placere quia sine æmulo certaret: quasi denuntiatum uellet nisi præsentibus esset curis districtus fuisse se cum illo certaturum inlecturumq; so lioitudinem ingentem.

eum occupationibus suis. De malis eius, propositis & de cōsulū priuatione: & consulatus assumptione.

In initio statim tumultus multa & immania uerū nō abhorrētia a sua natura creditur destinasse succes sores peussoresq; sumittere exercitus: & ꝓuincias regētibus q̄si cōspiratis idēq; & unū sentiētibus quicquid ubiq; exulū: quicquid in urbe boium gallicanorū esset cōtrucidare illos ne desciscētibus aggregarent: hos ut conscios popularium suorum atq; fautores Gallias exercitibus diripiendas permittere senatū uniuersum ueneno p conuiuia necare: urbē incēdere feris in populū immissis: quo difficilius defenderet: sed absterritus non tā pœnitentia q̄ pficiēdi desperatione: credēsq; expeditionē necessariā cōsules ante tempus priuauit honore atq; in utriusq; locū solus iniit consulatum quasi fatale esse nō posse Gallias debellari nisi a cōsule: ac susceptis fascibus quū post epulas triclinio digrederet innixus humeris famulorū affirmauit simul ac primū prouinciam attigisset inermē se in cōspectus exercituū pditurū: nec quicq̄ aliud quā fleturū. Reuocatisq; ad pœnitentiam defectoribus sequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia: quæ iā nunc sibi componi oporteret.

De apparatu expeditiōis cōtra gallos & extractiōibus eius.

In præparanda expeditione primā curam habuit

¶ PHI. ¶ Occupationibus suis. i. histrionia. s. & scenica arte: q haud dubiæ erant occupatiōes neronis: cū in his totos dies frequēter impēderet. ¶ Tumult⁹. qui exortus est ob defectiōem uindicis in gallia: & galbæ in hispania. ¶ Inmania. crudelia & sanguinaria. ¶ Sūmittet. furtim & clam imittere. ¶ Quicquid exulum. oēs exules. ¶ Hoium gallicanorū. propter initiū rebelliōis factū a gallis auctore uidice. scribit lāpridius gallicanas mentes duras ac retrogradas esse: & sæpe iperatoribus graues: olī a gallicanis hoibus occisus fuit alexāder romanus iperator una cum matre. ¶ illos. exules. ¶ Desciscentibus rebellantibus. desciscere. i. est rebellare: & discedere a fide prima. ¶ Hos. gallicanos homines. ¶ Populariū. popularis dicit hō eiusdē cōditionis generisq; popularis populo amat⁹ est: & popularis ciuis: popularis humilis est: popularis uilis. hic intelligimus populares eiusdē cōditionis & generis: ut sit sensus neronē destinasse contrucidare gallicanos hoies: qui erāt romæ ueluti fautores gallorū transalpinorū rebellantiū. apud salustium

gallicanæ mentes retrograde Desciscere

Popularis qui

populares dnr pricipes & cōscii cōiuratiōis. ¶ Permittere. zeugma est a supiori repetendū. n. est uerbum illud. credit destinasse. ¶ Per cōuiuia necare. sicut olim fuillis fungis tota cōuiuia interempta fuerūt: una cū aneo serenio pfecto neronis uigilū & tribunis & cētutionibus. ¶ Vrbē incendere. Exemplo catilinæ: q destinauerat cū coniuratis. xii. simul oportuna loca urbis incēderent ut eo tumultu facilior aditus fieret ad consulem ciceronē cæterosq; quibus insidiæ parabant opprimēdos. ¶ Difficilius. dū oēs forent occupati circa feras uicatim discursātes. ¶ Expeditiōem necessariā: ut cōparatis copiis militaribus expeditiōem bellicam susciperet aduersus gallos desciscētes. ¶ Ante tps. ante exactū legitimū consulatus spaciū: qd erat annuum. ¶ Honore. cōsulatu. ¶ Vtriusq; cōsulis. ¶ Fatale. decretū cōstitutūq; a fatis: q ut inqt cleātes & interpretatur seneca ducūt uolentē trahūt nolētē. ¶ Fatorū necessitas. ut elegāter ait apuleius ineffugibilis est. un a bono poeta dictū est. ineluctabile fatū. ¶ Nisi a cōsule. more magni pōpeii: qui oli solus cōsul sine collega creatus ē. Ideo aūt uoluit nero inire solus cōsulatū: ut gallias debellaret: ueluti ꝓuinciæ galliarū ab unico tantum cōsule non aūt a duobus cōsulibus debellari subigiq; possent: sicut fatali decreto cōtineri affirmabat. ¶ Fascibus. s. cōsularibus. relege quæ in prio cōmentario annotaui sup fascibus uirgisq; cōsularibus. ¶ Innixus. firmatus stabilitus sustētatus. a liuio dictū est rē romanā stetisse innixā papyrio cursore. ¶ Prouinciam galliā: quæ erat ꝓuincia po. ro. plinius scribens de narbonēsi gallia inqt italia uerius q̄ ꝓuincia. ¶ Exercituū: q duce iulio uidice primi defecerāt. ¶ Proditurū progressurū. ¶ Quā fleturū. tanq̄ lachrimis solis posset reuocare ad officiū copias militares & principes defectiōis: ueru nesciebat qd ab apollonio rethore dcm̄ fuerat nō minus uere q̄ pulchre lachrima nihil citius arescere: cū flagitiorū imanitas uicat fletū & cōploratōnem. ¶ Cantaturū epinicia. græci uocāt epinicia pmiū & celebritates ꝓ parta uictoria ἐπινίκιος dr̄ uictorialis. tranqllus epinicia intelligi uult carmina laudationesq; cōpositas ex uictoria. hanc dictiōem usurpat hyerosolimus i interpretatiōe libri secundi macchabeorū. ubi sic scriptū est: & cum epinicia agerent in hyerosolymis: ubi exposuit ō n inepte nicholaus de lyra epinicia intelligi solemnitates de uictoriis.

Ducūt uolentē Fata Necessitas ineffugabilis Innixus

Lachryma cito arescit Epinicia

¶ M. AN. ¶ Desciscētibus: defectionū ducibus. ¶ Hos: Gallos. ¶ Cōscios: pricipes. ¶ Populariū. i. consiliorū: q̄ ab hoibus suæ gētis suisset i se inita. ¶ Defenderet: urbs. s. ab icendio. ¶ Nō tā pœnitētia: q a sceleris pœniteret. ¶ Quasi fatale eēt: i. q; iuadēdi cōsulatus ptextus fuit. ¶ Epinicia: carmia nūc & laudatōes ad ui

ctoriā attinētia ē̄ Ἱιια κινο alioq̄n primum: eu celebritas ꝓhita uictoria ab ἐπὶ ι καὶ Ἰκὸ ἀἰκῶ uictoria.

deligendi uehicula portandis scænicis organis: cōcubinasq̄ quas secum educeret tondendi ad uirilem modū: & securibus peltisq̄ amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramentum citauit: ac nullo idoneo respondente certum dominis seruorum numerū indixit. Nec nisi ex tota cuiusq̄ familia probatissimos ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus exceptis recepit: partem etiam census omnes ordines conferre iussit, & insuper inquilinos priuatarum ædium atque insularum pensionem annuam

¶PHI. ¶ Deligendi uehicula. ex hoc diiudicare potes q̄ inept' q̄ mollis: q̄ delicatus fuerit ipse: tor'qui cū primam curā habere deberet rei militarium: cū primus curiosus erat delitiarū & libidinū: aqd nefas dictu quoq̄ est organa & musica instrumēta facta erant sarcinæ militares. & ut inqt seneca in primo q̄stionum quirqd mundus muliebris uocabat iam sarcinæ uiriles sūt minus dico & militares. iā speculū quoq̄ adhibetur. ex hac obiurgatione est uulgatissimum illud speculū ciuilis sarcina belli. C. Iaxat uerrem: q̄ dū esset imperator populi

Organa sarcinæ militares

romani introducebat intra tētoria solas ferme mulieres & libidinū ministros. ¶ Scenicis organis. organa in hoc loco intelligimus musica īstrumēta generali uocabulo: inter q̄ erāt & hidraulica. de q̄bus supra memorauimus. alias organa significat machīnas: de qbus uitruuius architectus ī .x. scribit hæc. Inter machīnas & organa id uı̄ esse discrimen. qd machinæ pluribus opibus ī maiores cogunt' effectus: ut balistæ torculariūq̄ prela. organa aūt unius ope ꝓpositū ut scorpiōs. organorū fabricatores organarii nūcupātur. Iulius firmicus in .iii. matheseos ait mercuriū cū uenere ī .vi. ab horoscopo loco facere organarios & myropolas. myropolæ aūt sunt pigmētarii uenditoresq̄ unguentorū delicatiorū. ¶ Tondēdi ad uirilē modū hoc olim factitauit ipsicratea mithrydatis cōiunx: q̄ totōdit capillos in uirilē modū: & equo se armisq̄ assuefecit: quo facilius laboribus & pīculis eius interesset: q̄ uictū maritū a pompeio magno ꝑ efferatas gētes fugientē aīo & corpore īfatigabili quasi uirago quædā insequuta ē in habitū uirilē reformata. Nero dū debet curare quō'mō uincat hostes: curat quo mō concubinas secū educat detōsas more uiri. ¶ Securibus. ut ad imitationē amazonū ita concubinæ armatæ uiderent' illæ. n. armatæ securibus bella inibant. uñ securigeræ a poetis dictæ: & ab oratio securis optimo epitheto amazonia nūcupata: cuius inuētrix fuit auctore plinio penthesilea amazon. ¶ Peltis. ; pelta scutū breue ē in modū lunæ figuratum. quo usæ sunt peculiariter amazones in bello. hinc illud maronianū ducit amazonidū lunatis agmina peltis. Iphicrates atheniensis cū militaria arma imitasset: instituit ut peltā ꝓ parma ferrent: a quo postea peltastæ pedites sunt appellati qui ad motū concursūq̄ erant leuiores. ¶ Tribus urbanas. quattuor solas urbanas tribus fuisse autumat plinius appellatas a partibus urbis in q̄bus habitabāt. nā suburrana palatina collina exqlina dicebant' in quas transferri ignominiosū erat desidiæ ꝓbro. rusticæ uero tribus laudantissimæ existimabant'. sed hic tranquillus ꝑ tribus urbanas significare ui[...]es romanas tribus q̄ erant numero .xxxv. ¶ Ad sacramētū. s. militare: milites. n. iurare solebant ī nomen imperatoris oīa q̄ se strenue facturos: quæcūq̄ iussisset imperator: & militiam nunq̄ deserturos. ideoq̄ sacramēta dicebant': iuuenalis cōmoda nūc alia atq̄ emolumēta notemus sacramentorū. Citauit. cōsules itidē citabant iuniores ut noīa darēt in militiā: de quo apud liuium multa ē mentio. ¶ Seruorū numerū. cū legitimi milites deerāt ad seruos cōfugere solebāt: sicut in secundo punico bello factitatū estq̄ ut inquit liuius honesta utilibus cesserūt. quē exercitū utpote ex seruis īstitutū augustinus in .iii. de ciuitate dei eleganter pudēdū uocat. ꝓpter ea lege militari serui ab omni militia ꝓhibent': alioquin capite puniunt' ut scribūt iurisconsulti. quod etiā grāmaticus seruius ꝓdidit in enarratōe illius uersus uetitisq̄ ad troiā miserat armis. ¶ Indixit. īperauit denūciauit. indicere. n. denūciare est. unī imperatiuæ feriæ dictæ: quas cōsules uel ꝑtores ꝓ arbitrio potestatis idicunt. & funera idictiua a priscis nūcupata ad quæ per ꝑconē euocabāt'. De funere idictiuo intellexit tranquillus cū scripsit ī iulio cæsare: funere idicto rogus extructus ē. ¶ Cuiusq̄ domini familia: appellationē familiæ seruos & mācipia itelligi notissimū ē. ¶ Dispensatoribus. dispēsatores fuisse ī seruorū numero familiaq̄ notū ē: & īdicat plinius scribēs ī .xxxiii. seruus claudii drusillanus noīe rotūdus dispēsator hispaniæ citerioris q̄nquagenariā lācē habuit. dicti aūt sunt dispēsatores ob ære ipendēdo: nāq̄ apud ueteres romanos cū asses librales eēnt appēdebāt': unde expensa cōpēdia ipēdia & dispēsatores appellātur: quin ēt stipis pōderādæ pēsatores libripēdes dicti: auctores mar. uarro & plinius. ¶ A manuēsibus: uocabulū ē trāqlli peculiare: tāq̄ a manu formatū sunt. n. amanuēses seruiq̄ & a manu dicūtur: quorū opera & manu in scribendo ꝑinde ac scribarū utimur: super qua dictione annotauimus plura non idigna memoratu ī superioribus cōmētariis: sensus ē cū dispēsatores & amanuenses sint inter ceteros seruos dominis ī primis cōducibiles: & maxime necessarii: ne hos qdē excipi uoluit nero: q̄n ex his quoq̄ reciperet ī militiā quos iudicaret idoneos. ¶ Partē cēsus. uoluit nero ut unusq̄sq̄ tā ex ordine senatorio q̄ equestri atq̄ plebeio ꝑ collationē cōferret portionē sui cēsus atq̄ diuitiarū ad expeditionem bellici capescendam. ¶ Inquilinos ediū: inquilini sunt: qui alienas domos incolūt: quibus cenacula locare solebant hi qui faciebant cenatularia: ut ait iurisconsultus. ¶ Insularum: domorū de quibus iam sæpe dictū. ¶ M. AN. ¶ Scænicis organis: īstrumētis qbus ī scæna utebant'. ¶ Peltis: scutis. Ver. Ducit amazonidū lunatis agmina peltis. Mar. pelta tā amazōn appellat. ¶ Nul o idōro: ad militare munus obeundum apto. ¶ Dñs seruorū. is q̄ seruos hēret. ¶ Familia: seruorū numero. ¶ Ne dispēsatoribus aut amanuēsibus: ex

Organa machinæ

Organarii

Myropolæ

Ipsicratea

Securigeri

Pelta

Peltastæ

Noīa tribuū urbanarū

Sacramēta

Exercit' ex seruis

Indictiuæ feriæ

Funera indictiua

Di pēsatores unde

Impendia.

Libripēdes

amanuenses

Inquilini

ceptis: sed illis & adeptis quoq; opa ciues maxie idigerēt: erāt amanuēses serui quoq; manu ī scribēdis epistolis & aliis id genus libellis dn̄i utebant' dn̄r & serui a māu quo uerbo idē Trāquillus alibi ē usus. ¶ Cēsus: suarum fortunaꝝ. ¶ Cōferre ī usū belli exhibere. ¶ Inquilinos: alienas domos icolētes. ¶ Priuataꝝ ad earum differentiam quæ publicæ locabantur. ¶ Annuam: ergo integram.

repræsentare fisco. Exegitq; ingēti fastigio & acerbitate nūmum asperū. argentum pustulatum: auꝝ aut obrizū: ut plæriq; oēm collationem palam recusarent consensu flagitātes a delatoribus potius reuocāda præmia quæcunq; cepissent.

De probris contra eum scriptis: ac aliis gestis eius.

EX annonæ quoq; caritate lucrātiū accreuit Inuidia nā forte accidit ut ī publica fame alexādrina nauis nūciaretur puluerem luctatoribus aulicis aduexisse. Quare oīum ī se odio īcitato, nihil cōtumeliaꝝ defuit: qn subiret Statuæ ei⁹ a uertice currus apposit⁹ ē cū īscriptiōe græca. Nūc demū agona eē & tradert tādē. Alterius collo & a

¶ PHI ¶ Repræsentare. statim annumerare. ¶ Fisco. ipsius scilicet pricipis. alias obseruanim⁹ fiscū proprie dici principis: erariū uero populi. ¶ Exegit. uel ut extorsit uel ut debitū repetiit. unde & exactores dicti. apud cecilium noue dictū eē annotauit gellius sic scribentē. ego illd minus nihilo exigor portoriū. i. nihilo minus exigitur de me portorium. alias exigere est eiicere & excludere. unde exacti reges dicti. p eiecti. & publicola regum exactor. p exclusore & eiectore. ¶ Fastidio. insolētia. ¶ Asperū. persius. qd asper utile nūmus habet. uidetur aūt nūmus asper dici ab eo qd in aspitatem cusus signatusq; est. ¶ Pustulatū. argētū excoctum purgatūq; ad sūmam bonitatē pustulatū uocari interpretant. marcialis. argēti tibi libra pustulati. ego existimo pustullatū dici a pustulis: quæ in argēto celato in aspredinē quandā excisæ uisuntur: sicut pustulæ in corpore oriūtur. cū aspredine similes illis pustulis: quæ ex urtica uel sudore nascūtur. de qbus luculētū est ap celsum in. v. de medicina. ¶ Aurū obrizū: scribit pli. in. xxxiii. aurū uocari obrizū qd excoctū puriūq; ē: & quo sæpius arsit eo magis proficit ad bonitatē: rubetq; simili colore ignis: in scripturis canonicis libro danielis scriptum legimus: & ecce uir unus uestitus lineis: & renes eius accincti auro obrizo ubi exposuit interpretes obrizū aurū dici mūdissimū: legimus apud fortunatū īterptē ecclesiasticarū dictionū: aurū ophir dici hebraice qd ē ualde pciosum qd obrizū. apd latinos appellet'. ¶ Collationē: cēsus & patrimonii: de collatiōe ia diximus. ¶ A delatoribus reuocāda pmia. delatoribus ob delationē criminū pmia erāt cōstituta: ex quibus q dā quadruplatores dicti: q quartā ptē de pscriptorū bonis: quos detulerāt cōseqbāt': sensus ē romani a nnus nero exigebat acerbā collationē: flagitare ceperūt: ut pmia illa q̄cūq; accepāt delatores ab illis reuocarēt' trāsferrenturq; ad expeditionē neroniānā: itāq illa essent habūde suffectura: cū multi quos fouebat nero ex delatōibus fierēt opulēti & fortunati. ¶ Lucrātiū: solēt auari locupletiores annonā onerare penuriāq; inducere: dū fructus suos æqs ptiis uendere supsedent: dū minus uberes puenerus expectāt. In os ut ait ulpian⁹ titulo de extraordinariis criminibus pena uaria statuit': hi dardani a iurisc̄ōsultis uocant': qui annonam carionem facere solēt. plin. dixit eleganter. manceps annonā flagellat. sensus aūt tranqlli hic est: Inuidiā illoꝝ creuisse qui lucrari solēt ex annonæ penuria ex eo qd dum expectatur in publica fame nauis ex alexādria deportās frumētū: nunciatū est nō frumentū illa naue aduectū esse: sicut ab esuriente populo expectabatur sed puluerē: quo uterentur i lucta luctatores neroniani quidā legūt luctantiū: tanq̄ luctarent' exercerētq; palestrā ex caritate publicæ annonæ: dū harena nilotica uice frumēti illis deportaret. ¶ Alexandrina nauis. ex alexādria & egypto tanq̄ ex horreo frumētario urbi romæ frumēta suppeditabant': qd supra retulimus & pli. docet ī panegyrico. ¶ Puluerē: palestritæ luctatoresq; ī palestrico certamine corpa respgebant harēa. hinc ait ouidius describēs luctā herculis & acheloi. Inq; uicē fuluæ tactu flauescit harenæ. marcialis græco uocabulo a tactu aphen dixit. sic. n. ait: & flauescit aphe. Iuuenius, quoq; i palestra herculis & anthei harenā usurpatā esse testatur. harena aūt e nilo ut docet in. xxxv. palestre studiis existimabat' accōmodatissima: In de patrobio principis neronis liberto aduehebat'. qn & leonacho & cratero ac meleagro alexandri magni ducibus sabulū hoc palestre cā deportabat'. Plutarchus in alexādro refert cōplures leonato camelos transferre solitos puluerē ad gymnasia ex egypto usq;. ¶ Aulicis: ab aula īpatoria aulici dicti. Sparcianus famulitium aulicū appellat famulos impatorios. ¶ Currus appositus. In contumeliā taxationēq; aurigatōis hoc factū ē i qū nero studio imodico agēdi currus ut supra dictū est teneretur. ¶ Agona. certamen. ¶ Traderet cofrigere traheret: currus. n. trahi dicitur. ¶ Alterius. statuæ neronis.

¶ M. AN. ¶ Repræsētare: fisco ascribere aut certe numerare. ¶ Fastidio: morositate. ¶ Nūmū aspeꝝ: recenter credo pcussū. ¶ Argentū pustulatū: purissimū. Mar. argēti tibi libra pustulati qq scio ego nū deesse q pustulāti legant. ¶ Obrizū: Plinius auriq; expimēto ignis ē ut simili colore rubeat ignis atq; ipsū obrizū uocant. ¶ Oēm collationē: ab eo qd supra cōferre dixit. ¶ Præmia reuocāda: adimēda potius delatoribus q̄ sua delatiōe diu cōsecuti eēnt: & hoc in Neronis inuidiā: q delatores multos dānatis oīum ordinū ciuibus eorūq; fortunis cōfiscatis ditarat. ¶ Lucrātiū: sic oēs codices quos uidimus hñt: sed neq; sensus neq; ordo ullus ex ea lectiōe elicit' quare luctātiū legēdū cōtenderi. i. Neronis: & aulicoꝝ q palestrā exercebant: tenebatur Nero palestræ studio: ut nō multo post dicet'. ¶ Puluerē: pli. nō multū a puluere puteolāo distat harena tenuissima nō ad sustinēda maria: fluctusq; fragēdos: sed ad debellāda corpora palestræ studiis Idē cer

Fiscus pricipis
Exactores
Exigor portoriū
Exacti eiecti
Asper nūmus
pustulatū
pustulæ
Auꝝ obrizum
Dardani
Harena in palestra
Aphe
Aulici
aulicum famulicium

te Patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. ❡ Curru sqaid p curæ præ ter aurigandi studiũ intel/ligere possimus non uideo nam Nero in publicis quoq; spectaculis ut est supra demonstratũ aurigandi pe/ritiam ostentauit. ❡ Agnina certamen ad bellum undiq; galli consla tum allusit.

scopa deligata simulq; titulus: ego quid potui: sed tu culeũ meruisti. Ascriptum & columnis iam gallos eum cantando excitasse: iam noctibus iurgia cũ seruis plæriq; simulãtes crebro uindicem poscebant.

De sõniis & pdigiis morté eius pcedentibus.

Frebat ad hæc euidẽtib⁹ portẽtis sõnio℞ & auspicio℞ & oĩum tũ ueterib⁹ tũ nouis nũq̃ ante a sõniare solitus. Occisa demũ mr̃e uidit p q̃eté naué sibi regẽti extortũ gubernaculũ: trahiq; se ab octauia uxo℞ i arctissimas tenebras. Et mõ pẽnata℞ formica℞ multitudine oppleri: mõ

Scopare

❡ PHI. ❡ Scopa deligata. suppliciũ non tã acerbũ q̃ ignominiosum est: quãdo sontes ob noxã scopa℞ fasciculo manuali ceduntur: circũducti p fora ut tibices rubentes existãt i tergo. hoc uulgo dr̃ scopare: quo uerbo usus ẽ hieronimus in esaie iterpretamento. uerba ex sacro codice hæc sũt scopabo babiloné in scopa terẽs dicit dñs exercituũ. ubi animaduertimus scopã dici enicos hoc est singlariter: sicut & i hoc loco tranqlli: q̃uis usus & auctoritas eruditor℞ uelit ut scopæ pluraliter efferantur. pterea columella scopulam tanq̃ a scopa diminutiuo uocabulo singulariter, ptulit: cuius uerba hæc sunt ex lib. xii. Deinde periculo detergit & feruentissima pice insusa nouo alio rutabulo & scopula picatur. sensus aũt tranqlli hic erit. deligatã fuisse scopã statuæ neronis ad significandũ illum dignũ esse cõ cumeliose scopa℞ supplicio: qd tamen cũleue sit: dicit scopa: Ego qd potui: quasi dicere uelit: scopæ nõ fuit idoneæ ad neronẽ puniendũ: qui ob paricidia meret insui culeo cũ gallo simia & serpẽte: quæ pena est parricida℞. & sulpicii genus atrox cõgruensq; neroni matricidæ patricidæ fratricidæ. policianus uero uir doctissimus p scopa legẽdũ affert ascopera. ẽ ãt ascopera græcũ uocabulũ significatq;: ut ait suidas marsupiũ si ne crumenã. Fuit igitur ascopera. i. sacculus pelliceus alligatus col o statuæ neronianæ. ueluti symbolum culleicũ & ipse fiat e corio tanq̃ p ascoperam significaret neronẽ utpote matricidã culler suppliciũ mereri: de quo diximus abunde i augusto. de quo sic ait quintilianus in. vii. qui patrẽ occidit culleo insuat: matrẽ occidit. ex quo significatur & matricidã culleo insuendũ: cũ ex scripto ducat quod scriptũ non est. obiter annotandum. scoparios dici ministros: quo℞ ministeriũ erat ut scopis deuerrant pauimenta sordentia.

Scopa
Scopula
Ascopera
Scoparii

Omõymõ
Gallus

❡ Gallos excitasse gallus nomẽ est omonymon significat. n. gentem auem & castratũ & nomen est hoĩs propriũ. nũc allusio est ad nomẽ auis & gentẽ gallicanã: nã cũ dicere uideatur gallos gallinaceos fuisse excitatos a nerone cantãte: cum ipsi soleant cantu ad opa excitare mortales: intelligat gallos hoc est gentem gallicanã fuisse excitatã ad defectionẽ: quæ principem cantorem ferre non poterat dedignabaturq; seruire principi cantori citharedo: quadrigario. ❡ Vindicem poscebant. mordacitas falsa est in nomine uindicis. nã cum uideretur poscere uindicem hoc est ultorẽ atq; lorariũ: qui uindicaret. i. puniret seruos & plecteret. Symbolicos petebant iuliũ uindicem defectionis ducem ad rẽ pub. a tyrannide neronis uindicandã afferendãq;. ❡ Et omin um. omina pprie ad uerba referũtur. pclsi osmen dixerunt nos omen extrito. s. de omnibus sic scribit cicero: nõ solũ deo℞ uoces pithagorei obseruauerunt: sed etiã hoĩum q̃ uocant omĩ/naq; maiores nostri q̃ ualere censebãt: ad circo oĩbus rebus agendis quod bonũ faustũ felix, fortunatũq; esse præfabantur. ❡ Nunq̃ somniare solitus. scribit pli. in. x. quosdã nunq̃ somniare: quibus mortiferũ fuit signũ contra consuetudinẽ somniasse: quæstio est magna apud eruditos utrũ sint aliqua pscita animi quiescentis: & an somniis credẽdũ sit. ❡ Extortũ gubernaculũ. nauigii rector gubernaculũ moderatur: & clauũ tenens quamuis sedeat in puppi quietus maiora tñ & meliora facit: q̃ iuuenes faciant. Nero tanq̃ gubernator regebat nauem. sed cũ sõniasset gubernaculũ sibi p uim extortũ esse atq; detractũ significabat q̃ romani imperii q̃ tanq̃ gubernator diu rexerat: gubernacula sibi p uim extorquerentur. ❡ Ab octauia quã occiderat. ❡ In artissimas tenebras. quasi dicat iferna s. ❡ Penata℞: hoc formica℞ somniũ portendebat ui multitudinis esse cauendã: cũ formicæ gregatim degãt. apud indos formicæ pẽnatæ sũt canum magnitudine minores: uulpiũ uero maiores: quæ ex cauernis terræ egerũt aurũ: quod indi furant preuelocibus camelis utentes: quo℞ odore sollicitatæ, puolant: crebroq; lacerant illos fugientes. pli. in. xi. & herodotus in iis auctores. in sicilia non sunt pennatæ formicæ: est & formica℞ genus ueneuatu℞. solifugas cicero appellat salpygas betica & ita appellantur a lucano uiro ore hispano poeta: qui sic scribit in. x. pharsaliæ: quis calcate tuas metuat salpica latebras.

Osmen
Quidã nõ somniant
formicæ enormes

❡ M. A N. ❡ Scopera. sic tranquilliani oẽs quos duntaxat uidimus habent codices sed nil ad culleũ quẽ Nero meritus erat scopa: addo quod fabio auctore: ut scalas: sic scopas numero multitudinis dicimus: sed ascoperam legendum ut ex Politiani uiri clarissimi obseruationibus didiscimus ille uetustissimi codicis lectiõe fretus i quo minus mutilatã esse dictionẽ scribit: cæte℞ suidæ auctoritatẽ secutus q̃ ἀσκοπήρα ⟨…⟩ marsippiũ esse ait nos facile in sñiam adduxit ut p scopa mẽdosa dictiõe: ac ne lanna qdẽ ascoperam legamus: ut sit sensus. ego quo potui pelliceũ siue mimũ follẽ tibi induxi: sed tu q̃a maiorem pemisisti culleũ es meritus capaciorẽ dico follẽ: quo insutus in pfluentẽ deiiciare Ci. ad herennium si Ciceronis id opus est Et lex. q parẽtem necasse iudicatus erit ut is obligatus & obuolutus corio deueha℞ in fluẽtem Dionysius bubulũ ait coriũ ipsi supplicio adhibitum. ❡ Vale. illi astipulat. ❡ Gallos ad gallia℞ defectio/

nem allusit: illius desidia: inertiaq; ca(n)di(di) studio orta. ¶ Crebro uindicẽ(m) citres q̃ plurimi simulata in seruos re quũ torctorem appellarent uindicẽ adesse iubebãt ad ipsũ gallicanæ defectiõis auctorẽ oẽm referẽtes. ¶ Tũ ueteribus: superiore tpe aut p quietem aut aliter uisis. ¶ Nouis: post defectionem oblatis. ¶ Ab octa uia coniuge: q̃ falso adulterii crimine occiderat. ¶ Opleri: cooperiri.

A simulacris gentiũ ad Pompeii theatrum dedicatuꝶ circũ iri: arceriq; progressu Asturconem: quo maxime lætabatur posteriore corporis parte in simiæ speciẽ transfiguratũ: ac tãtũ capite itegro hinitus edere canoros. De mausoleo spõ te foribus patefactis exaudita uox est: noie eũ ciens: calẽdis ianuarii exornati lares i ipso sacrificii apparatu cõciderunt. Auspicãti Sporus annulũ muneri obtulit cuius gẽmæ scul ptura erat Proserpinæ raptus. Votoꝶ nũcupatiõe magna iã ordinũ frequẽtia uix repertæ capitolii claues: quũ ex oro ne eius: qua i uindicẽ perorabat: recitaret in senatu daturos pœnas sceleratos: ac breui dignũ exitũ facturos: cõclamatũ e ab uniuersis. Tu facies Auguste. Obseruatũ etiam fuerat nouissimam fabulã cantasse eũ publice: Oedipodem exulẽ

¶ PHI ¶ A simulacris gentiũ: somniauit nero q simulachra & effigies eaꝶ gentiũ quæ dedicatæ ad ornatũ theatri põpeiani ui sebãt: se ipsũ circuirẽt: phiberẽtq; igredi theatꝶ: quod fuit omio sum. põpeius aũt in ornamentis theatri mirabiles fama pusuerat effigies ob id diligẽti⁹ magnoꝶ artificũ ingeniis elaboratas: iter quas legit: ut iqt pli. in. vii. eutice a. xx. liberis rogo illata trallis enixa. xxx. part⁹. ¶ Asturconẽ: in hispania asturia gens incly ta est genere equoꝶ: quos asturcones appellant: quibus forma minori pditis mollis est alterno crurum explicatu glomeratio hi tollutim gradiũtur hoc est uolubili

Asturcões
Tollutim
Tollutarii
Hinnitus

ter: unde & tollutarii dicti a seneca. ¶ Hinnitus. hinnire dicitur equi: unde hinnitus eqna uox. equus neroni uisus in sõniis emittere hinnitũ sonãtiorẽ portendit exitũ. Cõtra dionysio factum est omen futuri regni: cũ exaudisset equũ hinnientẽ: qui subuersus uoraginibus extrahi nõ potuerat. ¶ Mausoleo. sepulchꝶ intelligit: qd augustus cæsar extruxit in cãpo martio: de quo satis multa suo loco memorauimus. ¶ Ciẽs. uocã. alias ciens dr mouens. cio & ciet uerbũ est apud plinũ frequentissimũ pro eo qd est mouet. simile pene omen factũ est didoni: quæ noiatim se citari sensit a simulachro mariti sichei unde ait ouidius. Ipse sono tenui dixit elisa ueni. Et maro canit in quarto. hinc exaudiri uoces & uerba uocãtis uisa uiri. ¶ Exornati lares. de laribus affatim diximus in augusto: quoꝶ simulachra cũ nero principio anni ex cõsuetudine exornasset: sua spõte corruerunt: qd fuit portentosum. feriæ laribus dedicatæ fuerũt. xi. cal. Ianuarii: qbus edem Emilius prætor in cãpo martio curandã uoluit. Indicat plinius in. xxi. coronis ornari solitos lares publicos & priuatos. ¶ Auspicanti. auspicia obseruãti. supra diximus nihil publice sine auspiciis nec domi nec militiæ geri solitũ. ¶ Sporus. significat illũ q neroni ritu feminino denupsit. ¶ Proserpinæ raptus. talis sculptura psagium fuit neroni: quod & ipse ab orco raperetur: sicut rapta fuerat pserpina: quæ fabula notissima ẽ carminibus poetaꝶ & ciceronis testimonio: qui scribit in uerrinis raptã esse pserpinam ex nemore enensium qui locus in media sicilia situs est: & id circo umbilicus siciliæ noiatur. pserpinam lunam significari docet Marcus uarro & a pserpendo dictam: qd ut serpens modo in dextram mõ in sinistram celi partem late moueatur. serpe & proserpere idẽ dicebant: ut plautus: qui scribit i asinaria. fac me pserpentem bestiã. ¶ Voto rum nuncupatiõe. moris erat ut calendis ianuarii solemnis uotoꝶ nuncupatio fieret a principe cõsulibus. ineuntibus magistratũq; ibant ut ait liuius i capitoliũ ad uota nũcupanda. huius quoq; rei sic meminit cornelius tacitus. qn & illa obiectabat principio anni uitare thrasea solẽne iusiurandũ: nuncupationibus uotoꝶ non adesse. uota nuncupata dñr: q̃ consules ꝓtore sue cũm prouinciam pficiscuntur faciunt: ea i tabulas presentibus multis referũtur. & pecunia nuncupata dicebat promissa noiata & quasi testificata in nexu faciendo Nero cũ uellet ex ritu i capitoliũ ad uota nuncupanda habuit hoc diꝶ præsagiũ: q claues uix repertæ sunt: tã q dii recusarent uotoꝶ nuncupatiõem fieri a nerone qui illa nõ esset soluturus. ¶ Recitarent. pq̃ rætorẽ ¶ Daturos penas. hæc pricula erat neronianæ orõnis scriptæ in iuliũ uindicẽ auctorem defectionis. ¶ Tu facies augustæ. hæc diasirtica acclamatio est: quã cũ uideretur dicere hæc o augustæ hoc est o nero cæsar tu facies. s. qd scelerati dabũt penas: itelligi uolebãt q nero faceret. s. exitũ dignũ suis sceleribus & ita relatio facta est ad illud uerbũ facturos exitũ ex orõne neroniana recitatũ. ¶ Nouissimã. ultimã post quã nullã amplius egit. ¶ Edipodẽ exulẽ. tragedie scribebãt de œdipode excecato & œdipode exule: quẽadmodũ post parricidiũ eiectus fuit i exilium ex quo in regnũ incidit: unde ait Ipse apud senecã i tragedia cui titulus ẽ œdipus. exul itrepidus uagans celũ deos q; testor. In regnũ incidi. & olim epaminũdas thebanus cũ a calistrato oratore atheniẽse obiceref thebanis edibus patroctonos. i. patricida: festiuiter dixit. nos fatemur œdipodem fuisse patricidam: uerum ob id scelus illum nos quidem eiecimus: athenienses uero susceperunt. sæpe numero auguria psagiaq; ducta sunt in principes ex huiuscemodi fabulis olim philippo alexãdri magni patri factũ est omen lusciatiõis. dũ cyclopum fabulam audiret recitari.

Cir. Ciet
Lares coronis ornabãtur
Raptus proserpinæ
Vmbilicus siciliæ
proserpina unde
Nũcupatio uotorum
pecunia nũcupata
Diasyrtica acclamatio
œdipus patroctonos
Dictũ epãminundæ

¶ M. AN. ¶ Arceriq; pgressum: unũ ad principatus amissionẽ i sõniõ ptineret: alteꝶ ad ipsius iteritũ ter rẽ tam ad iperii q̃ ad uitæ exitũ. ¶ Asturcõem: asturcões ab asturia hispaniæ pte unde optimi ueniũt equi: paruiq; mollit alterna crura glomerãdo explicauit. Mar. Hic breuis ad nũeꝶ rapidos qui colligit ungues uenit ab auriferis gentibus austur equus. ¶ Mausoleo: qd in martio cãpo fuisse ostendimus. ¶ Auspicãti

auspicia captanti. ¶ Sporus: qui neroni nupsit. ¶ Vix repertæ claues. quasi dii nulla essent illius uota ex/ceptum. ¶ Tu facies: quod sit interpretandum apparet quasi acclamatum esset ut dicerent qui circunfusi steterant ita facies Nero: hoc est hunc exitum tuis sceleribus dignum assequere.

atque in hoc decidisse uersu. λύγειν τοῦτον ἐστὶ τάλιος λῖτ ὑπ τεταιιο.

De uariis angustiis & cogitatiōibus eius: quum esset ab omnibus derelictus.

NVnciata ē interim cæterorum exercituum defectiōe litteras prandenti sibi redditas conscerpit: mēsam subuertit: duos scyphos gratissimi usus: quos hōe ricos a cælatura carminū Homeri uocabat: solo illisit. ac sū pto a locusta ueneno: & ī aureā pyxidē cōdito trāsit in hor tos seruilianos: ubi premissis libertorum fidissimis ostiā ad clas sem præparādā: tribunos cēturiōesque prætorii de fugæ socie tate tēptauit: sed ptim tergiuersātibus. ptim apte detrectāti/ bus. uno uero ēt proclamante usque adeo ne mori miserum ē: uaria agitauit parthos ne an Galbā supplex peteret: an atrat⁹ prodiret in publicum proque rostris quanta posset maxia ue neratione ueniam præteritorum præcaret. Ac ni flexisset aīos

¶ PHI. ¶ θανεῖν. interptatio hæc est. mori me iussit uxor: mi pater. hanc sniam dicebat de se ipso œdipus ī fabula. tanq̄ mori iuberet pp uxorem: q̄ erat mī 10 casta: & ppiem latīūq̄ itereme rat. Idem uersus neroni com/ modissime aptari pōt: qui mori iubet pp uxorem octauiā. mīem agrippinā piem claudium: quos oēs iteremerat. ¶ Ceterorum exer cituū. germaniciani & hispanien sis. ¶ Cōcerpsit. discidit dilacera uit. A. gel. libro statim corā disci/ dit suis māib⁹ & cōcerpsit. ¶ Du os scyphos. scyphus poculū est ita herculis: ut liberi pris cātarus pli. calices appellat atque crystalli nos fuisse sic scribens li. ul. na. hi. Nero amissa re nuncio acce/ pto duos calices crystallinos ī su prema ira fregit illisos. hæc fuit ratio seculū suū puniētis: neqs alius ex his biberet. ¶ A celatura carminū. homerus ī undecima iliados ra psodia calicē nestoreū describit: qui aureis clauis interpictus erat duplici fondo quatuor uelut aurib⁹ re/ dimitus: ad quarum singulas binæ culūbæ aureæ pasci uidebantq: ta grauis erat ut repletū uix e mēsa ali⁹ mo uere posset: quē nestor potaturus faci e tollebat. nestorida id uasis genus appellauerit: de cuius forma atque celatura eustathius multa digna cognitu pdidit ad hoc poculū nestoreū genus allusit marcialis. hi duo lō/ geuo censent nestore fundi pollice de pylio trita colūba niter. Nero scyphos crystallinos appellabat home ricos ab hac celatura: q̄ in nestorio calice homericis uersibus luculēte describit. ¶ Solō illisit. terræ applosit infregitque. ¶ Pyxidē. pyxides cuiuscumque materiæ sūt ut ait fabius. pyxidasq̄ p diminutiōem pyxidiculæ di cuntur: accōmodatas esse ueneno declarat snia apud lactantiū celeberrima medicorum tituli remedia hīt: py xides uenena. Et Cian oione p celio ait. eodē inuiū esse uentum: atque his uenenū pyxidē traditum & eius/ dem pyxidis ibidē sepe cōmeminit. uñ a quintiliano celiana pyxidis dicta. ¶ In hortos seruilianos: i seruī liorum familia illustri. uñ seruiliani hōi dicti. fuit hoc dignū cognitu & miratu. hēbat trientē æreū sacrūque pascebat auro argētoque consumentē utrūquecui sūma cū cura magnificētiaque quot annis sacra faciebat: quē ferūt alias creuisse alias decreuisse uidet rex eo aut diminutiōem aut honorē familiæ significari. In seruilia nis aūt hortis solitū neronē cōmorari docet cor. taq̄ ait mihchū a quo detecta est cōiuratio uenisse in hor/ tos seruilianos. ibique conuentū neronē edocuisse quæ audierat de cōiuratis. ¶ Cēturiones ptori. cohorti/ um pretorianarumq̄ erant honoratiores & ad custodiā principis uicissim excubabant. ¶ Tergiuersantibus dissimulanter abnuentibus. est. n. tergiuersari quasi tergū uertere: lucilius tergiuersatorem nouo uocabu/ lo dixit bouinatorem. lucilii uersus hic est. hic strigosus bouinatorque ore iprobus duro. ¶ Vno pclamāte: ex centuriōibus siue tribunis ptori. ¶ Vsque adeo ne mori: hemistichion est uirgilianūq̄ dicit turnus ad sororē iuthurnā in. xii. eneidos: ubi ostendit potius moriendū esse q̄ fugiendū. uersus maronis hi sūt. Vsque adeo ne mori miserum est: uos o mihi manes este boni: qm̄ supis auersa uolūtas. ¶ Parthos ne. itidē pompe ius in extrema sua fortuna deliberauit pthos an aphricā an egyptū peteret: ex quo triplices fieri suasorias posse quītilianus oñdit in tertio institutionū. scribit plutarchus ī galba nemini dubiū fuisse neronē ex rep desparatiōe in egyptū fuga cōcessurum. ¶ Atratus. id est tus artis hoc ē nigris uestibus: qui color funebris est cō uenitque lugētibus & ad misericordia mouendā est accōmodatus. nephas erat apud priscos in epulo publi co accūbere atratos cōuiuas. hinc cicero taxat uatiniū: quod ī epulo. Q. arri cenauit atratus: græci anthra/ cinū uocāt nigrum atrumque colorē ab athrace q̄ græce di carbo: & uestis anthracina erat lugentiū. sicut nostro quoque tpe in luctu usurpat. Varro amiculū nigellū appellauit uestitū nigri coloris: quo utimur in luctu. uer ba uarronis hæc sūt. ppique adolescētulæ & adolescētuli pximi amiculo nigello capillo demisso sequētur luctū. ¶ Præteritorum ut sibi pterita delicta factaque cōdonarent: cū pterita magis repndi possint q̄ corrigi: & qd factū ē fieri īfectū nō possit & ut dicebat plato & repetit seneca nēo punit qa peccatum ē sed ne peccetur. ¶ Præfecturā egypti. eqtes romani ex istituto diui augusti ægypti pfectura obtiebāt loco regum: copiasque q bus egyptii cohercerent ita tulū expedite ē: ut auctor ē tacit⁹ retiere puīciā aditu difficilē: annōæ fecūdam supstitiōe discordē. pterea egypt⁹ diuidit i præfecturas oppidorum: quas nomos uocant: sicut est lycopolites aphrodipolites & bubastites: est aūt bubastis præfectura: ut hoc in transcursu declaremus dicta a ciuitate bubasti. ubi conuentus quot annis agebatur in honorem dianæ: quam bubastim uocant. auctor herodo/ tus in. ii. hanc ab ouidio dictum: sanctaque bubastis uariisque coloribus apis.

Scyphus

Calix ne/storeus

Pyxides

Celiana pi xis

Triens ser uiliorum hortī seruī liaru

tergiuersa/tor

Bouiator

Atratus

anthracin⁹ color

Amiculū nigellum

Egyptus ab eqtibus obtinebat

Nomi

Loc⁹ ouidii

Bubastis

¶ M. AN. ¶ Χαῖνιν αἰαῖνο γεοῦ γ γαιῶσ ἀλλ Τηουα Ιηρ mori me iusserũt uxor mi pr. ¶ Cõcerpit ila cera ait. ¶ Duos scyphos: calices cristallinos. Plinius Nero iqt amissa rerũ nuntio accepto: duos calices cristallinos in suprema ira fregit. ¶ Tergiuersantibus: neq; pollicẽtibus: neq; apte recusantibus. ¶ Detrectãtibus: abnuentib⁹. ¶ Attratus: mœsto & lugubri habitu & qualis reũ supplicẽq; deceret quidã. Arratus legunt quasi nero expectandũ censuisset tantisper: dum inuectis caterius in mediũ traheret: qd tã ridiculum ẽ dicere: q̃ stultũ fuisset agere. ¶ Flexisset: flectere potuisset ut in pristina dignitate imperio retineretur.

uel ægypti præfecturã cõcedi sibi oraret inuẽtus ẽ postea ĩ scrinio eius hac de re sermo formatus; sed deterritũ putant ne prius q̃ in forũ peruenirẽt: discerperetur; sic cogitatiõe in posterũ diem dilata ad mediam fere noctẽ excitatus ut cõperit stationẽ militũ recessisse psiluit e lecto; misitq; circũ amicos & quia nihil a quoq̃ renũciabat: ipse cũ paucis hospitia singulorũ adit, Verũ clausis oĩum foribus respõdente nullo in cubiculum redit; unde iã & custodes diffugerẽt direptis ẽt stragulis; amota & pyxide ueneni; ac stati spiculũ ac mirmilonem; uel quẽlibet aliũ pcussorem: cuius manu piret: requisiit & nemine repto, Ergo ego inquit: nec amicũ hẽo nec inimicum, procurritq; quasi præcipitaturus se in thyberim.

De fuga eius ab urbe & aliis gestis.

Sed reuocato rursus impetu aliquid secretioris latebræ ad colligendum animum desiderauit: & offerente Platõe liberto suburbanũ suũ iter salariã & numẽtanã uiã circa q̃rtũ miliariũ ut erat nudo pede atq; tũicat⁹ penulã

¶ PHI ¶ Vel egypti. hæc paricula hoc in loco accipi uidet̃ p salutem ut sit sensus neronẽ si flectere nequiuisset aios romanorũ infestissimos: agitasse ut saltẽ sibi pfectura egypti concederetur: q̃ res cõparatione regni ẽ oppido q̃ pusilla. ¶ Scrinio. in quo. s. epistolæ reponũtur. seneca in ultio controuersiarũ & scriniũ in quo erant missæ ab hostibus epistolæ sustulit. hinc magister scrinii dictus. ¶ Discerpetur. laceraret̃. ¶ Stationẽ militum. ex more cohors prætoria stationem p uices agere solebat i palatio: scribit tacitus militẽ urbanum ad destituendum neronẽ arte magis & impulsu quã suo ingenio traductũ. ¶ Nihil a quoq. hoc usu subide cõpertũ est q amici cum fortuna mutant fidẽ: qui in rebus aduersis nulli repiunt: cũ in florentib⁹ cateruatim cõuolent. hic ambrosius in iii. examerõ. aius auis attuisq; nobilis insignibus amicis abũdans: stipatus clientibus repente aliqua accidẽtis periculi mole turbatur destituit̃ ab oĩbus delinqnit̃ impugnatur a pximis amicus certus ut inqt ennius i re incerta cernit̃. parantur aũt amici beneficẽtia comitate dexteritate: quorũ nulli unq̃ fuit satis. esto ergo mi Annibal sicut pfecto es. ppensus ad amicitias cõciliandas. ¶ Singulorũ. amicorũ. ¶ Vnde. a quo cubiculo. ¶ Direptis stragulis. In tumultu & rerũ pturbatõe hoc fieri solet: ut nõ solũ stragula sed tota suppelex diripiat̃ asportet̃q;. ¶ Pyxide ueneni. supra diximus neronẽ habuisse uenenũ i aurea pixide recõditum: q̃ a custodibus inter diripiendum stragula fuerat amota ex cubiculo. ¶ Spiculũ. nomen ẽ gladiatoris ut iunctum legas spiculũ myrmilonem: tanq̃ unus tantũmodo significet̃ de quo sic scribit plutarchus in galba: quare spiculũ gladiatorẽ neronis statuis dũ traherentur iubiectũ in foro pdiderũt. ¶ Percussorẽ. cuius manu ferroq; pcussus occũberet multi. n. traduntur in extrema despatione q̃siuisse pcussorem: sicut lib. i. regũ scriptũ est Saulẽ dixisse ad armigerũ suum euagina gladiũ tuũ & pcute me: ne forte ueniãt incircũcisi isti & interficiant me illudẽtes mihi. brutus quoq; dictatoris cæsaris interfector stratonẽ adhibuit: qui ensem subiecit cui moribundus icubuit ¶ Nec amicũ. s. cuius manu perire possim. addit sextus aurelius neronẽ post istud uerbum subdidisse. Dedecorose uixi turpius perea. Chilo lacedemonius amicitias inimicitiasq; ex necessitate inuicẽ cõsequi arbitrabatur. unde cũ audiuisset quendã dicentem nullũ se inimicũ habere: interrogauit an nullũ etiã amicũ haberet: tanq̃ alterũ sine altero esse nõ possit. ¶ Ad colligendũ aium. confirmandũ reficiendũq;. colligere. n. interdum est reficere & recreare. Ci. manifesto furto pturbatus ubi se collegit. ¶ Salariã uiã. salaria uia romæ estq; a sale nomen accepit. nãq; p illam sal in sabinos portari cõsueuerat. auctor pli. in. xxxi. ¶ Nomentanã. uia romana est: qua itur nomẽtũ. de nomẽto ait marcialis: si uicina tibi nomẽto rura coluntur. est aũt oppidũ in latio nõ pcul ab urbe roma. In agro nomẽtano balnea fuerũt: q̃ strabo appellat labana. Palemon grammaticus i agro nomentano uineas mercatus ẽ ferũditate pcellẽtes. De hoc suburbão liberti neroniani sic scribit eusebius i chronicis. Nero cũ a senatu quereret̃ ad penã e palatio fugiens ad quartũ urbis miliariũ i suburbano liberti sui inter salariã & nomentanã uiã seipsum interficit. ¶ Tunicatus. indutus sola tunica: quam uulgo camisiã uocant: q̃ & interula unotat̃. ¶ Penulã. uestis est. q̃ tunicæ supinduit̃: de qua alio loco plura penulis intra urbẽ frigoris cã ut senes uterent̃ pmisit alexander romanus impator cũ id uestimẽti genus itinerarium aut pluuiæ fuisset. mionas intra urbẽ penulis uti ueruit i itinere pmisit: cõmodus impator contra consuetudinẽ penulatos iussit spectatores nõ togatos ad munus gladiatorũ conuenire.

¶ M. AN. ¶ Stragulis: cubiculari apparatu. ¶ Pyxide amota: ut ne mori qdẽ liceret. ¶ Percussorẽq se ferro cõiiceret. ¶ Nec amicũ habeo nec inimicum: uocem uere miserabilẽ: miser sit necesse ẽ q neutrũ hẽat: qd uox illa apud leliũ Ciceronis declarat: quũ quidã stulte gloriaret̃ se inimicũ nullũ hre respõsũ est ergo nec amicũ necessũ est. n. hois uitã utrũq; sortiri. ¶ Salariã & nomẽtanã uiã: salaria uia: qua in sabiniã itur deq;

Magister scrinii

Cũ fortũa fides

Amici cõciliandi

Saul adhibuit pcussorem

Dedecorose uixi

Dictũ chilonis

Colligere

Salaria uia

Labana balnea

Interula

Penula itinerariũ.

Vestimẽtũ penulati

ut festo placet quia per eam sabini salem deferebant estq; salaria quoq; porta: quæ oli quirinalis mox col-lina ut Varro innuere uidetur dicta est. ¶ Nomentana uia: quia nomentum ducat.

obsoleti coloris supinduit: adoptoq; capite & an facie obtē-so sudario equū ascēdit quatuor solis cōitātib⁹. iter quos & Sporus erat; statiq; tremore terræ; & fulgure aduerso paue-factus audit ex proximis castris clamorē militum & sibi ad-uersa; & Galbæ prospa oinātiū. Etiam ex obuiis uiatoribus quēdā dicētē hi Neronē psequunt; aliū sciscitātē & qd i ur-be noui de Nerone. Equo aūt odore abiecti i uia cadaueris cōsternato detecta facie agnitus ē a quodā Missitio præto-riano & salutatus ad diuerticulū uētū ē dimissis eqs iter fru-ticeta ac uepres p harundineti semitam ægre; nec nisi strata sub pedibus ueste aduersus uillæ parietē euasit. Ibi hortante eodē Phaōte ut iterim i specū egestæ arenæ cōderet, nega-uit se uiuū sub terrā ituꝝ; ac parump cōmoratus dū cladesti-nus ad uillā itroitus pararet; aquā ex subiecta lacūa poratu-rus manu hausit. Et hæc ē: iqt neronis decocta; Deide diuul-sa sentibus penula traiectos surculos rasit: atq; quadrupes p angustias effossæ cauernæ receptus i proximā cellam decu-buit sup lectū moducella culcitra; uetere pallio strato īstru-ctū; fameq; & iteꝝ siti iterpellante panem qdem sordidum

¶ PHI. ¶ Obsoleti. sordidi & squalidi. oratius caret obsoleti sordibus tecti. Inde obsolentissi-mus uestitus ab apuleio dictus in floridis p sordidissimo & lu-gentibus accōmodo. ¶ Obtēso prætēto ante positoq;. ¶ Fulgure aduerso. tranqllus omisit id qd alii de nerone, pdiderunt. uideli-cet q olim discūbenti nerōi da-pes fulmine ictæ fuerūt; mēsaq; disiecta: & ut inqt philostrat⁹ ca-

Calix excussus manu neronis

lix manu neronis excusus est. cū i ori popl⁹ admouisset. Ex quo

Dictū apollonii

apollonii tyanei existimatio cū admiratiōe maxima facta ē: qui triduo ante suspiciēs in celū pp id pdixerat: erit magnū aliquid & ñ erit. ¶ Ex pximis castris. pro-tia castra itelligit q erant ad extre-ma urbis tecta collocata. ¶ Omi-nantiū: presagientiū atq; augurā-tium. ¶ Quendā dicentē. s. audi-uit. ¶ Ecquid. nunquid noui ex usu quotidianæ iterrogationis dictū. ¶ Equo. quo nero ueheba-tur. ¶ Consternato. cōterrito pa-uefacto conturbato. ¶ Detecta: reuelata: quam sudario cō uelauerat. ¶ Missitio: nomen est prætoriani mi-

Diuerticulum

litis. mentio quoq; fit a martiale missitii cuiusdā rauenan. ¶ Ad diuerticulū. diuerticulū est ubi iter de uia

Diuortia

flectitur. & proprie diuerticula auctore donato dicuntur in uia domicilia: ad quæ de itinere diuertendum

Fruticare

sit. seruius enarrans illud uirgilianū: ro bacīunt equites sese ad diuortia nota exposuit diuortia esse diuerti-

Vepres

cula. diuerticula aūt dixit esse semitas transuersas: q sunt a latere uiæ militaris. ¶ Fruticeta. loca plena fruti-

Veprecula

cibus: sicut senticetum uocamus locum se ntibus spinisq; refertum. fruticare uetus uerbū est & significat

Nitedula

pullulare atq; succrescere. iuuenalis. & fruticante pilo. ¶ Vepres. spinas uirgilius & hic uti secuerunt cor-

Arūdinetū

pora uepres. inde diminutiuum fit ueprecula. quo usus est cicero in oratione pro festo scribens ueprecula

Semita

¶ PHI. ¶ Ab infima plebe appellatus nero. In theatris auctore plutarcho nero salutatus fuit: & cũ qdam neronis imagines ptulisset in ppatulũ non phibuit: & ut refert Cor. ta. creditus est otho de celebrãda neronis mẽoria agitauisse spe uulgũ alliciẽdi & fuere q imagines neronis pponerẽt atq̃ ẽt quibusdã diebus populus & miles: nerõi & othõi acclamauit. Neronis cognomẽ adiecit. Ita uidelicet subscribebat marcus otho nero. ¶ Imagines imagines sunt ceręæ & pictæ: statuæ uero æneę & lapideæ. ¶ Ad eadẽ officia. q officia habuerant pcuratores libertiq̃ neronis uiuente nerone: ea amiserant galba impante. nunc ab othone ad pristinã dignitatem reuocantur. ¶ Pro potestate. p iure maiestatis ĩpatoriæ. ¶ Subscripsit. moris est principũ subscribere libellos quos pbant: in quibus notatissima est expendẽdæ pecuniæ. otho ut usquequaq̃ se neronis amicũ pfiteret: cũ primũ potuit ex auctoritate imparoria subscripsit libellum pecuniæ exoluendæ ad absoluendã aureã domũ: quã fecerat nero. Carinus impator fastidiũ subscribẽdi tantum habuisse tradit̃: ut impurũ quendã ad subscribẽdum poneret: quem obiurgabat plerũq̃ q bene suã imitaret̃ manũ. cõmodus quoq̃ impator adeo negligens tardusq̃ fuit in subscribẽdo: ut libellis una forma multis subscriberet. In epistolis aũt plurimis uale tm̃ scriberet. alias subscribere significat fauere: unde subscriptores dicti de qbus alibi plura. ¶ Ea nocte. q proxima fuit post galbæ iugulatiõem. ¶ Concursantibus. ministris & aulicis q audito gemitu repẽte accurrerunt. Itidẽ silius canit famulos accurrere solitos cũ luminibus ad annibalẽ in somnis bella gerentẽ. ¶ Piaculorũ. expiationum pcurationũue. ¶ Manes galbæ ppiciare. aĩam galbæ defuncti p sacrificia placare: sicut romul⁹ manes fratris remi ppiciauit. ¶ Deturbari. de lecto deici. ¶ Viderat. s. p quietem & in somnis. ¶ In augurando. mos erat principum: ut augurarent̃ & captato augurio res aggrederent̃. ¶ Identidẽ. frequẽter. ¶ τί γάρ. i. quid. n. mihi & longis asilis? est aũt asilus uespæ genus uulgo tabanus uocatur. græci oestrũ uocant de quo cecinit poeta. in. iii. geor. plurimus alburnũ uolitans: cui nomẽ asilo romanũ est. oestrũ grai uertẽre uocantes. plinius in. xi. aculeus inquit quibusdã in ore est ut asilo: siue tabanum dici placet: uidetur autem otho ideo murmurans dixisse: qd mihi & lõgis asilis: ut ostenderet sibi ominosum fuisse augurãti: bestiolas id genus uolitantes augurũ obturbasse. sed cũ asilus latinum nomen: sit oestrũ uero græcum: non uideo quomodo græce pnuntiauerit latinã dictionẽ. & cũ ubiq̃ p ypsilon scriptum sit uidetur potius ad asilum locum esse referendũ: tanq̃ dixerit otho: quid mihi & lõgis asylis commune est? tanq̃ dicere uellet nullũ sibi paratum esse suffugiũ: qualia asyla sunt: ad quod confugiens euadere possit: ut innuit significari uolens sibi in imperio aut uiuendum esse aut moriendum. ¶ Germanici exercitus. sincerus codex habet germanicianus exercitus: & ita legendum est. dicitur. n. germanicianus qui in germania est q̃uis romanus sit: sicut illyricianus exercitus dictus: qui romanus erat sed in illyrico morabatur. sicut urbanicianus: q erat ad urbem: q̃uis cõstaret ex alienigenis. uñ q̃ ita germanicianus a germanico differre: sicut hispaniensis ab hispano: & romaniẽsis a romano: q̃uis ista nõ semp ex regula & ex formula latinitatis usurpent̃. ¶ In uitellii uerba iurauit. primus fabius ualens e legatis promptissimus coloniã agripinensem cum equitibus legionaris ingressus imperatorem uitellium consalutauit: continuoq̃ secutæ sunt legiones exercitusq̃ superioris germaniæ: qui speciosis senatus populiq̃ relictis noĩbus atq̃ sacramento iurauit in uerba uitellii imparoris se facturũ imperata: & ita appellatus est in germania uitellius imperator.

¶ M. AN. ¶ Recusantis: Neronis appellationẽ repudiãtis. ¶ Procuratores & libertos: Neronis. ¶ Eadẽ officia: q̃ sub Nerone obiuerãt. ¶ Subscripsit: suum assẽsũ subscriptiõe testatus est. ¶ Quĩgẽties sestertium: ex publico itellige erogãdũ. ¶ Aureã domũ: quã nero magna ex pte ornarat. ¶ Ea nocte: q proxime Galbæ cædẽ secuta est. ¶ Propitiare: sacrificiis placare. ¶ In augurãdo: quũ auguria captaret. ¶ Murmurasse: murmura edidisse. ¶ Germanici exercitus: nõ germanicus ut qdã codices hñt: Tacitus auctor est duos superioris germaniæ & inferioris exercitus eodem ferme tpe in Vitelii uerba iurasse.

Otho salutatus nero

Neroni & othoni

Imagines Statuæ

Fastidium subscribẽdi in carino

Vale tm̃ in epistolis

Subscribere fauere

Asilus tabanus Oestrum.

Germanicianus Illyricianus Vrbanicianus

tendæ legatióis:q̃ doceret electũ iã principẽ quietẽ & concordiã suaderet, & tñ per ĩternuncios ac lr̃as consortem imperii generũq; se Vitelio obtulit, Verũ haud dubio bello iã ducibus & copiis quas Vitelius præmiserat appropinquantibus animum fidemq; erga prætorianorum pene internitione amplissimi ordinis expertus est; & placuerat per classiarios arma transferri remittiq; nauibus. Et quum in castris sub noctem ꝓmerentur; ĩsidias quidam suspicati tumultũ excitauerunt; repente oẽs nullo certo duce ĩ palatium cucurrerunt cædẽ senatus flagitantes; repulsisq; tribunoꝝ qui ĩhibere tentabant nõnullis & occisis sicut erant cruenti ubinam ĩperator esset requirẽtes; ꝓrupunt in tricliniũ usq; : nec nisi uiso destiterũt. Expeditionẽ aũt ĩpigre atq; etiam præprope incohauit; nulla ne religionem quidem cura: sed & motis: necdum conditis ancilibus qđ antiq̃tus ĩfaustum habcretur

Duces uitelliani nẽ stitus cecinne

Crispinus trucidatur

Tumulta ti militaris.

Sub noctẽ.

Promus

Salii ancylia gestãt in martio

¶ PHI. ¶ Electum iam principẽ. uidelicet ipsum othonem electione militari & senatus fuisse principem creatum. ¶ Cõsortem impii. tradit plutarchus othonẽ scripsisse uitellio pollicentẽ ei: si quiesceret se daturum grandes pecunias & urbẽ: ubi uitam uicturus esset quietissimã & iucundissimã. ¶ Ducibus & copiis: duces copiaꝝ uitellianaꝝ duo imprimis fuerunt fabius ualẽs: & aulus cecinna. triginta milia armatoꝝ ex superiore germania ducebat cecinna: qui in italiam descendit uersicolori sagulo & bracchis quod barbaricũ tegmen est indutus. fabius uero ualens p alpes cotias irrupit in italiam ad quadraginta milia armatoꝝ secum ducens. ¶ Pene internitione. quasi excidio. ¶ Amplissimi ordinis. i. senatorii. historia hæc est. otho crispinum misit. Qui accitet septimam decimã cohortẽ e colonia ostiensi in urbẽ romã qui cũ iussa exequens: iuberet uehicula armis onerari incipiente; nocte. aperto armamentario audacissimi milites fremere cœperunt: clamantes uenisse crispinum senatũq; res nouas tentare Arma cõtra Cæsarem non pro Cæsare capi: quo sermõe uulgato alii currus occuparunt. alii ipsum crispinũ cum duobus centurionibus obtruncarunt. oẽs uero raptis armis nudatis gladiis instructi Romam uenerunt: tanq̃ laturi suppetias othoni periclitanti: apud quẽ id tẽporis cenabant circiter octoginta senatores feminæq; primores. alii hanc occasionem existimantes idoneã interimendi senatores tanq̃ Cæsaris inimicos tumultuabant. othonẽ anxietas cepit haud secus discrimine senatus q̃ suo territũ. unde pfectos misit ad mitigandas militum iras: simulq; senatores ad cenã uocatos surgere e conuiuio iubens p posticum emisit tunc magistratus piectis insignibus senes feminæq; p tenebras diuersa latibula petiuerunt: uixq; effugere potuerunt cum iam milites impetu concitati irrumpent in cenaculum ostendi sibi othonẽ postulantes. tũc erectus otho qui discũbebat lachrimis & pcibus egre cohibuit furorem militũ: qui ĩ castra redire iussi neq; innocentes. postridie uero eius diei largitione usus est numerataq; sunt singulis militibus quina milia nummũ. ipse otho laudauit ꝑtorianos milites: q benuoli se alacresq; fuissent: postulauitq; temparamẽtum militaris fortitudinis & ergase caritatis modũ. ¶ Per classiarios: milites nauales: de quibus supra diximus. ¶ Arma transferri. huic negocio pfecerat crispinum ut arma transferentur ĩ naues: essetq; classis instructa. ¶ Sub noctem. nocte icipiente circa noctẽ. sic. n. exposuit seruius enarrans illud uirgilianum sub noctẽ cura recusat: cum. n. tempus significatur hæc ꝑpositio sub accusatiuo coheret. ita pud oratium. sub galli cantũ consultor ubi hostia pulsat. ¶ Promerentur. educerentur ex armentario: unde promus dictus: qui præest promendis e cellario cibariis. plautus: sum promus condus ꝓcurator peni. ¶ Insidias suspicati. ait Cor. tacitus nocturnum tempus in suspitionem: causam in crimen euasisse ita ut milites fremerent arguentes proditionis tribunos centurionesq; tanq̃ familiæ senatoꝝ ad pernitiem othonis armarẽtur. ¶ Nonnullis occisis resistere seditioni tribunum & seuerissimos centurionum obtruncauerunt urbem palatiumq; petẽtes quoꝝ impetus nec ipsis quidem palatii foribus coerceri potuit: quominus conuiuium irrumpẽtibus uulnerati sunt Iulius Martialis tribunus & uitellius saturninus præfectus legationis: tandem uiso othone coercitus est furor. ¶ Lamentari. consimiliter adonia sacra celebrabantur in quibus ululapides undiq; planctus & lugubris sonus audiebatur adonioꝝ mentio fit in ezechiele. ¶ In tricliniũ. i. cenationem: ubi cũ octoginta senatoribus epulabatur feminisq; primariis. ¶ Nisi uiso. othone imperatore: qui in toro recũbebat ¶ Præpropere. nimis festinanter. ¶ Motis necdum conditis ancilibus. huius rei meminit tacitus his uerbis fuere qui proficiscẽti othoni moras religionemq; nondum conditoꝝ ancilioꝝ scutum uel arma celestia afferrent: aspernatus est omnem contationem ut necoin quoq; exitiosam. erat. n. ĩfaustum inchoare expeditionem illis diebus: quibus ancilia ex sacrario mota a tripudiantibus saliis in honorem martis gestarentur: & tantisper expectandum credebatur: donec finita salia festiuitate intra sacrarium conderentur fiebat autem solemnis hic saltatus salioꝝ ancilia gestantium in mense martio: sicut historici & poete prodiderunt. de ancilibus plura alias.

¶ M. AN. ¶ Doceret: Vitelium. ¶ Per internuncios: peculiares non publice missos. ¶ Haud dubio: bello eminenti. ¶ Ducibus: tacitus cecinnam cum .xxx. milibus hominum ad occupandas alpes a Vitelio destinatum scribit: cui Plutarchus astipulatur: Ceteꝝ Fabium ualentem ad sollicitandas gallias missum ac p coccianas alpes in italiam irrumpe iussum necobiter illud pigeat admonere apud Tacitum mendose quotidianas legi pro coccianas. ¶ Amplissimi ordinis. i. senatus. octoginta. s. senatores ut Plutarchus ait q ea

nocte cum eo cœnabant.nisi auersa parte palatii clandestine fuissent uel inuito Othone a militibus tricli/nium irrumpentibus obtruncati essent. ¶ Per classiarios:Plutarchus ait Crispinum ad negocium quod/dam quum septi ma cohorte missum a militibus qui insidias suspicati sunt cum duob⁹ centurionibus cæ/sum. ¶ Nulla religionum cura.nulla religiosi aut infamis diei ratione habita. ¶ Ancilibus motis: gestari cœpus de ancilibus & tempore quo gestarentur. Ouidi.statim in principio tertii fastorum abunde multa. Cæteꝝ Liuius Dionisius Plutarchus & ipsi omnino aliqua. ¶ Condita:suo sacrario reposita.

& die quo cultores deū matris lamentari & plangere inci/piunt.Præterea aduersissimis auspiciis:nā uictimas Diti pri cæsas litauit quū tali sacrificio contraria exta potiora sint.Et primo egressu fundationibus tyberis retardatus:ad uicesi/mum et lapidem ruina ædificiorum præclusā uiam offēdit.

De cōgressu Othonis cū exercitu Vitellii & aliis gestis.

Simili temeritate q̄uis dubiū esset nemini, q̄n trahi bellū oporteret:q̄n & fame angustiis locorū urge retur hostis:q̄primū tamē decertare statuit:siue i/patiens lōgioris solicitudinis:sperāsq̄ ante Vitelii aduētū ꝓ fligari plurimum posse.siue impar militum ardori pugnam deposcentium:Nec illi⁹ pugnæ affuit, substititque brixelli.

¶ PHI. ¶ Die.hic erat mensis marcii tic.n.galli sacerdotes cy beles q̄ mater deū nuncupat᷑ fa/natici lamentabantur.simulacꝝ q̄ deæ lauabant in almone flu/uio: quæ non sacra sed sacrile/gia non lauationem sed inqui/nationem appellat Augustinus in secundo de ciuitate dei. cele/brabantur autem pompe anna/les matri deoꝝ Romæ ad sextū. cal.apriles ut docet athian⁹ Mar cellinus.& carpentum i quo ue hitur simulacꝝ cybeles almonis undis abluebatur ex solemnita/te sacrificali.Ouidius tn̄ in fastis festa matris deū celebrari solita autumat:non marcio mense sed Aprili.possumus intelligere duplicem fuisse cybeles festiuitatem alteram marcio:alteram aprile celebrari solitam.quod autem marcii fuerit hoc tempus:quo otho ab urbe profectus est contra uitellium: satis con stat testimonio Cor.taciti.& argumento ancyhoꝝ.quæ martio mense peculiariter a saliis solemni saltu cir cunferebantur. ¶ Diti patri uictimas litauit.sicut felix & faustum est litare diis superis:ita infelix. & infau stum litare plutoni.Nam qui placat plutonem cæsa uictima se cꝫ esse diis īfernis cognoscit: qui uero nō litat plutoni prosperꝝ auspicium consequitur tanq̄ sit uicturus:nec ad plutonias sedes ꝑ mortem transitu/rus.otho dum litat diti patri hoc est plutoni presagium capit futuræ mortis tanq̄ in orci proserpinæq̄ fa/milia numeratus.Dis autem deus inferoꝝ est:quia diues cum omnia recidant in terras & oriantur ex ter/ris:ut interpretatur Marcus Tullius in secundo de natura deoꝝ.sic etiam apud græcos appellatur πλό/ὕτον a quibus diuitiæ dicuntur.πλοῦτος.πλοῦτον autem.i.diuitiaꝝ dator est pluton ut scribit pla/to in cratyllo.dicitur autem iuncto uocabulo dis pater:sicut neptunus pater:saturnus pater:ianus pi con iunctæ dicuntur.& mars pater hoc est marspiter & integro uocabulo iouis pater:quod nunc elisis aut im/mutatis quibusdam litteris iupiter appellatur.scribit Cicero in oratore q̄ antiquitus diuis uocabatur:q̄ nunc dicitur dis:postq̄ placuit noīa contrahere. ¶ Inundationibus tyberis retardatus.inter cætera ꝓdigia precipuo pauore affecit subita tyberis inundatio:q̄ immenso auctu rupto ponte sublicio non mō plana ur bis loca inundauit:sed secura ab huiusmodi casu impleuit.rapti sunt e publico pleriq̄ plures ī tabernis & in cubilibus intercepti.plutarchus & tacitus auctores. ¶ Lapidē miliarium. ¶ Præclusam uiam.parati expe ditionem othoni campus marcius & uia flaminia inter belli obstructum uertebatur in omen imminentium cladium. ¶ Trahi.procrastinari & in longum duci. ¶ Quamprimum decertare statuit.Cor.tacitus ī hāc sententiam ait:otho increpita ducum segnitia rē in discrimen mitti iubebat eger mora & spei impaciens. hoc tamen non fiebat ab othone.ex precepto disciplinæ militaris:quæ ꝑcipit publicum conflictum esse ui randum nisi occasio inuitet aut necessitas urgeat:ideoq̄ emiliū paulū dicere solitum ferunt signis collatis bonum impatorem decertare nō debere:nisi summa necessitudo aut summa ei occasio data esset. ¶ Ante uitellii aduentum ꝓfligari.uitellius.ut supra dictū est:præmiserat in italiam cum copiis militaribus duos duces fabium ualentem atq̄ cecinnam. unde sꝑabat otho magnam partem belli ꝓfligari posse aduersus cecinnam atq̄ ualentē:anteq̄ ipse uitellius aduentasset:ꝓfligare aūt ut docet gellius.i.xiiii.noctium attica rum:significat ad pnitiem interitūq̄ deducere atq̄ depdere.ꝓfligatasq̄ res quasi ꝓflictas & pditas appella mus.in alio significatu ꝓfligata dixerunt absoluta & effecta:qd quis damnetur a gellio:tū repudiandū nō est cū & latinæ linguæ parens Mar.tullius ꝓfligatum dixerit ꝓ absoluto & pene confecto.sic.n.ait.i.v.que stione tusculana:atq̄ si ita est ꝓfligata iam hæc & pene ad exitū deducta q̄stio est.Cor.tacitus dixit profli/gauerat bellum cū iudeis uespasianus ꝓ eo q̄ est confecerat & pene ad exitū deduxerat.sic & bellum pro/fligatum idētidē usurpatur ab historicis. ¶ Substitit brixelli.plu.in othone ait.ipse igitur brixelli.quæ urbs italiæ circa padum sita est: subsistens copiarum duces emisit.tū marium celsum suetoniumq̄ paulinum:tū etiam gallum & spurinam claros quidem uiros:sed qui in rebus agendis minus potuerint:ut instituerant uti cogitatibus suis.pp inobedientiam audaciamq̄ militum.

¶ M.AN. ¶ Cultores:Galli sacerdotes. ¶ Deū mris:Cybeles. ¶ Lamētari & plāgere: Mar.æra celeneos lugentia matris amores:Esuriens gallus uendere sæpe solet:solebant enim plāctu & lamētatiōe galli sacer dotes ad almonem usq̄ flu.eius simulacꝝ comitari.Ouidius.Papinius in siluis:Lactantius & aurelius Au

Galli fanatici

Non lauatio sed inquinatio

Litare plutoni

Dis pater

pluto

Maspiter

Diuis dis

Ex occasione aut necessitate pugnadum

Profligate

Profligata absoluta

Bellum ꝓfligatum

gustinus uanæ illius superstitionis meminerunt. ¶ Diti patri: Plutoni cui ara in campo martio fuit. ¶ Cõtra rianon litantia. ¶ Potiora. inter meliora, ptendant. ¶ Inũdatione tyberis. Plutarchus & tyberim iundasse ait & C. cæsaris statuã sua spõte cõ uersa ad ortũ solis: & habenas signo uictoriæ i capitolio excidisse. ¶ Ae dificiorũq; quæ casu, plapsa uiã occluserant. ¶ Trahi bellum oportere: nullã hostibus fieri pugnãdi copiam. ¶ Profligari: cõfici Liuius mitteret ad collegã qui iã bellũ pfligatũ haberet: utitur ille hoc uerbo sepius: quo magis mireris Gelliũ ut nouũ & parũ usitatũ non pbare. ¶ Imparinõ tam ut militibus poscẽtibus pugnã posset obsistere. ¶ illisq; quæ primo commissa est. ¶ Brixelli. est id oppidũ cisalpinæ galliæ circa padum.

Et tribus qdẽ uerũ mediocribus præliis apud alpes circaq; placẽtiã & ad Castoris qd loco nomẽ est uicit: nouissimoq; maximo apud bebryacũ fraude supatus est: quũ spe collo quii facta quasi ad cõditionẽ pacis militibus eductis ex ipro uiso atq; in ipa cõsultatione dimicandum fuisset: ac stati mo riendi impetum cœpit. ut multi nec frustra opinãtur magis pudore: ne tãto rerũ hoĩumq; periculo dominationem sibi asserere pseuerarat: q̃ despatõe ulla: aut diffidẽtia copiarum. Quippe residuis ĩtegrisq; ẽt nũc q̃s secũ ad sc̃dos casus deti nuerat: & supuenictib⁹ aliis e Dalmatia Pãnõiaq; & messia

¶ PHI. ¶ Tribus plus. paulus orosius in hanc sniam sic scribit de othone loquens. bellũ ciuile molitus tribus primũ leuibus p̃liis: hoc est uno apud alpes: alio circa placentiã: tertio circa locũ quem castoris uocãt contra ui tellianos duces congressus: ui ctor extitisset. q̃rto apud bebria cum p̃lio cum iã aduertisset suos uinci sese interfecit. ¶ Apud al pes. maritias alpes tenebat mari us. qui acerte othonianos inten dit sed primo impetu cesi sũt di siectiq; montanitatiq; eo pre lio othoniani milites uerterunt iras in municipiũ Albitemeliũ cum in acie nihil pdæ cepisset. ¶ Circa pla centiam. spurina dux othonianus placentiã obtinebat: quam cecinna uitellianus oppugnare contẽdit. uñ de exorto certamine: quam temere cepe; a traiecto rursus pado cremonam petit. in hoc apud placenti am certamine pulcherrimum amphitheatri opus situm extra muros conflagrauit. ¶ Et ad castoris. Cor. tacitus ad duodecimũ a cremona lapidẽ locum esse ait: quẽ ipse non castoris uocat sed castrorũ: ubi uitella ni a suetonio paulino & mario celso ducibus othonianis in insidias precipitati sunt: cõstatq; deleri potuis se cecinnam cum uniuerso exercitu uitelliano: nisi suetonius paulinus receptui cecinisset. ¶ Nouissimo maximoq;. hoc quartum p̃lium est quo othoniani pfligati fuerunt non tã uirtute hostium quam fraude.

Conflagratio theatri placentini

Bebriacus uicus

¶ Apud brachiũ. inter ueronam cremonamq; situs est uicus bebriachum: quem Cor. tacitus ait duabus romãis cladibus notum infaustumq; esse. plut. bebriacum inquit oppidum est prope cremonã: quo cum otho uenis set de pugna consultauit. de hoc iuuenalis. bebriaci in campo spolium affectare palati. ¶ Cũ spe colloquii facta. dum othoniani in procinctu sunt ad certamen ineundum: rumor dispsus est uitellianum exercitum desciuisse a uitellio: qua pp omisso pugnæ ardore othoniani ultro uitellianos salutauerunt: commilitões q; appellauerunt. fecit hec res metũ proditionis apud ignaros plerosq;: quæ causa salutãdi fuisset. tunc icu bunt hostium acies robore & numero pstantior. othoniani q̃q̃ dispsi ac pauciores forent tamen plurum acri ter sumpserunt. cominus eminusq; uiritim concurrebatur. eãdem uictoria fuit penes uitellianos. othonia ni uicti passim fugere cepũt. ¶ Cõsultatiõe. corrige cõsalutatione: dum. n. othoniani cõsalutant uitellianos & cõmilitones appellant: tunc uitelliani acriter incubuerunt inuaseruntq; othonianos. ¶ Stati. audita suo rum strage. cũ profugi e prælio pditas res patefecissent. non. n. interfuit ipse certamini. ¶ Magis pudore. hu ic opinioni astipulatur plutarchus scribens othonem anteq̃ mortẽ sibi consciscere dixisse ad cõmilitões: uictoriæ ciuilis bonum patriæ malum est: mihi credite: non malo q̃ imperare. haud. n. uideo cui tãto emo lumento romanis futurus sim ubi uicero: quanto si me ipsum dedero, p pace atq; concordia & ne rursus talem diem uideat italia. ¶ Quippe residuis integrisq;. cũ othone bebriaci remanserat magna militum co pia adhuc integra & intacta clade. Cor. tacitus. prætorianus miles non uirtute se sed proditione uictum fre mebat: superesse adhuc cum ipso othone quicquid militum transpaduni forent: uenire mesicas legiões. ma gnam exercitus partem bebriaci remansisse. hos certe nondũ uictos: & si ita ferrent honestius in acie peri turos. ¶ Ad secundos casus. noluit otho primo discrimini ca[s]uiq; bellico committere copias oĩs. sed partẽ militum sibi reseruauerat ad fortunam bellicam: casumq; tentandum: si primo conflictu fuisset profligatus. ¶ E dalmacia pannonia & mesia. plocius firmus prætorii pfectus dum orat othonem ne aduersæ fortũæ succumbebat: præmissi e mesia nunciabant exercitus aduentare legionesq; iam iter ingressas. & ipse otho anteq̃ semetipsum interimeret: palam dixit: scio uictoriam esse hostibus neq; firmam neq; ualidam. anun ciatur nostras e mesia uires non procul abesse. asia & syria & egyptus & qui cum in deis bellum gerunt no biscum sunt. senatus & hostium filii atq; uxores penes nos sunt. præterea ut plutarchus ait: multi nuncia bant pannonios & dalmaticos & mesiæ exercitus impatorem othonem elegisse. appellatur autem mœsia prouintia: quæ iungitur pannoniæ ad pontum usq; cum danubio concurrens. in ea sũt dardani mesi & tri bali pontoq; pontoq; contermini scythæ.

Victoriæ ciuilis bonũ patriæ malũ

Mesia

¶ M. AN. ¶ Tribus præliis uno præter placentiæ mœnia: Altero inter cremonã & placentiam: tertio in cã pis bebriaci: duobus superioribus ab othonianis prospere depugnatis ultimo euentu pene dubio: quum ab initio hostem fudissent inde ipsi uicti sint. ¶ Castoris: locus is inter cremonam & placentiam. ubi alte ro ab othonianis prælio prospere fuerat pugnatum. ¶ Bebriacum. est id oppidũ in cremonẽsi agro. ¶ Cũ

spe colloquii. Plutarchus auctor est othonianos prima acie stantes amice a uitellianis compellatos atque quodam modo ortam inter milites colloquii quandam speciem: quo acciditut duæ tantū legiones eo die con fluxerint Vitelii una quæ rapax dicebatur & othonis altera quæ auxiliatrix. ¶ Residuis copiis. ¶ Ad secū dos casus: magis necessarios: sunt. n. secundi casus qui pendent ex necessitate quam primus casus nobis im posuit. ¶ E dalmatia pandonia & mesia: Plutarchus ali i pannonios Dalmaticos & misiæ exercitus una cū ducibus Othonem elegisse nunciabant,

ne uictis quidem adeo afflictis ut non in ultionem ignomi-niæ quiduis discriminis ultro & uel solæ subirēt.

De detestatōe ei⁹ ciuiliū bellorū & ultima dispositiōe ipsius.

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiæ deciæ legiōis tribūus Augusti Clauius. Iste mox referre crebro solebat Othonē ēt priuatū usq̄ adeo detestatū ciuilia bella: ut memorāte quodā īter epu las de Cassii Brutiq̄ exitu cohorruerit; nec cōcursurum cū Galba fuisse: nisi cōfideret sine bello rē transigi posse. Tunc ad despiciendā uitā exēplo manipularis militis concitatū: q quū cladē exercitus nūciaret nec cuiq̄ fidē faceret; ac nunc mēdaciis, nunc timoris quasi fugisset ex acie argueret, gla dio añ pedes eius incubuerit. hoc uiso ,pclamasse eū aiebat: nō amplius se in periculū tales tāq̄ bene meritos cōiectur.

¶ PHI. ¶ Ne uictis quidē adeo afflictis. cū uictæ othonis copiæ non ita ex clade afflictæ essēt: ut nequirent caput releuare. mili-tum ardor ut ait tacitus bonum habere animum iubebat otho-nem: adhuc nouas uires & ipsos extrema passuros ausurosq̄ fla-gitabant ire in aciem furore quo dam & instinctu genua othonis prensantes. precabantur ne ipsos desereret: ne ue hostibus prode ret. ¶ Quid uis discriminis. qd-cunq̄ periculum. ¶ Vel sole. si-ne auxilio earū copiarū quæ inte græ erant nec interfuerunt ,plio behriacensi. ¶ Suetonius lenis. pater cognominatus est lenis cū filius dictus sit tranq̄ll⁹ cognomē to cōsimili. noli existiēs hunc eē suetoniū paulinum: inter duces

Pr̄ suetonii

othōianos clarissimū quē cōtatorē natura fuisse mēorat tacit⁹ ille. n. fuit dux copiarū cū pr̄ tranq̄lli fuerit tribu nus. tribuni autem obtemperant legato qui sub imperio ducis est. ¶ Augusti clauius. nomen ē officii: sed cuius ambigitur. ego existimo clauium a tranquillo appellari patrem suum ab eo q̄ præfectus fuerit do-natiuo imperatorio inter milites dispartiendo: & ut pedibus uadam in hanc sententiam: suadet auctoritas Cor. taciti qui scribit cladarium donatiui nomen esse. uerba taciti hæc sunt ad hanc sententiam pertinen-tia. seditiosæ militum uoces terrebant clauatium: donatiui nomen est. flagitātium nec pecuniā aut frumē-tum prouiderant: & festinatio atq̄ auiditas præpediebant. possumus etiam nō inepte Augusti Clauium interpretari senatorem ab imperatore factum. nam quēadmodum latus clauus dicitur uestis senatoria: ita clauus dici potest. quod ,pbat Nasonis carmen. curia restabat: claui mensura coacta est. ubi clauus haud dubie senatoria dignitas nuncupatur. igitur nil prohibet ita a clauo clauium inclinare & accipere pro sena tore: quemadmodum a lato clauo laticlauius senator nuncupatur: prior sñia magis placet. namq̄ & apud marcellinum mentio fit de eo. qui ,ppositus erat largitionibus imperatoris: quē uocat comitē largitiōem: q a clauo uel claue hoc nomen putant inclinari: tāq̄ clauam imperatoris præferret uel clauibus præesset: fal-lunt̄ur: cum tale officium sit sordidissimum: nec tranquillus sordibus paternis fuisset gloriatus. De-honestamenta. n. patris haud dubie maluisset dissimulare q̄ ,pdicare. Tales aūt clauicularios dici uoluerunt quos nasci existimat maternus si luna se cum sole mercurio saturno & marte aliqua radiatione cōiunxerit a clauicula: quæ uirgam significat & clauem clauicularius dictus: sed in his & ferme in omnibus opus ē ac-certimo iuditio: quo nihil est in eruditione prestantius. ¶ Detestatum ciuilia bella. uerba othonis ad hāc sententiam pertinentia sunt hæc apud plutarchum: sed neq̄ aduersus annibalem neq̄ aduersus pyrrhum neq̄ aduersus cymbros bellū ē ,p italia: sed cū rōanis bellū gerētes ābo patriā & uincētes & uicti iīuria affici unā uictoriæ bonū ,ptñ malū est. ¶ Detestatū. execratū. ¶ Cassii brutiq̄ exitu. qualis fuerit exitus Bruti & Cassii tyrannicidarū: plutarchus & apianus cæteriq̄ historici prodiderunt: & nos supra memorauimus. ¶ Corruerit: subitaria consternatione ceciderit: uel cohorruerit horrore subito fuerit implicitus: tanquā a cohorresco dictum sit. ¶ Tūc post cladem bebriacēsem. ¶ Despiciendam. contemnendam. ¶ Concita-tum: zeugma est a superiori. reperendum. n. est: pater referre solebat. ¶ Exemplo manipularis militis. scri-bit plutarchus unum ex obscurioribus militibus sustulisse ensem: qui cum dixisset: scito Cæsar sic oēs esse pro te instructos: sei psum iugulauit. ¶ Nunc mendacii argueretur. accusaretur culparetur q̄ mēdax nū cius foret & fraudulentus: cum nuntius non uanidicus esse debet: sed ueridicus. propertius. oīs. n. debet sine uano nuntius esse. ¶ Aiebat. s. pater meus. ¶ Non amplius se in periculum: ait otho apud tacitū. hūc animum: uirtutem uestrā hanc ultro periculis obiicere nimis grande meæ uitæ pretium puto. addit plut. othonem dixisse o commilitones hunc diem illo duco beatiorem: quo me fecistis imperatorem. cum uos tales inuenio & talibus sum dignis existimatus.

Augusti clauius

Clauatiū quid

Claui men sura coacta est

Clauicula-rius

Iuditio ni hil ,pstanti⁹

Fides mili tis othoñi Nūtius nō uāidic⁹ sed ueridicus

¶ M. AN. ¶ Ne uictis qdē copiis ipsis supueniētibus. ¶ Vel sole. sine iis ēt quæ ī italia circa othonem erāt ¶ Pater meus Sueto. Suetonii paulini Plut. ī othone sæpe meminit eiusdē & tacitus: sed paulinū nō lenē ut qdā tradūt cognomiauit: quare uide ne diuersus hic ab eo fuerit. ¶ Clauius: offici nomē sed a clana ne

ante clauo in dubiũ uenire põt. ¶ Augusti. ¶ Si ad octauiũ Augustũ id referas ætas uix comp etet:ut sub Othone tribunus adhuc esset:uel si ita accidit certe iã grandẽ natu tũc esse oportuit. ¶ Priuatũ:nondũ imperatorem. ¶ Corruerit:repente conciderit atrocissime rei admonitus. ¶ Nec concursus.pater repete solebat referre. ¶ Cum Galba:cui imperium & uitam ademerat. ¶ Transigi.confici. ¶ Quasi fugisset ex acie argueret:uelut desertor ignauiæ:& pauoris corripetur. Plutarchus autem inter hortatões militũ ex obscurio ribus quendã sustulisse ensem ac dixisse scito Cæsar sic esse oẽs pro te instructos.seq; ipsum iugulauit.

Fratrem igitur fratrisq; filiũ:& singulos amicoꝝ cohortatus ut sibi quisq̃ pro facultate consuleret ab amplexu & osculo suo dimisit oẽs. Secretoq; captato binos codicillos exarauit ad sororem cõsolatorios:sed ad Messalinã Neronis:quã matrimonio destinauerat commẽdans reliquias suas & memoriam. Quicquid deinde epistolaꝝ erat:ne cui piculo aut noxiæ apud uictorem forent concremauit:diuisit,& pecunias domesticis ex copia præsenti.

De morte & funere eius.

At q; ita paratus intẽtusq; iã morti tumultu iter moras exorto ut eos qui discedere & abire cœptabãt corripi quasi desertores detineriq; sensit. Adiiciamus inquit uitæ & hanc noctem iis ipsis totidemq; uerbis uetuitq; uim cuiq̃ fieri,& in serũ usq; patẽte cubiculo si quis adire uellet ptãtem sui præbuit. Post hæc sedata siti gelidæ aquæ potione arripuit duos pugiões:& explorata utriusq; acie quũ alterũ puluino subdidisset foribus adopertis artissimo somno quieuit. Et circa lucẽ demũ expgefactus uno se traiecit ictu

¶ PHI. ¶ Fratrem. saluiũ titianum:cui profectus ab urbe curam imperii permisit.penes eũdem uoluit esse honorem militaris imperii:qui ex clade bebriacensi effugit usus beneficio noctis. ¶ Fratrisq; filium:plutarch' accersitum fratris filium cocceiũ adhuc adolescentem ut auderet neq; timeret uitellium est,hortatus & ut matrem & domũ & uxorem ipse tanq̃ pprios curãs tueretur.tacitus eũ uocat saluium cocceianum:quem ait prima iuuenta trepidum fuisse:quem otho monuit ut erecto animo capesceret uitam:neu patruũ suũ othonem fuisse aut obliuisceret' unq̃ aut nimiũ meminisset. ¶ Dimisit oẽs.ait tacitus iussisse othonẽ dari naues ac uehicula amicis abeuntibus pecuniasq; distribuisse.ita dimotis oĩbus paulũ requieuit. ¶ Codicillos. tabellas pugilares:de quibus satis supra.

Exarauit

¶ Exarauit.scripsit.q.n.stilo scribit in codicillis:is quasi sulcos instar aratoris ducere uidetur. Mar. Tullius in epistola ad cornificium. hæc cum essem in senatu exaraui. ¶ Sororem.quæ nupserat druso germanici filio. ¶ Ad messalinam neronis.s.exarauit codicillos commendaticios.in nerone traditum ẽ quemadmodum statiliam messalinam habuit uxorem:qua ut potiretur uiꝝ eius nestinum consulem trucidauit. ¶ Quicquid epistolaꝝ erat. Cor. tacitus.libellos epistolasq; studio erga se aut in uitellium contumeliis insignes abolet. ¶ Noxæ. damno alias culpæ. ¶ Apud uictorem.uitellium. ¶ Ex copia præsenti.plutarchus refert othonem ad loculos accessisse uocatisque domesticis pecunias suas distribuisse:huic plures.aliis pauciores non tanquam de alienis prodigum.sed pro dignitate cuiusque moderate diligenterque dispartientem. ¶ Tumultu exorto. dimotis omnibus cum paululum requiesceret supremasq; iam curas animo uolutaret:repentino tumultu auersus est nuntiata consternatione ac licentia militum:qui senatoribus abeuntibus exitium minitabantur.si abscessissent imperatorem deserentes & non mansissent:fore ut eos iugularent.igitur otho uiris illis metuens uenit in conspectum militum increpitisq; seditionis auctoribus uacauit abeuntium alloqis donec oẽs inuiolati digrederentur. ¶ Corripi.a militibus. ¶ Quasi desertores.tanq̃ imperatorem othonem abitu suo desererent. ¶ His ipsis uerbis.sũt.n.illa othonis uerba.adiiciamus uitæ:& hanc noctem. ¶ In serũ.in serotinum diei iam uesperascẽtis. ¶ Sedata siti.tacitus uesperascente die sitim die haustu gelidæ aquæ sedauit. ¶ Explorata acie.prætentato mucrone utriusq; pugionis:ut eo uteret' qui magis foret penetrabilis & cuspidatus. ¶ Puluino subdidisset.tacitus:tum allatis pugionibus cũ utrunq; pertemptasset alteꝝ capiti subdidit:noctem quietãneq; affirmauit non insomnẽ egit. ¶ Adopnis.clausis qd si legas adaptis.significabit patefactis tanq̃ patente cubiculo quieuerit. ¶ Arctissimo.pfundo & alto somno.ita ut cubicularii sentirẽt illum grauiter dormientẽ. ¶ Vno se traiecit ictu.ait tacitus luce prima othonẽ in ferꝝ pectore incubuisse.

Mors othonis

prius tamen auctore plutarcho libertum uocauit.imperans ut iquireret quid senatores agerẽt:& cũ accepisset eos incolumes abiisse:uade igitur inquit & tu:teq; ipsum ostende militibus:si nõ uis ab ipsis trucidari:tãq̃ meæ mortis adiutor.illo aũt egresso incubuit pugioni:quem ambabus manibus firmum tenebat.& cum corruisset semel tantum suspirauit.ad gemitum morientis ingressi liberti seruiq; & plotius firmus prætorii præfectus unum uulnus inuenere.

¶ M.AN. ¶ Fratrẽ:Saluiũ titianũ. Tacitus Saluius inqt titianus othõis frater nullũ discrimẽ adiit. ¶ Fris filiũ:cocceiũ hunc Plut. noiat. fris ait filiũ cocceiũ adhuc adolescentẽ. ¶ Dimisit:abire iussit. ¶ Binos codicillos:binas lr̃as:libellos:epistolas. ¶ Cõsolatorios:cõsolationẽ de morte sua cõtinẽtes. ¶ Messalinã Neronis:q̃ fuerat Neronis uxor.sic Maro.Hectoris andromache pyrrhi cõnubia seruas: Nero nouissimã omnium statiliã messalinã duxit uxorẽ.quã poppeæ supduxit:Tacitus & tranquillus sunt auctores. ¶ Victorem:Vi

rehum. ¶ Ex copia præsenti: quæ tunc aderat. ¶ Corripia mihibus. ¶ Vim cuiq̃ fieri .i. quenq̃ ui retrahi aut inuitum detineri. ¶ Explorata: tentata. ¶ Adapertis: patentibus.

infra leuam papillam. Irrupentibusq; ad primum gemitum modo cælans mõ detegens plagam exanimatus est & apud uelitemam (ita præceperat) funeratus. xxx. & octauo ætatis anno & nonagesimo & quinto imperii die.

De statura & cultu corpis eius: & aliis gestis eius.

Tanto Othonis aio nequaq̃ corpis aut hitus conpetiit: Fuisse .n. tradit̃ & modicæ staturæ: & male pedat9, caluusq;: mũditiaꝝ uero pene muliebriũ. Vulso corpore: galericulo capiti pp raritatẽ capilloꝝ adaptato. & annexo; ut nemo dignosceret: quin & faciẽ quotidie rasitare:

¶ PHI. ¶ Infra leuam papillam ictu letifero. Nã cor cum cæteris aialibus in medio pectore sit: homini tantũ infra leuã papillã tue binato mucrõe i priora emmẽs solum hoc uiscꝝ lesum mortẽ illico affert. in corde .n. uitalitas pcipua est: a quo uenæ nerui sanguis uelut a fonte principiũ hñt ut auctor ẽ aristoteles. quamuis aristotelicæ sniæ gallenus & quidam medicoꝝ refragentur. dixit Auicena Aristotelẽ secutus: qd oium uirtutum radix ẽ cor: & oĩbus aliis mẽbris suas tribuit uirtutes quibus nutriũtur & uiuunt. papille aũt proprie sunt capitula mammaꝝ ab eo dictæ: qd populaꝝ sint similes. papulas aũt uocamus pustulas & tubercula minuta rotunda: qbus cutis exasperatur & rubet leuiterq; roditur: quaꝝ duo sunt genera: sicut docet celsus in .v. seruius enarrans illud maronianũ: ardentes papulæ. exposuit carbunculos significari. ¶ Exanimatus. extinctus alias prurbatus. ¶ Apud uelitern̄ funeratus. funus othonis maturatũ ẽ: id .n. ipse pcibus petierat: timens ne amputaretur caput ludibrio futuꝝ. sepulchrum aũt extructum est modicũ & mansuꝝ: quod plutarchus ait fuisse nõ apud uelitemam uicũ. sed brixelli: seq; id uidisse cũ tali inscriptione. marci othonis. uelitemæ: quod uici nomẽ est: nulla mentio fit neq; a tacito neq; a plutarcho. ¶ xxx. & .viii. ætatis anno. sextus aurelius Cotta. & plutarchus uno anno minus othonem uixisse, pdiderunt. dicunt .n. septimo & trigesimo ætatis anno ipsum obiisse. ¶ Competit. dicitur corpus aio competere quando generoso aio & magno corpori membratura proportioq; respõdet ut animus corpore & corpus tali aio dignũ uideatur. ¶ Male pedatus. distortis pedibus sicut a manu manuleatus ita a pede pedatus deriuat̃. unde & aduerbiũ pedatim iclinatũ est: quo utit̃ plinius: q ait in .xi. leontũ & camelus pedatĩ igrediunt̃ hoc ẽ ut sinister pes nõ transeat dextꝝ sed subsequat̃. pedes hominũ maximi sunt feminis tenuiores. uola hoi non solum in manibus est sed ẽt in pedibus: unde & hinc cognomia inuenta planci: plauti: scauri: pansæ. ut aũt in transcursu plinianas dictiones enarremus: planci appellãtur qui supra modũ pedibus plani sunt: sicut & planæ tabulæ plancæ noiantur. plauti uero: qui & ploti dicuntur: sunt planis pedibus. uñ & poeta comicoꝝ lepidissimus a planiciæ pedũ primo plotus postea plautus ẽ dictus: soleas quoq; qbus utebant̃ in uenando. quo planius pedẽ poneret semplocia appellabãt. scauri appellantur qui extãtes talos hñt: pansæ uero dñr quoꝝ pedes lincuti sũt. a uerbo pãdo qd significat recuruo atq; reflecto. plinius in .xvi. at populus contra oia inferiora pandit̃: facile pandit̃ iugulans. hinc a uictruuio arbores pãdatæ elegãter dictæ: q in ædificiis curuantur. ¶ Mundiciaꝝ muliebrũ. ait matius apud salustiũ mundicias mulieribus uiris laborẽ conuenire. si iupiter fuerit dñs genituræ facit amatores mũdiciarum & qui nascent̃ orientibus pleiadibus stellis erunt mũdiciaꝝ muliebriũ unguentis oblitis crinibus anulatis polita fronte nitidi: molliter ambulantes. ¶ Vestigia suspendent. deniq; peruenit tale: qd uiri nati sint. nomine aũt mundiciaꝝ muliebriũ subintelligimus ẽt contineri speculũ illud: quod othoi ĩprimis pbro datũ est de quo ait sidonius apollinaris eleganter. post speculi manis põpã: quo se ille uidebat hic turpis q pulcher Otho. ex quo illud uulgatissimũ. Tener speculũ patici gestamẽ Othonis: seneca quoq; in uniuersum castigans mollinã effœminatoꝝ: sic ait in primo qstionum: ut qcquid mundus muliebris uocabat̃ sarcinæ uiriles sint: minus dico ẽt militares. iã speculum ornatus tm̃ causa adhibetur: nulli nõ uitio muliebrario necessarium factũ est. cũ hac senecæ snia quadrat illud satyrographi. speculum ciuilis sarcina belli. ¶ Vulso. depilato & glabriore facto specimẽ effœminati hois est uellere pilos: ut glaber mollisq; sit in feminã reformatus: sicut supra dictũ est. ¶ Galericulo. supius annotauimus galericulum esse adulterinã comã: quando ex alienis capillis instar galeri coma compingitur & capiti ita graphice ac diligẽter annectit̃ aptaturq; ut a uero coma internosci non queat. Scribit elegãter iulius firmicus in .viii. matheseos: quo dilli q pleiadas hñt in horoscopo: alienis crinibus pulchritudinem mentiunt̃ & demptis pilis corpus in feminã trasferũt. ¶ Quotidie rasitare. In hoc imitatus est otho aphricanum scipionẽ qui primus oium radi quotidie instituit.

¶ M. AN. ¶ Exanimatus est: extinctus. ¶ Apud uelitern̄. Plutarchus ait. brixelli ubi se occiderat Othonis sepulchꝝ se uidisse cum hac inscriptione. M. Othonis. L. & octauo ætatis anno: oia Tranquilli exẽplaria quæ ad manum puenere sic hñt: quæ lectio ut mendosa non solũ auctoritate: sed rõne etiã refellit̃: Plutarchus auctor est: Othonẽ septimo ac tricesimo ætatis anno perisse: qd uerissimũ esse ipsa tempoꝝ rõ demonstrat constat illũ luxuria & turpitudine uitæ: & ut quidã ẽt tradũt mutuo stupro Neroni cõciliatum. quod flagitium non nisi inter æquales solet cadere: Cæteꝝ Nero tricesimo atq; altero uitæ anno piit othone anno quidem post eius mortẽ circunacto quod si tam pueñe Otho fuisset ætatis nõ uideo qua rõne illi cũ Nerone in uita conuenire potuisset octauo igitur & tricesimo: ut pprius Plutarchi testimonio accedat̃ non quiquagesimo legendum. ¶ Tanto othonis aio. Mar. Nunquit maior othone fuit. ¶ Cõpetiit: congruens fuit.

In corde uitalitas & fons uitæ

Cor radix uirtutum

Papillæ

Papulæ

Inscriptio sepulchri

Corp9 aio competere

Pedatim

Vola in pedibus

Planci. qui

Plancæ

Plauti

Plautus

plocus

Scauri

Pansæ

Arbores pandatæ

Horoscop9 amatoris mũditiaꝝ

Speculũ othonis

Vulsus

Galericulũ fieri ex alienis capillis

¶Male pedatus: pedibus & cruribus infirmis. pes. n. dicitur quicqd est a femore ad calcē: est ad hæc & stā di fundamentū pes. iccirco in ædificiis area pes magnus appellatur: & qui negocium instituit pedem posuisse quasi fundamentum fecisse dicitur: est pes ēt mensura quæ ex. xvi. constat digitis est & funis quo uelum nauale tenditur: Ver. Vna oēs fecere pedem. ¶Vulso: deglabrato depilato. ¶Galericulo: alienis comis in speciem galeri circa caput cōpactis. Mart. Fiunt absentes & tibi Galba comæ. ¶Annexo, coaptato: ac pane madido. ii. & præssum in facie digitis extendere panem.

ac pane madido linire consuetum; idq; instituisse a prima lanugine ne barbatus unq̄ esset: sacra ēt Isidis sæpe in lintrea religiosaq; ueste propalam celebrasse: per quæ factum putem ut mors eius minime congruens uitæ maiori miraculo fuerit. Multi præsentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes iacentis exosculati fortissimum uirum unicum imperatorem prædicantes ibidem statim nec procul a rogo uim suæ uitæ attulerint. Multi & absentiū accepto nuncio præ dolore armis inter se ad internitionē concurrerunt. Deniq; magna pars hoīum incolumen grauissime detestata mortuum laudibus tulit, ut uulgo iactatū sit; etiā Galbā ab eo nō rā dominandi q̄ Reip. ac libertatis restituendæ cā interemptū.

¶PHI. ¶Pane madido linire. hanc othōis mollitiem taxauit poeta Satyricus illo uersu: Et pssum in facie digitis extēdere panem: nō expressit quo succo madidus foret panis ille: quo faciē otho linebat. Possumus intelligere de lacte asinio: quo cutē in facie erugari & tenerescere & cādorem custodiri putant. pōt referri ad psilotra: quæ multifaria sunt. & cum quædam fiāt ex sanguine piscium ut thynnorū & ranarū sanie: merito panis madib' talibus medicamētis illinebatur ad pilos cohibendos: & cum in omni psilotro uellēdi prius sint pili. ut plinius noster pdidit i tri gesimo secundo. merito otho prius rasitabat faciem mox illinebat pane madido psilotri medicamie.

Lac asininū

Psilotra

Lintea uestis sacerdotalis

¶In lintea ueste. linteā uestem: quæ & byssina dicitur: sacerdotalem esse & religioni accommodam affatim explicauimus in supioribus. uñ linigeri dicti sacerdotes isiaci. Otho ueluti unus ex isiacis hoc ē sacerdotibus isidis celebrauit sacra deæ isidis linteatus & liniger. Cōmodum quoq; imperatorem ferunt sacra isidis coluisse ita ut caput raderet & anubim portaret. de cerimoniis isidis non neglīgēter scripsimus in ppertii cōmentariis. ¶Minime congruens uitæ. Cū uita othonis fuerit delicata & pene feminea: mors uero romana & uirilis. minime inter se congruebant mors. n. congruit uitæ: quando uitam laudabiliter actam & fortiter mors generosa subsequitur. ait tacitus tantūdem apud posteros meruisse othonem bonæ famæ quātum malæ. ¶Manus ac pedes exosculati. Cornelius tacitus tulerunt corpus prætoriæ cohortes cum laudibus & lachrymis uulnus manusq; eius exosculantes: quidam militum interfecere sese non noxa neque ob metum sed emulatione decoris & caritate principis. ¶Multi & absentiū. ait idem tacitus & bebriaci & placentiæ aliisq; in castris celebratū promiscue id genus mortis ab othonianis. ut semet ipsos interficerent.

Ex caritate se interficiebant

Internecinum

¶Ad interminonem: ad excidium & mortem. Liuius in nono. lucerini ac samnites ad internitionem cesi. internecinum extra'e significat. Plinius. habet deinde internecinum bellum cum Ichneumone. ¶Incolumen: grauissime detestata. Qui uitam othonis uituperauerant hidem mortem laudauerunt. nam cum uixisset ut ait plut. nihilo modestius Nerone: mortem dedit nobiliorem. at milites othoniani uix difficulterq; iurarunt in uerba Vitelii. Et uenia impetrata sese cecinæ duci uitelliano dediderūt. ¶Laudibus tulit. Præconio laudationis extulit celebrauitq;. hinc plane exiit illud epigrammatarii: Sic cato dū uiuit sane uel cæsare maior: Dum moritur nunquid maior Othone fuit.

¶M. AN. ¶Lintea: linteis uestibus isidis sacerdotes utebātur. Ouidius: Ne fugæ linigeræ mēphiticatem pla iuuencæ. Mar. Linigeri fugiunt calui sistrataq; turba. Pli. Vestes ipsas xilina uocant. ¶Mors: quæ fortē & constantem decere potuit uiq;. Mar. Quum moritur nūquid maior Othone fuit. ¶Vitæ: quæ mollissima fuit. ¶Vim suæ uitæ: sibi mortem consciuere. ¶Incolumen. Othonem. ¶Laudibus tulit: laudibus celebrauit. Plut. Neq; inquit pauciores reliquit qui mortem laudarent q̄ qui uitam uituperarent: quo apparet utrunq; alteri obstetisse. ut uerissimum sit illud Ciceronis: Pro Quintio mors honesta sæpe uitā quoq; turpem exornat. uita turpis ne morti quidem honestæ reliquit locum.

C. SVETONII TRANQ VILLI LIBER NONVS. AVLVS VITELIVS IMPERATOR.

De stirpe & origine uireliorum.

Viteliorum originem alii aliam & quidem diuersissimam tradunt; partim ueterem & nobilem; partim

Viteliorum originem. Si moribus hoīum congruētes ppositure darent: sane uitelli' non ipator romanorū creari merebat' sed pfectus popinarū: q̄ sūmū bonū i crapula & uoluptate cibaria collocauerat. cuius deus erat uēter: qui ut inquit eleganter Egesippus: si diutius uixisset: luxuriæ sumptibus & pretio mensarum romani imperii opes obliguriisset. Fabius cognominatus fuit gurges a deuorato patrimonio. hic non solum gurges sed & uorago & charybdis romani imperii dici potest: qui inter ganeones gulonesque eminentissimus abdomini natus, helluo

Venter deus uitellii

Fabi' gurges

Vorago abdomini natus

baturi tanq̃ popinarii esset in perare. cum econtrario nihil minus deceat pricipē q̃ helluatio & popinatio: uit a Salomone scriptū ē sciēter ĩ ecclesiaste ue nbi terra: cuius pricipes mane comedūt: beata terra cuius pri cipes uescūt ĩ tēpore suo ad refectionē nō ad luxuriā. ue quā dedecorosa fuit Vitelii uita tā defamatus fuit obitus hic nobis normā ē & exēplar: ut uitemus luxū efferuescētē & gulā ĩ ordinē redigamus: sed iā iterptā mēti uitelii auspicemur: q ortus familia nobili ē si credimus sexto aurelio: de quo tacitus scribit hæc. Vitellius cōsulatū sacerdotia nomē locūq; iter primores nulla sua idustria: sed patris cūcta claritudie adeptus est: principatum ei detulere: qui ipsum non nonerant. studia exercitus raro cuiq bonis artibus quæsita: perīde affuere q huic per ignauiam: inerat tamen simplicitas ac liberalitas: quæ nisi adsit modus in exitium uertūt. ut Suetonius scripturus de uitellio recenset diuersas inter se discordantium scriptorum sententias. De origine uitelliorum familiæ: cum ab aliis ut nobilis laudetur ab aliis ut sordida culpetur.

MARCI Antonii Sabellici ad Augusti. Barbadicum serenissimum uenetiarum principem paraphrase/os in Vitelium paraenesis nona.

u

Itelliorum originē. Tumultuose imperiū Vitelius inuasit Augustine dux serenissime; Sed tumultuosius aliquanto administrauit periitq; tumultuosissime: sic enim sæpius euenire solet: ut quæ mala habuerint principia nihilo meliores sortiantur exitus: huius uita uere inutilis dici potest in qua nihil ferme præter scelera & flagitia reperias. sed Thersiten inter græcos reposuit Homerus poetarum antistes: & inter assyrios reges: qui tanta indole sibi regnum quæsiuere. sardanapalum Trogus: q̃q; neq; tam stultus q thersites aut tam mollis q̃ assyrius illa hic noster dici possit. Verū aliis cæsaribus comparatus: uix honestiorē sibi uendicat locum: q̃ illi fuit inter suos adepti. etenim dubium est maiore ne luxuria fuerit an seuitia. Notissima est infamis illi us patinæ dedicatio cuius Tranquillus & plinius meminere. Experiri credo uoluit flagitiosus homo quid summum uicium in summa fortuna posset: sed tam turpiter periit: q eius uita fuit turpis. Expedit me her/cule huius hominis uel ob hoc unum uitia cognoscere: ut eorum foeditate intellecta alii ĩ summo rerum fastigio collocati: tanto enixius se ab eiusmodi infamia asserant quanto illa notior est: si in summa fortuna sit posita q̃ si in humili aut priuata.

uero nouam & obscuram atq; etiam sordidam: Quod ego per adulatores obtrectatoresque imperatoris Vitelii eue/nisse opinarer; nisi aliquanto prius de familiæ conditione uariatum esset. Extatque elogii ad. Qu. uitelium diui Augusti quæstorem libellus: quo continetur Vitelios fauno ab originum rege; & uitelia quæ multis locis pro numine coleretur ortos toto latio imperasse. Horum residuam stirpem

¶PHI. ¶Nouā: ut opponas tanq̃ cōtraria nouā & ueterē obscurā & nobilem. ¶Per adula/tores: adulatio perpetuū ē in aula regia malū. i qua multi libidi/ne assentandi ueritatē īfringūt: adulatores familiā uitellii uete/rē & nobilē esse iactabant. Contra liuidi & obtrectatores sordidū & obscurū genus illius isectabantur: cū obtrectatio & liuor p̄nis auribus accipiantur. ¶Aliq̃to prius: q̃ imparare cepisset: ex quo nec adulatores nec obtrectatores existebant. ¶Variatū: ut alii nobilem alii sordidum dictitarent. ¶Extat elogii libellus: testificationis & quasi monumenti cuiusdam de familia uitelliorum. ¶Vitellium quæstorem: candidatus questor significari uidetur: qui ut sæpe iam dictum est epi/stolas principis & orationes in senatu legebat. ¶Fauno: faunus latini pater pici filius regnauit ĩ latio: sicut meminit eutropius: de hoc ait maro in septimo eneidos: hunc fauno & nympha genitum laurente mari/ca accipimus: fauno picus pater: isq; parentem te saturne refert: sunt p̄terea fauni dii terrestres: q post plyxū tempus moriuntur: ut ait martianus capella in libro de nuptiis philologiæ: a faunis fana dicta existimat p/bus tradit seruius faunum & faunam dictos esse a uaticinando. i. fando: unde & fatuos dicimus inconside/rate loquentes: nonis decembris faunalia erant apud romanos hoc est dies festus faunarum cuius honorem pecudes lasciuiunt: hinc ab oratio dictum: ludit herboso pecus omne campo cum tibi nonæ redeunt decē/bres. ¶Aboriginum: aborigines populi appellati sunt: q errantes conuenerunt in agrum: qui nunc est populi romani: fuit enim gens antiquissima italiæ. de aboriginibus ait salustius. Cumq; his aborigenes genus hominum agreste sine legibus sine imperio liberum atque solutum: Dionysius quoque in primo historia rum memorat abotigenes fuisse italiæ indigenas ex sese ipsos oriundos quibus ex eo cognomen inditum dicunt. q eorum: qui post fuere genus ab illis incipiat: quemadmodum & græci genarchas atque proto/gonos appellant. ab his aboriginibus ait dionysius incipere romanum genus. ¶Vitellia: fortassis hæc est illa quæ alio nomine fatua ab eruditis nominatur: quam maricam dixit poeta. ¶Pro numine coleretur: numen dicunt esse imperium dei ab nutu auctor uarro. ¶Latio: in prima regione italiæ latium ē antiquum latium a tiberi circeios usque seruatum est: deinde nomen latii processit ad lyrim fluuium. ¶Transisse: re pete uerbum illud: libello continetur.

¶M. AN. ¶Per adulatores: q in Vitelii ipatoris gratiā multa de familiæ uetustate & splēdore confixissent. ¶Obtrectatores: i eādē familiā ut sordidā & obscurā iuecti potuit sane alterutq; euenire: fuere nāq; sp adula tores & iudia altioris fortūæ cōites. Valerius. Nulla ē tā modesta fœlicitas: q malignorq; dētes uitare possit: Ceterum adulatiōis nomē apte arguit id uicium i potētiorum aulis ortum. ¶Elogii libellus: i elogii formam conscriptus. ¶Fauno: is ut Lactantius scribit pici filius fuit: primusque omnium Saturno auo nefa/

Adulatiõ aulis.
Faunus
Fana Fauni.
Fatui a fando
Faunalia
Aborigenes
ptogoni
Numen
Latium

ria sacra in latio instituit: patremque picum cõsecrauit: necnon & faunam coniugem & sororem. C. Bassus eam fatuam nominatam tradidit: quia fata mulieribus caneret: ut Faunus uiris: unde a fando apparet utrũ q; nomẽ factum. ¶ Aborigines: Alicarnasseus Dionysius ait aborigines oenotriorum progeniem fuisse: qui pulsis siculis latium tenuere: quiq; pelasgi & ipsi in eam italiæ oram uenerint: unde archades: mox epii qui Herculis comites fuere: ad belli tamen usq; troiani tempora aborigenes dici perseuerarunt: tum uero a Latino rege latinos dici ceptos idem auctor tradidit. Sed latinos a latio potius dictos crediderim: præcessisseq; id nomen troiana belli tempora: quod Orpheus poetarum uetustissimus plane demonstrauit in argonautis σάρδων ικολιέ λαβυθου κολπωνό τε λατινών. ¶ Ortos. uitelios.

Sabini unde.

¶ PHI. ¶ Ex sabinis: sabini regiõe italiæ quarta sunt a religione & deorũ cultu quasi seuini appellati. Silius a sabo auctore gẽtis sabinos dici prodidit scribẽs in octauo punicorum. pars laudes ore ferebant sabe tuas: qui de patrio cognomĩe primus dixisti populos magna dictiõe sabinos.

ex Sabinis träsisse romã, atq; inter patricios allectã·iditia stirpis diu mãsisse; uiã uiteliã ab ianiculo ad mare usque, item coloniã eiusdẽ nois quã gẽtili copia aduersus æquiculos tutandam olim depoposcissent; tempore deinde samnitici belli præsidio in apuliam misso quosdam ex Vitellis

Allecti. Ianiculum.

¶ Allectam. assumptã: allecti dicebantur equites in senatorum numerũ assumpti. ¶ Ad mare usq; inferum. s. qd alio noie tuscũ tyrenũq; uocitamus. ¶ Ab ianiculo: ianiculũ a iano dici nullus ignorat: q uel illud legerit marotianũ: hanc ianus pater: hanc saturnus condidit urbem: ianiculumq; huic: illi fuerit saturnia nomẽ: ianiculũ romæ adiectũ ab anco martio: idq; nõ muro solũ sed etiam ponte sublitio tũ primum in tyberim facto coniũgi urbi placuit. ¶ Coloniã eiusdẽ nominis: subintellige: continetur libello: mansisse in dictũ stirpis uitellianæ coloniam, nomine uiteliam. Cuius mẽtio fit a liuio in. v. cuius uerba subscripsi: quæ sunt hæc uitelliam coloniam romanam in suo agro equi expugnant. Colonorũ pars maxima incolumis: quia nocte prodirione oppidũ captũ liberam per auersa urbis fugã dederat. Romã perfugere. ¶ Gentili copia tutanda opulentia & facultatibus gentis uitelliorum citra impensam publicã: sicut olim fabii gẽs bel-

Equiculi.

lum ueiens depoposcit a senatu gerẽdũ priuato sumptu & copia gẽtis fabiorũ. ¶ Aduersus equiculos: Equculi in eadem regione italiæ sunt qua sabini: plinius equiculanos appellat: ab equiculis quæ antiqua gens est ut ait liuius transtulit ancus martius ius fetialium: quo res repetũtur: equicole gentis meminit maro his uersibus: horrida precipue cui gens assuetaq; multo uenatu nemorũ duris equicola glebis: liuius ait uitelliam coloniã ab equis in quorũ agro erat expugnatam. Tanq; equi equicoliq; indiscriminatim accipiant.

Samnium queritur in samnio. Triumphi ex samnitibus. De samnitibus gladiatoribus pulchra.

¶ Tempore samnitici belli: samniticũ bellum quod ancipiti marte diu gestum esse scribit liuius: dictum ẽ a samnitibus gente opibus armisq; opulentissima: quos sabellos dixerunt samnites multis annis populus romanus ita subegit ac domuit per fabios ac papirios: ita urbes diruit: ut hodie samnium in ipso samnio requiratur: ex samnitibus quattuor & uiginti triumphi romã reportati sunt. obiter annotandum: nomine samnitium peculiari quodã uocabulo significari gladiatores ab armis scilicet ornatuq; samnitum: quibus gladiatores campani quondam armarunt: & ita ornatos inter epulas digladiari uoluerunt: quod docet liuius in nono: cuius uerba subscripsi. Et romani quidem ad honorem deum insignibus armis hostium samnitium usi sunt. Campani ab superbia odioque samnitium gladiatores: quod spectaculum inter epulas erat eo ornatu armarunt samnitiumque nomine appellarunt. De hoc gladiatorum samniticorum spectaculo inter epulas exhiberi solito a campanis intellexit silius: cum ait in undecimo punicorum. Quin etiam exhilarare uiris conuiuia cede mos olim & miscere epulis spectacula dira de samnitibus in hac gladiatorum significatione est illud ab oratio in epistolis decenter sciteq; prolatum. Cedimus & totidem plagis consumimus hostem lento samnites ad lumina prima duello: ad hanc significantiam nimirum illud solini referendum sic scribentis. Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis annotauit tritanum gladiatorẽ armatura samnitem fuisse. hoc idem exemplum memorans plinius ait in septimo: corpore uescos esse: sed eximius uiribus tritanum in gladiatorio ludo samnitium armatura samnitica: qui sint uesci explicarem: nisi id latissime iam pridem explicassem in notis seruii: & ut nihil omittam quod equidem sciam ad hanc rem accommodatum: in ornatu samnitum gladiatorum erant pinnæ: quarum uno tantum uerbo fit mentio a

Pinnæ samnitium. Pinnirapi.

M. uarrone sic scribente in primo de latina lingua: muri summa pinnæ ab his quas insigniti milites habere in galeis solent & in gladiatoribus samnites: ex hac Varroniana doctrina colligimus quid sibi uelit illud satyrici poetæ: pinnirapi cultos iuuenes iuuenesq; lanistæ. quo plane uersu sub nomine pinnirapi significatur gladiator ille qui depugnat aduersus samniticum gladiatorem: rapitque pinnam illam: quam in galea peculiariter habent in gladiatoribus samnites & hunc iuuenalis uersum non satis curiose introspexe-

Præsidium

runt perstitaruntque commentatores alioquin eruditi. ¶ Præsidio in apuliam misso: cum romani milites præsidiarios misissent in apuliam ne ea regio ad samnites deficeret: præsidium ut ait Mar. uarro dictum ẽ: quia extra castra præsidebant in loco aliquo quo tutior regio esset.

¶ M. AN. ¶ A ianiculo: collis est transtyberinæq; imminet regioni: a iano dictus: quod Dionysius & Ouidius testantur. pomponius lætus præceptor noster omnium qui nostra tẽpestate fuere ois uetustatis peritissimus eo epigrammate: quo campanum bucensem condiscipulum nostrum florenti ætate extinctum ad Onophrii ædem sepelit originem nominis seruitus sic ait. Regia te sepelit iani tulit hernica buca. Heu uicena tuos clausit arista dies. ¶ Gentili copia: uiteliana tantũ gente. ¶ Equiculos: fuerunt equi

culi medii inter marsos Hernicos: & latinos. ¶ Samnitici belli quod ob cāpanos a romanis susceptum ua rio præliorum euentu in octogesimum est annum extractum.

subsedisse nuceriæ: eorumq; progeniem longo post inter uallo repetisse urbem. atq; ordinem senatorium.

De progenitoribus & patre Vitelii.

Contra plures auctorem generis libertinum prodiderunt. Cassius seuerus nec minus alii: eundem & sutoré ueteramentariū: cuius filius sectionibus & futuris uberius compendiū nactus ex muliere uulgari Antiochi cuiusdā furnariam exercētis filia equitem Roma. genuerit. Sed quod discrepat sit in medio. Cæterū. P. Vitelius domo nuceria siue ille stirpis antiquæ siue pudēdis parētib⁹ atq; auis eques certe Romanus: & rerū augusti pcurator q̄ tuor filios amplissimæ dignitatis cognomines: ac tantū prænominibus distinctos reliquit. Aulum. Qu. P. L. Aulus i cōsulatu obiit: quē cū Domitio Neronis Cæsaris patre inierat prelatus eloquio: famosusq; cœnarum magnificentia. Quintus caruit ordine: quum auctore Tiberio secerni minus idoneos senatores remoueriq; placuisset. P. Germanici comes

¶ PHI. ¶ Subsedisse: mansisse nec ultra progressos eē. ¶ Nuceriæ: ciuitas est campaniæ de q̄ Silius: ille nuceria & gaurus na ualibus apta: luceri uero oppidū est apuliæ: at liuius lucerios ad internetionē cesos esse una cū samnitibus. ¶ Repetisse urbem: remeasse romam: & subintel ige uerbum illud connetur i libello. ¶ Contra: e contrario ¶ Prodiderunt: tradiderūt uerbum in hoc significatu apud clarissimos scriptores frequentissimū. ¶ Sutoré ueteramentariū: calceolarius ut utar uerbo plauti: q ueteres calceos reficit & resarcinat dicitur sutor ueteramētarius: ex hoc intelligi uult non solum auctorem familiæ uitellianæ fuisse in sordido sutoris q̄stu uersatum: sed in sordidissimo ueteramentarii: tanquā nec legitimis quidem sutor is fuerit ea formula dicitur ueteramētarius: qua ab armento armentarius qua a ferramento ferramentarius: a t iulius firmicus mercutiū i solis domo constitutū facere ferramentarios & pelliones: sunt autem ferramētarii ferramētorū cōfectores: sicur pelliones pelliū. ¶ Sectionibus: incisionibus sectio a secando deducit: sectione utitur caligarius ut utar uocabulo frequentissimo apud iuliū firmicū: q̄ secat & cōcidit coria ad calceos factitandos: aliās intelligitur sectio illa de qua ait cæsar in cōmentariis: sectionem eius oppidi uniuersam cæsar uendidit: de cuius significātia & de sectoribus affatim scripsimus in libro annotationū: illinc si quid desideras poteris mutuari. ¶ Suturis. quibus utitur sutor in calceis suendis: a suendo. n. suturæ & sutores dicti: animaduerte tamen sutorē proprie dici artificē calceorū: nā cū ille q fuit pannos elegantius sarcinator q̄ sutor dicator ab idoneis scriptoribus. Lucilius. sarcinatorem esse summū: suere centonē optime: suturas quoq; de aliis rebus per similitudinē nominamus. Cor. cel. in. viii. raro caluaria solida sine suturis est: & id caput firmissimū atq; a dolore tutissimū est ex cæteris: in quo suturæ pauciores sunt: eo capitis ualitudo cōmodior est. Vberius cōpendium. copiosius lucri. ¶ Furnariam: ita furnariam absolute dixit ut cenaculariam: & fagariam ueteres dixerūt: furnariā aūt is exercet: q ex furno panisq; coctura q̄stū facit: sed ut ego sentio is furnariā dr exercē q furnos locat cōductorib⁹: de quo iuuenalis balneolū gabiis romæ cōducere furnos optarēt: sic dr qs exercere cenaculariā: q cenacula locat iqlinis: furnos āt a nigro colore dici pp fuliginē uel pp obscuritatē: quā itur hēt: sentit porphirio oratian⁹ itetpres enarrās illd. Nec q frig⁹ collegit furnos & balnea laudat: furnariæ femiæ uulgo dicūt furno opantes. ¶ Sit i medio: neq; affirmet neq; refellat. liberū sit sentire qd q̄sq; uelit: ita gellius: ego mediū reliquo. ¶ Siue ille stirpis antiq: sicut iqt dubiosū ē de origie an natus sit uetere & nobili familia siue obscura & sordida: put assētatores obtrectatoresq; pdiderūt. ita certū ē hūc publiū uitelliū eqtē fuisse romanū & augusti pcuratoré. ¶ Cognomies: oēs uitellios dictos: cognomies. n. dicūt eiusdē nois: de quo supra. ¶ Aulū Qu. P. L. hæc sunt pnomia: qbus distinguebāt q̄tuor uitelii fratres. ¶ Aulus: icipit ab eo uitelio: q erat iter fratres maior natu. ¶ Prelatus eloqo: scribit tacitus i dialogo de oratoribus psuasum fuisse priscis neminē sine eloquētia aut asseq posse i ciuitate aut tueri cōspicuū & eminētē locū. ¶ Famosus: ifamis suggillatusq;. ¶ Cenarum magnificētia: ifamiā parari & suggillationē ex cenis lautiorib⁹ isinuat orati us: q sicait i sermonib⁹: grādes rūbi patinæq; grādæ ferūt una cū dāno dedecus. Cato uticēsis negabat uerū iustūq; eē alici beniuolētiā cibo. ¶ Quitus. secūdus uitelliorū. ¶ Caruit ordine: amotus fuit ordie senatorio. ¶ Secerni: separari sequestrariq;. ¶ Minus idoneos senatores: hoc erat officium censorum: ut in lectione eiicerent eos: qui notari merabantur: institutum autem fuit uetus: ut his ascriberent notas: pter quas e senatu eos mouebant. liuius auctor libro undequadragesimo. ¶ Publius: hic tertius est fratrum uitelliorum.

¶ M. AN. ¶ Nuceriæ: est nuceria appulorum mediterranea dixitque in appulia ad alterius nuceriæ differentiam quæ umbrorum ptolemeo auctore est. ¶ Libertinum: haud ingenuo loco natum. ¶ Cassius seuerus: hic est cuius scripta Tiberii principatu sunt abolita moxq; a caligula in publicum reuocata. ¶ Eundem: generis auctorem. ¶ Sutorem ueteramentarium. ueteramenta pro ueteribus calceamētis accipias oportet ut sit ueteramentarius sutor qui fractos calceos & attritos reficit. ¶ Sectionibus: sectio ut festus ait persecutio iuris. Cicero sectorem æstimatorem redemptoremque bonorum ap/

Nuceria

Veteramētarius

horoscop⁹ ferramētarii.

Pelliones

Calegari⁹

Suturæ

Sarcinator

Suture capitis.

Furnariā exercere

Furni uū

Cognomines

Sine eloquētia nullus honos

pellat. Asconius sectores inquit dicti sunt qui spem lucri sui secuti: bona condemnatorũ auctionabãt proq; his pecunias pẽsitabant singulis: sed nũc sectionem pro corii incisione accipio: est eni ut Festo placet sector qui secat: & qui empta sua ꝑsequitur: ut sit sensus & ordo: cuius ueteramentarii filius nactus uberius compendium idest lucrũ sectionibus & sututis. i. non resarciendis calceis ut pater fecerat: sed ex secanda pelle calceisq; ex secta conficiendis: quod magis est questuosum: ac quodãmodo minus sordidũ. ¶ Vulgari ignobili. & uulgi una. ¶ Furnariam: ex furno quæstũ. s. quum iam cõducere furnos. ¶ Filium: qui postea eques romanus fuit. ¶ Quod discrepat. parum inter auctores conuenit. ¶ Sit in medio: pro incoperto relinquatur. ¶ Cognomines: eiusdem nominis uitelios omnes. ¶ Aulus uitelius: scilicet maximus natu. ¶ Famosus: infamis. ¶ Quintus: uitelius. ¶ Caruit ordine: senatorio. s.

Cn. Pisonẽ inimicum & interfectorem eius accusauit: condemnauitq;: Ac post præturæ honorem inter Seiani conscios arreptus & ĩ custodiam fratri datus. Scalpro librario uenas sibi incidit: nec tam mortis penitentia quam suorum obtestatione obligari curariq; se passus in eadẽ custodia morbo periit. L. ex consulatu syriæ præpositus arthabanum parthorum regem summis artibus non modo ad colloquium suum: sed etiam ad uenerãda legionũ signa pellexit. Mox cũ Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus cẽsuramq; gessit: Curam quoq; imperii sustinuit absente eo expeditione britanica uir innocens & industrius: sed amore Libertinæ perinfamis: cuius etiam saliuis melle permixtis:

Accusator pisonis

¶ PHI. ¶ Pisonem interfectorem eius accusauit: Supra dictũ est quemadmodũ germanicus ueneno periit: quod dedisse piso ferebatur. unde is. p. uitelius pisonẽ ueneficii crimine accusauit usus in primis argumẽto potentissimo: nõ potuisse ob uenenũ Cor germanici cremari. contra defensus est piso dicẽs eum obiisse morbo cardiaco: & eni negaẽ Cor cremari posse & ueneno interẽptis & cardiaco morbo pereũtibus. ¶ Eius: germanici. ¶ Inter seiani conscios. De seiani potentia & coniuratione satis ac supi tiberio. ¶ Fratri aulo uitellio. ¶ Scalpro librario: ĩ

Scalprum librarium
fabrile scalprum
Scalpꝑ chirurgicum
Scalpratũ
Scalpellũ

strumenti ferrei nomẽ est: quo plures artifices utũtur: unde librario addidit ad reliquorũ differẽtiam: oratius: scalpra sutoria intelligi uoluit illo uersu: si scalpra & formas nõ sutor nautica uela auersus mercaturis: delirus & amens undiq; dicat: liuius fabrile scalprũ appellat: quo magistri elephãtos interimebant inter aures beluæ adacto in ipsa cõpage: qua cõiungit capiti ceruix. Cor. celsus scalprum inter ferramenta chirurgica numerat: ubi ait in. viii. tũ demũ ad manũ scalptũq; ueniendũ ẽ. De scalpro rusticano Columella ĩ libro quinto agricolatiõis. scalprũ quod deinde aduncũ est rostrũ appellat: ab eodẽ in. x. ferramentum scalpratũ dictũ ẽ ad similitudinẽ scalpri formatũ: quo ait opus esse ad castrãdas apium aluos: a scalpro diminutiuum fit scalpellum. ¶ Obtestatione: rogatione & precibus: obtestatio est auctore festo cũ in meliorem partem uocatur: detestatio cũ ĩn deteriorem. ¶ Obligari: ligari atq; uinciri. Quĩ curnus: dũ corripitur & dũ obligantur oculi. dũ uestis exuitur. ¶ In eadẽ custodia: apud fratrẽ. ¶ Lucius uitellius: nouissimus quattuor fratrũ

Obligare uulnus.

arthaban'

¶ Ex cõsulatu syriæ prepositus: iosephus libro. xviii: turbata gẽte cũcti ad uitelliũ ueniũtq; per id tẽpus gerebat principatũ syriæ: atq; apud eũ pilatũ accusant: quod iniuste tãtos occiderit. ¶ Arthabanũ: parthi cũ imperio exturbassent uononẽ: euocauerũt arthabanũ parthorum regem ex arsacidarum genere oriundũ: nõ enim aliũde licet fieri parthorũ iperatores: tiberius litteras misit ad hunc uitellium iubens ut amicitiã cum arthabano parthorũ rege cõficeret. Vitellius corruptis largitiõe amicis & cõsanguineis arthabani ipsum pene perdidit: tandem circa euphratem arthabanus: & uitellius de pacis federe colloquuntur ĩ medio sibi põte occurrentes: arthabanus ueneratus signa romana uitellii persuasione obsidem dat tiberio darium filium

Lazarus gigas

cum quo etiam munera magna multaq; transmisit. in quibus etiam hominem magnitudine septem cubitorum genere iudeum nomine Lazarum: qui propter corporis uastitatem gigas uocabatur. ¶ Pellexit: induxit attraxit illexit. ¶ Ad ueneranda signa: idem prius factitauerat corbulo ductor neronianus: qui thiridatem pellexit ad ueneranda signa romana & effigiem neronis colendam: cui diadema subiecit. ¶ Ordinarios consulatus: sunt consulatus ordinarii: qui legitimo more ordineq; anni principio ineuntur. hinc ordinarii consules dicti ad differentiam suffectorum hoc est eorum qui substituuntur: de quibus antea memoraui. ¶ Lampridius: consules quoscunque uel ordinarios uel suffectos creauit ex senat' cõscientia nominauit. ¶ Absente eo. scilicet claudio principe: supra enim dictum est quemadmodum claudius expeditionem britanicam suscepit: parteque insulæ in deditionem recepta sexto ꝙ profectus erat mense romam rediit

Ordinari' cõsulatus
Consules ordinarii
Suffecti
Amor libertinarũ
pauxillũ amare bonum
Vxorius maritus

¶ Amore libertinæ perifamis: libertinarum amor tutior quidem est: ꝙ matronarum iuxta illud oratianũ. Tutior at quanto merx est in classe secunda libertinarum dico: sed si nimius sit & immodicus est reprensibilis. uñ idẽ orati' salustiũ satyrico sale perfricuit libertinarũ amor insanientem: bonũ est ut iqt plautu' seru' pauxillũ amarẽ sane: isane si bonũ ẽ & ut ait hieronym' ẽt ĩ sua uxorẽ amor nimi' turpis ẽ. ¶ Saliuis melle permixtis: refert seneca cognouisse se quẽdã ornatũ hoiem: q exitur' ĩ publicũ fascia uxoris pect' colligabat: & ne pũcto qdẽ horæ pñtia ei' carerẽ poterat: potionẽq; sibi nullam nisi alternis tactã labris uir & uxor hauriebãt. ¶ M. AN. ¶ Gn. pisonẽ accusauit: plinius: Extat iqt oratio uitellii: ꝙ reũ pisonẽ eius sceleris coarguit. ¶ Seiani côscios: iter eos q cum seiano in tiberium coniurarũt. ¶ Fratri datus ut a fratre custodiretur: quod in Catilinæ quoq; coniuratione est factũ: ut cõsilii participes aliquot horas priuato custoditi sint. ¶ Scalpro: fer-

tro instrumento.unde scalpellum.¶ Obtestatione:supp'ici rogatu obligari uenas.¶ Ex consulatu:post consulatum.¶ Arthabanu:de arthabano parthorum rege satis in Tiberio.¶ Gessit.L.uitellius.¶ Absente eo:Claudio.¶ Perinfamis:multa infamia respersus.¶ Salluis:sputo.

nec clā qdē aut'raro:sed quotidie ac palā arterias & fauces p remedio fouebat:idē miri ī adulādo īgenii:primus.C.cæsarē adorari:ut deū instituit:quū reuersus ex syria non aliter adire ausus esset:quam capite uelato circumuertensque

¶ PHI.¶ In adulando īgenii.refert hieronymus libro primo contra pelagium:q callida insidiosa blanda semper est adulatio.Idem in epistola ad eustochium didascalica adulator inquit blandus inimicus ē.Quo circa clarissime Annibal esto inadulabilis:obturato aures adulatoribus:quorum uerba mollia feriunt interiora uētris:qui sæpenumero sinistrates uiros infatuāt:dicere solebat antisthenes cynicus philosophus prestare in coruos q in adulatores incidere:ab illis qppe mortuos:ab his uiuētes deuorari:adulatores insectat' aristoteles in.iii.ethicorū:quos omnis ait esse seruiles & humiles.Ex quo precipit Cicero uel potius lelius apud ciceronē ut assentatio pcul amoueatur:quæ nō modo amico:sed ne libero quidē digna est:& pfecto sic habēdū est nullam in amicis pestē esse maiorē q adulationē blanditias assentationē.Irroborauit cōsuetudo pniciosa ut i aulis principū dominētur hac tēpestate:duo genera hominū detestāda:adulatores & obtrectatores:quorū alteri blandiendo aures dominantis palpo feriunt alteri dettahendo bonos eliminant:& apud patulas principū aures susurrando efficiunt:ut īnocentes & probi repēte explodātur eiciantur q ueluti nocētissimi atq improbissimi.Abige repelle ab auribus tuis queso inclyte Annibal susurrones & assentatores:noli patefacere hac fenestram ne gnatones agminatim irrūpant ueluti ad militem gloriosum:habita tecū nosce te ipsum:pensita nūquid uera sint:quæ assentator extollit:quæ detractor infamat:q delator insinuat.Coegit me uerus erga te amoris affectus erūpere in morsum perniciosæ adulationis:quæ obtrectationi ueluti sorori deuicta est:cū adulatores nos:a quibus longe est sermo adulabilis:criminentur interdū ueluti austeriores nec peritos colligere beniuolētiam nec scientes degere inter aulicos:tanq illi soli placeant amētur foueantur a principibus:q miri fuerint in adulando ingenii:qlis fuit hic L.uitellius:qui adulādo assentādoq fuit fauorabilis ac prepollēs apud romanos imperatores.¶ Caium cæsarē:Caligulam q adorari uoluit ut supra dictu est.¶ Capite uelato:more & habitu eorum:qui deos uenerātur:querit plutarchus in questionibus cur deos salutantes caput operiāt:cū uiris dignitate pditis & honore dignis caput aperiāt' deos autem iccirco adoperto capite adorabant:ut aut operiendo capite se ipsos humiliores redderent:aut metu nequid ominosum aut triste alicunde auribus accideret:seruius historiam fabulosam de diomede & enea huiuste rei causam fuisse prodidit:hinc illud maronianū purpureo uelare comas adopertus amictu:ne qua inter sanctos ignes ī honore deorū hostilis facies occurrat & omina turbet:sane sciendum est sacrificantes diis omnibus caput uelare cōsuetos:ob hoc ne se inter religionē uagis aliquid offerret obtutibus.¶ Excepto tantū saturno:cui capite aperto rem diuinam faciebant:propterea qd ueritas occultari obscurariue non potest:cui parentē ac deum romani saturnum habent:præterea honori quoq deo rem diuinam aperto capite faciebant:quia splendidum quiddam & illustre & apertū ac late patēs est gloria:nobiliores uero & potiores uiros capite aperto iccirco uenerabantur:ut inuidiam illis detraherēt:ne pares diis immortalibus honores poscere neue eodem cultu delectari uiderentur:tamen.M.Varro capita aperiri aspectu magistratu nō uenerationis causa sed ualitudinis prodidit:quo firmiora cōsuetudine ea fierēt:sentētiæ uarronianæ meminit plin' ī uigesimo octauo.Igit' uitellius cū caligulā adorare ut deū uellet capite uelato eum salutat:quēadmodū deos prisci uelatis capitib' uenerabāt'.¶ Circūuertēs:hoc ad religionē deo℞ ptinet.Nūa enim romanorū regis īstitutū ē ut adorātes deos ī orbē sese uertāt.deide uero sedeāt.Causa tradit' a plutarcho q ait adoratiū illā uertiginē ad mūdani circuitus fieri similitudinē.ptterea cōuersio illa & totius corporis circūctio nobis documēto ē:nihil ex humanis rebus firmū eē & stabile:Et ut cūq uertat deus reuoluatq uitā nostrā id iucūde ac libēter admitti oportere:sedere āt cū adorarīt auspiciū eē dicūt:quo significat' ratas pces fore:aiūt & actionū diuisionē eē qetē:qsi priore actiōe finit a sedēdū sit:ut alterius rursus ineūdæ:sumat' initiū probat āt hæc corporis cōuersio a sinistra ī dextrā ad ipsius mūdi imitationē:cuius ortus ut ait plin' ē a leua parte ī dextrā pceps:hic iocus ille apd plautū plautinissimus:nā cū in curgulioe dixisset amator phedrom' quo me uertā nescio:palinurus seruus ueluti alludēs ad hāc religiosam cōuersionē eleganter subdidit:si deos salutas dextrouorsum censeo.¶ E cōtrario galli sinistrorsum & in leuam partē religiosius fieri ab adorātibus cōuersionē corporis arbitrabantur:cui' rei meminit quoq plinius noster:q sic scribit ī uigesimo octauo in adorando dextrā ad osculū referimus:totum q corpus circumagimus:quod in leuum fecisse galliæ religiosius credūt:leges preterea apud historicos camillum cum se ad dextrā conuertisset:ut mos est romā adorantibus:subito lapsu cecidisse:quod omen ad damnationem:qua postea oppressus est pertinuisse uisum est:tranquillus ut ad enarrationem institutam reuertamur ait uitelium in salutando Caligula circūuertisse se deinde procubuisse more ritu q priscorū:qui in adorādis diis circūagebant corpus:deinde procumbentes sedebant:uel ideo procumbens dixit ut significatet cōsimili ueneratione usum uitellium in colendo caligula:qua regē persæ uenerantur:qui procūbētes humi & mento humum contingentes regem suum colūt:quod proscynin uocāt:unde cū olim alexander magnus persico more adorari uoluisset:polypcōntum ex uenerātibus mento contingētem humum per ludibrium cepit hortari:ut uehemētius id qæreret

Insidiosa adulatio

Esto inadulabilis.

Cōtra adulatores

Qui dominentur in aulis pricipum

Salubris monitio

Capite uelato adorabant

Saturno caput aperit

Honos apto capite

cur capita aperiunt

Vertigo in adoratiōe

Sessio post adorationem

Ortus mūdi a leua

Loc' plauti.

Cōuersio in dextram

Lapsus camilli in cōuersione

Polypecon pcipitatus in terram

ad terram: ex quo alexander indignabundus: tu inquit ñ ueneraberis me: detractūq; polypercōta electo precipitat in terram: & cum is protinus corruisset: uides ne inquit idem te fecisse quod in alio ante ridebas. ¶ M. A. N. ¶ Idem lucius. ¶ C. Cæsarem: quod caligula uoluerit adorari: abunde supra Tranqllus significauit. ¶ Circumuertens se: circumagens se.

se deinde procūbens, Claudiū uxoribus libertisq; addictum ne qua non arte demereretur pro maximo munere a messalina petiit: ut sibi pedes præberet excalciandos detractumq; socculum dextrum inter togam tunicasq; gestauit assidue ñ nunq̄ osculabūdus. narcisi quoq; & pallantis imagines aureas inter lares coluit: huius & illa uox est sæpe facias: quū sæculares ludos edenti Claudio gratularetur.

De mr̄e uitelii & ei9 pueritia, & de morte pr̄is & aliis gestis.

Decessit paralysi altero die q̄ correptus ē duobus filiis superstitibus: quos ex sextilia probatissima nec ignobili femina editos cōsules uidit: & quidē eodē ambos totoq; anno quum maiori minor in sex menses successisset: defunctum senatus publico funere honorauit. item statua pro rostris cum hac iscriptione: pietatis immobilis erga principem. Aulus uitelius. L. filius imperator natus est octauo calen. octobris: uel ut quidam. vii. idus septēbris druso cæsare. Norbano flacco consulibus genituram eius prædictam a mathematicis ita parentes exhorruerūt: ut pater magnopere semp cōtēderit ne qua ei puīcia uiuo se cōmitteret. Mater & missum ad legiōes & appellatū ipetatorē p afflicto statim lamentata sit. pueritiā primāq; adolescentiam

Socculus

¶ PHI. ¶ Addictum: mancipatū obnoxium deditū. ¶ Demereretur: sibi cōciliaret. ¶ Soccu lum: socci proprie calciamenta sunt comedorum: a socco socculus deriuatur: accipiturq; p calciamento muliebri: sicut in caligula soccus muliebris dictus. ¶ Tunicas: interulas: q̄s uulg° camisias uocat. ¶ Osculabūdus uehementer & presso ore exosculans: apuleius i secūda apologia: flens & manus meas osculabundus: in notis seruii affatī opior: refellimus opinionē gramaticorū: qui tradūt nomina in būdus definētia significare similitudinē: cū potius pductio hæc & extremitas largam & fluentē uim & copiam declaret. ¶ Narcisi & pallātis: noia potētissimoꝛ apud claudiū libertorū: sicut qui deos colit amat & sacerdotes: ita qui principi placere studet: obseruat interiores principis amicos. ¶ Inter lares: in lararto: qui locus est i quo lares & dii domestici coluntur: q̄d i superioribus diligenter annotauimus. ¶ Sepe facias: uox hæc uitelii nimię plena est assentationis manifestariæ nec minoris uecordiæ: qd enim apertius hac adulatione esse potest? q̄ optat principi claudio iam senescenti. ut sæpe faciat ludos seculares: cū uix unq̄ ab uno eodēq; editore bis edi possint: propter tēporis interuallum longiturnum: cū post centesimū annū fieri soleant: ad quam metā uix hominis peruenit uita longissima.

Paralysis

Paralytici

¶ Paralisi: morbus ē: quē latini resolutionē mēbrorū paralisim græci nominant: auctor ē celsus in. ii. inde paralyticis qui tremuli sunt remedium est: in quo sit astringendi efficacia: ideoq; dixit tertullianus in apologetico: leprosos purgaret paralyticos restringeret: Saturnus in decio ab horoscopo loco facit paralyticos ut docet iulius firmicus in tertio. Idem i. vi. ait solē in. vii. ab horoscopo loco facere paralyticos: quorū soluta cōpagine neruorū omne corpus fractū ac dissipatis uiribus dedecoret legimus libro primo Macchabeorū alchimū paralysi dissolutū esse: nec ultra loqui potuisse. ¶ Editos: procreatos susceptosq;. ¶ Maiori: filio. ¶ Successisset: maior filius fuerat ordinarius consul semestris: cui minor successit: tanq̄ suffectus cōsul i reliquos sex mēses: & ita pater toto anno uidit filios consules. ¶ Pro rostris: ante rostra uel in rostris. pro enim modo significat ante modo in modo aliud sicut ante dictū ē. ¶ Lucii filius eius q decessit paralysi. ¶ Viii. cal. octobris. xxiiii. die mensis septembris. ¶ Vii. idus septio die septembris. ¶ Genituram: natiuitatem: de genitura plura in superioribus: ¶ Exhorruerunt: expauerunt reformidarunt: tanquam mathematici predixerint futurum quidem Vitellium imperatorem: sed in imperio per uim cruciabiliter moriturum. ¶ Contenderit: elaborauerit. ¶ Ad legiones. quæ erant in germania inferiore: ad quas a galba missus fuerat. ¶ Appellatum imperatorem: a militibus auctore fabio ualente de quo supra. ¶ Pro afflicto: memor prædictionis mathematicorum mater ubi audiuit filium imperatorem appellatum fuisse a germanicianis militibus lamentatione prosequuta est tāquam iam afflictum subiturumq; illico supplicium post imperii nomen: tacitus ait q pari probitate mater uitelliorum Sextilia antiqui moris dixisse ad primas filii sui epistolas ferebatur: non germanicum a se sed uitellium genitum q̄ nullis postea fortunæ illecebris in gaudium euecta domus suæ tantum aduersa sensit.

horoscop° paralyticorum

Sextilia mater uitelli.

¶ M. A. N. ¶ Addictū: deditū. ¶ Pro maxio munere: i. amplissimi muneris loco. ¶ A messallina: claudii cōiuge. ¶ Socculū: calciamēti genus. ¶ Osculabūdus: identidē siue uehementer osculans. ¶ Narcisi & pallantis: Claudii libertorū. ¶ Inter lares: deos domesticos. ¶ Vox adulatoria: imo stulta. ¶ Sæpe facias: hæc uox illa optantis: ut Claudius iā pene decrepitus sæpius sæculares ludos faceret: quod ne adolescenti quidem cōtigere potuisset: si cētesimo quoq; āno ut ab initio fuerat istitutū celebrari cōtigisset. ¶ Paralysi: neruo

rum solutione tremoreq; & ibecillitate totius corporis Celsus Cornelius i oculis quoq; ait paralysim fieri. ¶ Eodē totoq; anno: nō ut ambo toto anno cōsules fuerit: sed qd minor natu maiori succedēs annū impleue rit: quū uterq; alioquin cōsulatus semestris fuerit. ¶ Pro rostris: i foro ubi erāt rostra. ¶ Aulus Vitelius: i pator. s. ¶ Lucii filius: eius uidelicet: de quo ꝓxime diximus. ¶ Druso Cæsare: qui germanici filius fuit. & a tiberio adoptatus: qui ut supra fuit significatū i parte palatii fame periit: de Tiberii fratre nō ē cur itelligas quippe qui i cæsarum familiam nulla est adoptione receptus. ¶ Genitura: natalis horæ inspectionem. ¶ A mathematicis: astrorum peritis. ¶ Mater: Sextilia. ¶ Missum. Vitelium. ¶ Appellatum imperatorem: uiua enim adhuc matre Vitelius est imperator consalutatus. ¶ Pro afflicto: tanquam afflictū. ¶ Memor. eorum quæ de imperio & infelicissimo eius exitu mathematici dixissent.

capreis egit iter tyberiana scorta: & ipse perpetuo Spintriæ cognomie notatus existiatusq; corporis grā initium & cām incremētorū patri fuisse. De adolescētia eius & gestis in ca.

SEquēti quoq; ætate oībus probris cōtaminatus ꝑcipuū i aula locū tenuit, Caio per aurigandi Claudio p aleæ studiū familiatis: sed aliquāto Nerōi acceptior tum propter eadē hæc: tum peculiari merito & pre sidens certamini neroneo cupientē inter citharœdos cōtendere: nec quāuis flagitantibus cunctis promittere audētem. ideo egressum theatro reuocauerat quasi perseuerantis populi legatione suscepta exorandum præbuerat.

De honoribus per eum administratis.

TRiū itaq; pricipū idulgētia nō solū honoribus uerū & sacerdotiis amplissimis auctus procōsulatum Africæ post hæc: curāq; opum publicorū administrauit & uolūtate dispari & existiatōe. i ꝓuicia singularē inocētiā ꝑstitit biennio continuato: quū succedēti fratri legatus substitisset: at i urbāo officio dōa atq; ornamēta tēplorū sur ripuisse: & cōmutasse quædā ferebat: proq; auro: & argēto

¶ PHI. ¶ Capreis: in secessu caprearū tiberiensi. ¶ Tiberiana scorta: quæ tibertus capreis habebat: de quo i superioribus satis multa. ¶ Cognomine spintriæ: diximus in tiberio spintrias uocatos nouæ libidinis nouiq; concubitus repertores: un de uitelius cum & ipse excogitasset nouam coeundi figuram spintria meruit cognominari.

Spītria cognomiat⁹

¶ Corporis grā: tāq; ei⁹ corpore assuesceret tiberi⁹ & ætatis flosculum carperet. ¶ In cremētorū: ut honores & fortunas cōsequeret. ¶ Oibus probris: omni dedecore atq; flagitio. ¶ In aula imperatoria. ¶ Caio p aurigandi familiaris: quēadmodū similitudo morū studiorūq; iter bonos amicicias parit: ita inter malos similitudo uitiorū conciliat familiaritatē: igit uitelius factus est familiaris Caio Caligulæ per studiū aurigādi: quo ille imprimis oblectabat: Claudio nero p aleā: cui⁹ ille erat studiosissimus.

similitudo morū cōcaliatrix amiciciæ

¶ Propter eadē. hæc aurigationē. s. & aleam: cū & aurigādi & aleæ studio oblectaret nero. ¶ Peculiari merito ꝓprio: & ut dici solet: speciali bñficio. ¶ Certamini neroneo: traditū ē i nerone: quēadmodū ille agōa neroneū istituit: i quo triplex certamē edebat musicū gymnicū & eq̄stre. ¶ Cupiētē: nerone. ¶ Cōtēdere: musico certamie. ¶ Ideoq; egressum: nero iō e theatro egressus fuerat: q̄a nō audebat ob dedec⁹ atq; infamiā ꝓmittere se iter cytharedos musica decertaturū: q reuocat⁹ a uitellio id loco maximi hūit bñficii: cū nihil aliud magis cuperet: q̄ palā musicā ꝓfiteri: sed ad id cogi uolebat uideri: cū dedecorosū sit pricipē i ꝓpatulo ꝓfiteri se citharedū. ¶ Quasi ꝑseuerātis ppli: uitelli⁹ accessit ad neronē fingēs se legatū ad pricipē missū a po. ro. ꝑseuerāter efflagitāte: ut nero reuocaret i theatrū: & caneret iter citharedos. ¶ Exorādū: oramus facilia exoram⁹ difficilia: orare rogātis ē: exorare ipetrātis: orator ē dū rogat: exorator cū ipetrauerit. hic illud terentianum: orator ad uos uenio ornatu prologi: sinite exorator sim. Igitur uitelius exorator fuit apud neronem qui ueluti difficilis res peteretur: tandem exhibuit se exorandum & exorabilem: apuleius p̄q̄ decēter exorabula uocat oīa illa artificialia argumēta: qb⁹ orator p uī eloquētiæ iudices exorat. ¶ Trium pricipū. caligulā claudiū & neronē significat. ¶ Indulgētia: facilitate demētia comitate. laudat indulgētiæ i imperatoribus: antiq idulgitatē uocauerūt: q a nobis dicit idulgētia ¶ Honoribus: magistratibus. ¶ Africæ ꝓuinciæ ꝓcōsularis. ¶ Volūtatē dispari: q̄a cū i ꝓuincia fuisset inocēs romæ i officio urbano fuit spoliator & ipostor: ex quo disparilitas maxīa & uolūtatis & extimatiōis significat. ¶ In ꝓuintia: africa. Cor. tacitus refert uitelliū egisse i africa ꝓcōsulatum integrū ac fauorabilē: cū famosum inuisumq; in eadē ꝓuintia egerit uespasianus. ¶ Legatus: de legato ꝓcōsulis intelligēdū ē de quo supra dictum. ¶ Substitisset: remansisset i prouintia: & ita biennio fuit in africa: cum anno primo proconsul secundo legatus fratris: qui sibi succedebat in procōsulatū substitisset. ¶ In urbano officio: in administratione operū publicorū: quorū fuit curator.

Orare
Exorare
Exorator

Indulgitas

¶ M. AN. ¶ Capreis. apud Tiberium principem. ¶ Spintriæ: de spitriis semel atq; iterū supra. ¶ Corporis grā: cui⁹ flore tiberius abuteret. ¶ Oibus ꝓbris: oibus flagitiis. ¶ Gaio: caligulæ. ¶ Per aleæ studiū: cuius cōstat claudiū ipsum ꝓcupidū fuisse. ¶ Peculiari ꝓprio: & ob id acceptiore. ¶ Certamini neroneo: de neronei certaminis tōne satis suo loco. ¶ Promittere audētē: ob dedecus & ifamiā reuocauerat Vitelius. ¶ Perseuerātis: id efflagitare. ¶ Exorādū: ꝓcibus flectēdū. ¶ Triū pricipū. caligulæ: Claudii & nerōis. ¶ Indulgētia: facilitate obsequio. ¶ Munificentia auctus: maior factus. ¶ Dispar uoluntate: inocētiæ foris custodienda: domi uero p occasionē peccādi. ¶ Cū legatus substitutus eēt: ex eo pēdet quod biēnio dixerat presu-

isse poterat.n.aliter ocurri cur biẽniũ si ãnuũ erat munus. ¶ Vrbano officio: quo publicoꝝ opũ curã gessit.

stagnum & auricalchum supposuisse.

De uxoribus & filiis eiusdẽ.

VXorẽ habuit petroniã cõsularis uiri filiã: & ex ea filium petrõianũ captũ altero oculo: hũc heredem a matre sub cõditiõe istitutũ si de ptãte patris exisset manumisit, breuiq; ut creditũ ẽ iteremit: insimulatũ isup parricidii; & quasi paratũ ad scelus uenenum ex conscĩẽtia hausisse: Duxit mox galeriã Fundan a praetorio patre, ac de hac quoque liberos utriusq; sexus tulit; sed marem titubantia oris prope mutum & elinguem.

De germãia eidẽ decreta & de pauptate ipsius & de cõitate eius erga singulos: & de gestis i castris.

AGalba i iferiorẽ germaniã cõtra opinionẽ missus ẽ Adiutum putant, T. iunii suffragio tunc potentissimi & cui iampridem pet cõem factiõis suae fatuorẽ cõciliatus eẽt nisi

Stagnum

¶ PHI. ¶ Stagnũ & auricalcũ. cum stagnum colore argẽto: auricalchum uero auro simillimũ sit: potuit cõmodissime pro argẽto stagnũ pro auro supponere auricalcum stagnum appellatur liquor plũbi q primus fluit in fornacibus qui secũdus argentarium adulterat stagnum

Argentarium

addita aeris tertia portione cãdidi i plumbũ albũ fit. & alio mõ mixtis albi plũbi nigriq; libris. hoc nũc aliq argẽtariũ appellãt.

Auricalcũ

¶ Auricalchũ ob precipuã bonitatẽ diu obtinuit admirationẽ ut inquit plinius in. xxxiiii. apud maiores sicut refert seruius oricalchũ pciosius oĩbus metallis fuit: qd & splendorẽ auri & aeris duriciã possideret: oricalchũ at fuisse preciosum ẽt plautus docet: q ait i milite: ego istos morer aurichalco cõparãdẽ i curgulione: cedo mihi cõtra orichalco: cui ego sano seruiam: autumãt qdam

Orichalcũ

aurichalcũ ab aere & auro esse cõpositũ: graeci eni chalcon aes nocãt: siue q aureũ habet colorem: orichalcũ sane dicit: ut sentit festus: qd i mõtosis locis inueniť: mõs enim graece oros appellatur: disputatio philosophorũ ẽ apud ciceronẽ & lactantiũ uir bonus reperiat aliquẽ q aurichalcũ pro auro uẽdat: tacere ne debeat ut id paruo ẽmat an id indicabit ut magno: qđ si scelus iudicatur nõ indicare: q̃ro sceleratius uideri debet, p auro aurichalcum supposuisse: quod fecit uitelius. scribũt iuriscõsulti titulo de piguoratitia actiõe: siqs i pignore pro auro aes subiecisset furti teneri in libro βασιλέων traditũ ẽ oĩa uasa fuisse de aurichalco: q̃ fecit hiran solomoni in domo domini: dicimus aurichalcũ & orichalcum indifferẽter: sicut plostrũ & plaustrũ: cotes cautes ob eã q̃ est inter au. & o. cognationẽ transmutationẽ ue sicut e contra dixerũt ausculũ p osculũ. ¶ Petroniã: huius petroniae meminit tacitus uideturq; sentire factũ fuisse diuortium inter uitelliũ & pe-

Petrones

Petronius incidit uenas

Desiocul⁹

troniam: cum dicat eam mox a Dolobella in matrimonium acceptam fuisse. ¶ Petronium: antiqui rusticos uocauere petrones a petrarũ asperitate & duritia: hinc plautus petronẽ ueruecẽ duriorem eleganter petronẽ dixit: ubi ait in captiuis: qui petroni nomẽ indunt ueruecĩ sectario: ego si in uia petronẽ publica cõspexero & petronẽ & dominũ reddam mortales miserrimos: a petrone petronius iclinari põt: de quodam altero petronio scripsit tacitus: qui uicus factus est inter paucos neroni familiaris: mox ab eodẽ morti iussus uenas incidit: huic dies per somnũ: mox officiis & oblectamentis uitae transigebãtur. ¶ Captũ altero oculo: martialis eũ cui desit alter oculus: quẽ uulgo luscũ dicimus: elegãti uocabulo desioculũ appellat. ¶ Si de ptãte pris exisset: filius exit de pria ptãte p emãcipationẽ titul⁹ ẽ ap iuriscõsultos qbus modis ius patriae ptãtis soluiť ex cõstitutiõe iustiniani ipatoris: dignitas patriciat⁹ filiũ liberat a pria ptãte. ¶ Manu emisit p emãcipationẽ exemit patria ptãte. ¶ Interemit: facin⁹ ifandũ & uix credibile q pr filiũ iteremerit: fecit tñ hoc idẽ flagitiosissim⁹ ille catilia: q ut historici pdiderũt necato filio domũ uacuã fecit scelestis nuptiis. cũ au-

Catilina iteremit filium

Demetri⁹ iterfectus a phil. patre

L. filii a patre occisi.

relia horestilla cui⁹ amore tenebať illi nubere dubitaret timẽs priuignũ ex hoc faciore aius catiliae diis hominibusq; ifestus ex cõsciẽtia uexebať neq; uigiliis neq; qenb⁹ sedari poterat: philippus quoq; macedonũ rex molitor necis demetrii filii fuisse ferť ap barbaros pĩas rex artoxerxes iteremit filios supra qnquagitar quos i patrẽ cõiurasse cõperat. ¶ Insimulatũ: accusatũ. ¶ Parricidii: tãq patrẽ uenẽo necare uoluisset. ¶ Ex cõsciẽtia: qđ cõsci⁹ titi sceleris. qđ i patrẽ moliebať: ipsemet hauserit uenenũ. ¶ Galeriã: galeriae meminit tacit⁹ quã ait, p texisse trachalũ othonianũ apđ martiũ uitelliũ aduersus criminates. ¶ Pretorio pfectur⁹ pr ptura gesserat. ¶ Tulit: pcreauit. ¶ Titubãtia oris: ipedimẽto liguae & hesitãtia. ¶ In iferiorẽ germaniã ad differẽtiã supioris germaniae noiauit iferiorẽ: ptolomeus germaniã paruã noiat & magnã de qb⁹ supi⁹ satis ac sup. ¶ Titi iunii: de potẽtia titi iunii ap pricipẽ galbã atea dictũ ẽ. ¶ Suffragio. fauore. ¶ Factiõis: suae fauorẽ: alii codices hñt fautorẽ: ut itelligas uitelliũ usũ fautorẽ uitelliae factiõis ad cõciliãda sibi titi iunii beniuolẽtiã. ¶ M. AN. ¶ Staguũ: pro argento. s. supposuit: nã etus metalli genus quoddã argẽta iũ dicit illitũ stagnum aereis uasis saporẽ gratiorẽ facit: nec qđ mirũ ẽ pondus auget. plinius est auctor. ¶ Auricalchum: ab auro & aere nomẽ factũ χαλκον graeci aes dicũt. ¶ Captũ altero oculo: luscũ: alterius oculi uisu priuatũ. ¶ Si de potestate patris exisset: si emancipatus esset. ¶ Manumisit: emãcipauit ut hereditatẽ adiret. ¶ Insimulatũ filium. ¶ Parricidii. quasi sibi patri necesse eẽt machinatus. ¶ Ad scelus: ad se perdẽdũ. ¶ Hausisse: petroniũ ipsum. ¶ Tulit: habuit accepit. ¶ Titubantia: linguae titubatione quũ loqui conaret. ¶ Cõtra opinionem ipsius an uulgi dixerit in dubium uenire potest: sed melius id ad uulgus referas. ¶ T. iunii: tacitus titi iunii potentia defensus praetexentis seruatã ab eo filiam. ¶ Et cui. T. siue iunio: uel potius galbae.

¶ PHi. ¶ De'atũ ad finẽ muneris. Corrige dilatum & itellige protractũ prolongatũq; ut dici solerat nouissimus in spectaculo gladiatorio depugnaret: sensus é. Vitellius furtim clanculũq; surripuit asiaticũ lanistæ: cum extremo loco productus digladiari deberet in spectaculo gladiatorum. ¶ Surripuit: furtim subtraxit: unde a plauto puer subruptitius dictus qui a mercatore subreptus fuit duto iter homines abertasset a pre. ¶ Prouincia accepta: germania inferiore. ¶ Primo imperii die. significatur dies ille quo primũ nuncium accepit de bebriacẽsi uictoria & othonis morte: tũc enim ut dudũ retulimus postulauit exercitus a uitellio ut libertũ suum asiaticum equestri dignitate donaret: qui militũ adulationem uelutĩ inhonestã compescuit: deinde ex ingenii mobilitate quod palã abnuerat inter secreta conuiuii largitus é honorauitq; asiaticũ anulis mancipiũ ut tacti uerbis utar fedũ & malis artibus ambitiosum. ¶ Cũctos toto exercitu rogante ut asiaticus equestri dignitate donaret. ¶ Talẽ macu ãtanq asiaticus equestri dignitate donatus illum ordinẽ eét maculaturus polluturusq; quodã quasi dehonestaméto: nã ut inquit elegãter hierotiymus triumphi interdũ triũphantiũ sordibus polluuntur. ¶ Luxuriæ: nomie luxuriæ signat imodicam profusionem luxũq; epularum & gulæ inexplebilis. ¶ Trifariam: in tris partes sicut quadrifariam in quattuor. ¶ Ientacula: qui primus ieiuniorum cibus est: quo peculiariter pueri utuntur: prisci prandicula uocauerunt. græci ἀκρατισμοὶ καὶ ἀκρατίσματα dicuntur: scribit aristoteles in nono de animalibus aquilam non uenari nec operari: sed quiescere. μέχρι ἀκρατίσματος: idest usq; ad ientaculũ. Interpres aristotelis interpretatus é dum prandendum sit. ¶ Comesationes: De comesationibus ante dictũ etiam hoc loco comesationes proprie significantur cibi potusq; qui post cenam ex luxu sumũtur: comessari enim proprie est post cenã epulari: quod in domitiano aperte significat cũ ait cõuiuabatur frequenter & large: sed pene raptim certe nõ ultra solis occasum: nec ut postea comesaretur. Consimiliter liuius libro quadragesimo refert demetriũ post cenam qua sodales acceperat dixisse: quin comesatũ ad fratrẽ imus? Idem post paulũ ait. cõmessatores tanq ad cedẽ suam uenientes aditu ianuæ arcerẽt: conuiuã separat a cõuiuatiõe: tãq conuiua ad conuiuiũ cenãq; uocet: comesator uero post cenã ad comesationẽ: sic. n. loquitur apd eundem perseus criminãs fratrem demetriũ. cõuiuã me tibi cõmittere ausus nõ sum: comesatorẽ te cũ armatis recipiã? ab eodẽ comesatio usurpatur in hoc significatu: quo apud tranquillũ accipitur ut. s. accipiat p postcenia: cur. n. nõ liceat nobis dicere postceniã sicut licuit ueteribus dicere antecenia & domiceniũ. Interdũ comesatiões uocant generali uocabulo epulatiões cõpotationesq; cũ luxuria & crapula ueluti uoragines mẽsarũ: unde comesabundus alexãdri magni exercitus dicit a quinto curtio: quasi indulgẽs pter modũ & extra ordinẽ prodigis epulis gulonũq; escariæ uoluptati. In decretis canonicis di. xliiii. comessationes culpantur tãq noxiæ no solum sacerdotibus: sed etiam laicis. augustinus quoq; comesationes & ebrietates tolli iubet no aspere neque duriter sed monendo magis q minando: docẽdo magis q iubẽdo. In alia significatione comesationes accipiuntur apud aristotelem: tanq sint conuiuia ex collatione simbolisq; cõfecta: quæ lacedemonii phiditia cretes andria nuncupauerunt: unde ait in secundo politicorum comesationes phiditia nominant lacedemonii apud quos unusquisque conferre habet: & si sunt pauperrimi. qui uero comesationum eé participes nequeunt: hi ad rei pu. gubernationem non admittuntur. idem in. vii. politicorum tradit hanc comesationũ institutionem esse oppido q uetustam: quæ in creta facta est regnante minoe: sed multo prius i italia comesationes institutæ fuerunt ab italo rege oenotriorum. oportet autem ut inquit idem Aristoteles ad harum comesationum communionem admitti ciues uniuersos: cum tamen non facile sit ut pauperes contribuere statutam pensionem possint. Ideo autem phidicia dicuntur a lacedemoniis conuiuia comesationesq; qa scilicet φιλικά idest amiciciæ & humanitatis ea sint: X. pro. λ. accipiendo: siue qa ita consuescerent ad parsimoniam & frugalitatem quæ græce dicitur φειδώ. Tertiam quandã ethymologiam affert plutarchus in licurgo. Andria uero appellauerunt cretensium conuiuia quasi dicas uirilia: ex eo q ἄνδρες idest uiri adultæ etatis ad ea uocabantur: de quibus multa Strabo in. x.

¶ M. AN. ¶ Dilatum: apud lanistam tã diu relictũ. ¶ Ad finẽ muneris: ad id tps usq; quo a lanista producẽdus erat in arenã: aut certe ad gladiatorii muneris exitũ. ¶ Surripuit: clãdestine rapuit. ¶ Manumisit: libertate donauit. ¶ Aureis annulis: equestri dignitate. ¶ Talem maculam: ut homini tam sordido honestissimum ordinem contaminaret. ¶ Sufficiens ad tot epulas ingurgitandas.

Subruptitius

Triumphi triũphantiũ sordibus poluũtur

Ientacula

Pradicula

Acratisma ta

Comesationes

Comesatõ

Conuiuia

Comesator

Postcenia

Antecenia

Domicenium

Phidicia

Andria

Ritus comesationũ uetus.

de uomitu

¶PHI. ¶Vomitandi consuetudine: Seneca luxus & gulæ obiurgator accerrimus ait edūt ut uomāt: uomūt ut edāt: asclepiades dānauit uomitiōes crebriores. Cor. celsus: uomitū hyemeq̄ estate utiliorem esse p̄didit: uerū luxuriæ cā fieri nō oportere cōuenit: sed ualitudinis q̄ uomere bis ī mēse uult uteli⁹ melius cōsuler si biduo cōtinuauerit: q̄ si post qntū decimū uomuerit: seneca taxat uomitores: sic. n. appellāt q̄ uomūt ut mox refaciāt: talis erat uitellius: q̄ qđ turpiter igesserat turpius egerebat: nimirū tales geniti sunt ad uiā & cibaria pdēda: cū fedissimū sit: stomachi sui nō nosse mēsurā. ¶Indicebat: denunciabat: prisci ī eadē significatione usurpabant cōdicebat

Vomitores

¶Aliud alii: Vt apud alium prāderet: apud aliū cenaret: apd aliū romesaret: solebat heliogabalus quoq; id gen⁹ cōuiuia celebrare: ut ap amicos singulos singuli ferculorū missus appararētur. ¶Singuli apparatus: ientaculorum uel prādiorum uel cenarum uel commessationum.

uomitādi cōsuetudīe: īdicebat āt aliud eadē die: nec cuiq̄ minus singuli apparat⁹ q̄drigenis milib⁹ nūmū cōstitcrūt: famosissima sup ceteras fuit cœna ei data aduētitia a fratre: ī q̄ duo milia lectissimorū pisciū: septē auiū apposita tradūt hāc quoq; exupauit ipse dedicatione patinæ quā ob immensam magnitudinē clipeū Mineruæ ἀιγιχάπολιούχου dictitabat, ī hac

Cena aduētitia

¶Cena aduenticia: aduenticiam intelligit cenam quæ data fuit uitellio a fratre suo in urbem aduentu. marcialis eleganter aduentoriā appellauit epistolā: q̄ aduētāti amico obuiā mittit. ¶Famosissima: memoratissima qđē & celebratissima: sed reprēsibilis magis q̄ laudabilis. ¶Lectissimorū: p̄ciosissimorū. ¶Septē auiū scilicet milia. De hac cena sic refert eutropius. Notissima certe cena memoriæ mādata ē: quā ei Vitellius frater exhibuit: ī qua super ceteros sumptus duo milia pisciū: septē milia auium apposita tradūtur.

Patina uitelli.

¶Dedicatione patinæ: De hac plinius in. xxxv. scribit hæc: at hercules: uitellius ī pricipatu suo ductis sex tertiis cōdidit patinā: cui faciūdæ fornax ī cāpis exedificata erat: quoniā eo puēit luxuria ut ēt fictilia pluris cōstēt q̄ murrhina: pp hāc patinā mutianus exprobrauit: patinarū paludes uitellio. ¶Clipeū mineruæ: clipeum mineruæ a rotūditate uidelicet & enormi magnitudīe patinā appellabat: cū clipeo āt mineruā pigi notissimū ē uel illo nasonis testimōio: at sibi dat clipeū dat acutæ cuspidis astā. Cur āt cū clipeo minerua formetur: cā hæc ē ut eruditi autumāt: qđ orbis q̄ sub clypei specie figurat: regit a sapia: martianus: hic tibi dat clypeū sapia q̄ tegat orbē. ¶αιγιχάπολιούχου: ad est egida patrōi ciuitatis: uitellius græco uocabulo patinā noiauit ἀιγιχαπολιούχου: q̄si scutū iouis custodis urbis: ab amplitudie & orbiculariōe: egis āt scutū ē iouis: uñ egiochos a græcis cognomiatus q̄si tenēs egida: quis qdā iouē egiochō iterp̄tēt q̄si a capra nutritū: de egide iouis dixit maro ī. viii. credūt se uidisse iouē cū sepe nigrātē egida cōcuteret dxtra nibosq; cieret. ubi exposuit serui⁹: egida eē pellē capræ amaltheæ nutricis iouialis: quā ī sinistra iupiter tenet: hig in⁹ li. đ signis iouē egiochū dictū eē tradit ppea q̄ egos. i. capræ pelle tect⁹: quā egida greci appellauerāt: titanas superauerit: regnūq; sit adept⁹: potes si libet hoc totū referre ad egida mieruæ: tāq̄ uitelli⁹ appellauerit patinā suā clipeū mieruæ & egida πολιούχου. i. mieruæ urbis patrōæ: mineruā āt egide armari q̄s ignorat: q̄ uel saltē legerit illđ uirgilianū: egidaq; horrificā turbatæ palladis arma: egis uero pp̄ric ē munimētū pectoris æreū hñs ī medio gorgōis caput: qđ munimētū ut iqt serui⁹ si ī pectore nūnis fuerit egis uocat: si ī pectore hoīs: sicut ī antiqs īpatorū statuis uidemus: lorica dr: hāc differētiā signauit: martialis quoq; sic scribēs: dū uacat hæc cæsar poterit lorica uocari: pectore dū sacro sederit egis erit. egida āt a clipeo dīr etiā docet ouidi⁹: cū i. vi. metamorphoseos: de pallade loquēs ait. At sibi dat clypeū: dat acutæ cuspidis hastā: dat galeā capiti: defendit egide pectus: patrōa āt urbiū ē: q̄ ī arce tēpla ueteres palladi sacrarūt: cui⁹ rei cām dicit eē marcian⁹ ī hymno palladis: qđ rō amplificet q̄ q; ē elanor urbes. & ī egide medusā saxifica ideo gestāi memorat: q̄ pauidū stupidet sapiēs solertia uulgus: & quonīā icidim⁹ ī egidis mētionē ueluti ī trāscursu referēda sunt q̄ tradit herodot⁹ ī. iiii. historiarū q̄ ait græcos mutuatos eē ab aphris egidas mieruæ: qppe apđ aphros fiūt uestes pelliceæ ad instar egidis fimbriatæ a q̄bus egeis. i. caprinis pellibus egidas græci noīauerūt: sed iā ad institutū redeamus.

Cur clype⁹ mineruæ

Egis.

Egiocus iupiter

Egis mieruæ

Lorica

Cur medusa ī egide

Egides a pellibbus caprinis

¶Scarorū iocinora cōmiscūt. speciati enumerat esculētiora cibaria: q̄ ī uitelliana patīa fuerūt cōmixta. ē aūt scar⁹ piscis: q̄ sol⁹ dr rūmare herbisq; uesci ñ aliis piscib⁹: huic rpe plinii dabaī pricipat⁹ ī honore mēsarū. Tiberio claudio pricipe optat⁹ eliptius scaros aduectos ex mari carpathio iter hostiēsem & cāpaniæ orā sparsos dissemiauit. miro ac nouo exēplo ut iqt macrobi⁹ pisces ī mari tāq̄ ī terra fruges aliqs dissemiare. Oui. pdidit ī eo uolumie: qđ halieuticō. i. de piscatoriis iscribit: scaꝝ iclusū nassis ñ frōte erūpere: nec ifestis uiminib⁹ caput iserere: sed auersū caudæ ictib⁹ crebris laxaī fores atq; retrorsū ita erūpere: quē luctatū ei⁹ si forte alius scar⁹ extrisec⁹ uideat: aphēsa mordic⁹ cauda adiuuaī nix⁹ erūpētis: qđ āt iocīora scaroꝝ & uiscera iucūdioris sint saporis idicat martialis: q̄ sic ait ī xeniis: hic scar⁹ equoreis q̄ uenit obesus ab undis: uiscerib⁹ bon⁹ ē cætera uile sapit: de scaris piscib⁹ tāq̄ bōitate saporis pcellētib⁹ ait orati⁹ ī epodo magis ue rōb⁹ aut scar⁹: si quos eois itonata fluctib⁹ hyems ad hoc uertat mai: đ scaris ait abrosi⁹ ī. v. examerō: dēq; ñ rūmāt pisces: sol⁹ m̄ scar⁹ ī iis rūmāre phibet: ut ferūt: qb⁹ aut euētus aut usus fuit aut studiū talia cōphēdeī. ait qntilian⁹ scaꝝ ī capi ī nro mari at eūdē capi ī siculo docet petroni⁹ arbiter cū ait: igēiosa gula ē siculo scar⁹ æquore mersus ad mēsā uiu⁹ pducit.

Scaurus piscis

halieutica ouidii

Scarus sol⁹ ruminat

r¶M. AN. ¶Vomitandi consuetudine: crebro uomitu stomachum leuabat Pli. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ. ¶Indicebat: denunciabat. ¶Aliud alii: huic prandium illi cœnam. q. d. alii alia diei hora se conuiuam affuturum prædicare huic mane illi uesperi. ¶Nec cuiquam eorum cui prandium aut cœnā indixerat. ¶Famosissima: pter ceteras infamis. ¶Aduentitia: sub ipsius uitelii aduentū possēt nec septe aduētitia legi: ab exotericis obsoniorū apparatu. ¶Septē auiū: milia repete. ¶Dedicatiōe patinæ: Plinius Clodii Aesopi tragici histrionis patinam celebrat sexcentis sestertiis taxatam.

¶PHI. ¶Iecinora: declinatur a grammaticis iecur iecoris & uel iocinoris: qui genitiuus ut ait priscianus in sexto uidetur a nominatiuo iocinus: qui in usu nõ est inclinatus: plinius sex uictimarum iocinora tepli cata intrinsecus reperta sunt: diminutiuum iecoris ẽ iecusculum. Cicero in .ii. de diuinatione. Nam & musculorum inquit iecuscula bruma dicunt augeri. ¶Fasianorum & pauonũ cerebella: scribit lampridius heliogabalũ exhibuisse palatinis igẽtes dapes: q̃ erãt referte cerebellis phenicopterorũ & cerebellis turdorũ & capitib⁹ psitacorũ & fasianorũ & pauonũ. ¶Phenicopterorũ: apitius nepotũ altissimus gurges līguã phenicopteri auis precipui saporis esse docuit: sicut ante dictum est. Seneca. nõ desideras mi͂liarios apros nec linguas phenicopterorum & alia portẽta luxuriæ: miliarii apri ut senecæ uerbum itelligas dicuntur a pondo mille librarũ quorum meminit. M. Varro in tertio de re rustica. ¶Murenarũ lactes: lactes auctor prisciano partes sunt intestinorum a græco galactos dictæ: cuius singulare est hæc lactis: titinius: craticula cerebellum lactis agnina: plinius sentire uidetur lactes dici tantũ i ouibus & hominibus: sic enim ait in .xi. ab hoc uentriculo lactes in oue & homine: per quas labitur cibus: plautus agninis lactibus unciendum esse dixit fugitiuum: tanquam escaria uincla cæteris sint ualentiora persius superstitiones sale satyrico perfricãs ait: emeris auriculas pulmone & lactibus unctis. murenas autem pisces esse ex genere longorum nullus ignorat: licinius macer murenas tantum feminini sexus esse tradit & concipere ex serpentibus: animam i cauda habere autumat plinius: eaq; icta celerrime exanimari at capitis ictu difficulter: murena infixa hamo inuertit se: quoniam sit dorso cultellato: spinaq; lineam presecat: murenas in honore epularum maximo fuisse indicat uel ille satyrici poetæ uersus. Virroni murena datur: quæ maxima uenit: gurgite de siculo. Illic eni optime a prefectis gulæ esse creduntur: nã tãq; auctores murenas e freto siculo nobilitarunt. Marcus Varro & Columella flutas appellant q̃ in summa aqua præ pinguitudine fluitẽt: lactes autem murenarum cum primis numerantur inter edulia Ganeæ: ex luxu immodico heliogabalus rusticos pauit murenarum lactibus & luporum. ¶A parthia usq;: quidam a carpathio legendum censent: tanquam e mari carpathio id genus pisces prætiosi expeterentur: illic enim scarus imprimis ut ait plinius fuit frequens: si uero legimus a parthia: sicut passim legitur intelligemus ingluuiem uitellii imodicam & enormẽ significari: qui usq; a parthicis regionibus orientem uersus: & a freto athlantico ad occidentẽ uersus gulæ irritamẽta perquirebat: in quam sententiã est illud a columella cum censoria castigatione depromptũ libro nono agricolationis: ponticum phasim & scythica stagna meotis eruunt. iam nunc gangeticas & egyptias aues temulenter eructant. Cor. tacitus taxans gulam uitellii sic scribit. Epularũ foeda & iexplebilis libido: ex urbe atq; italia irritamẽta gulæ gestabant strepẽtibus ab utroq; mari itineribus: mẽdosa dictio est in codicibus taciti: nã pro epularum corrupte legitur epistolarũ. ¶Per nauarchos: nauiũ p̃fectos: dictio grecanica est: qua latini utuntur: Cicero in uerrinis: sumptum omnem in classem frumento stipendio ceterisque rebus nauarcho suo queque ciuitas semper dare solebat: idem alio loco implorat nauarchi fidem. ¶intempestiue gulæ: quæ ante legitimum statutũque edendi tempus ardescit in cibos: dicitur intempestiua. scribit Gregorius qd in canonicis decretis repetitum est. Di. ultima de consecratione. uitio gulæ nos tentari: quando indigẽtie tempora preuenit & cibos lautiores querit: nonnunquam etiam gula culpæ obnoxia est: cum ipso æstu immensi desiderii etiam uiliora cibaria esurienter inuadit. in uitellio utrunque gulæ uitium erat reprensibile: nam cum & tempore non congruente cibum caperet erat intempestiuæ gulæ: cum uero absoniis semesis priorisque diei non abstineret erat sordidæ gulæ criminosus. ¶Ne in sacrificio quidem temperauit: hoc ad intempestiuam gulam pertinet: quæ tempore non congruente & hora prematura ardescebat in cibos.

scarorum iecinora. fasianorum & pauonum cerebella: linguas phenicopteri murenarum lactes a carpathio usq; fretoq; hispaniæ per nauarchos: ac triremes petitarum commiscuit. Vt autem homo non profunde modo: sed intempestiue quoq; ac sordidæ gulæ: ne in sacrificio quidem unquam aut itinere ullo tẽperauit: quin iter altaria ibidẽ statũ

¶M. AN. ¶Scarorum iocinora: Marl. Hic scarus æquoreis qui uenit obesus ab undis. Visceribus bonus est cætera uile sapit. ¶Cerebella: a cerebro cerebellum. Quid phasianæ aues: quid pauones: qd phœnicopteri sint: alio est loco demonstratum. ¶A parthia usque: sic omnia habent exemplaria: sed mendose: ut uel mediocriter geographiæ peritus: si altiuscule sensum rimetur depræhendat: nã quo pacto a parthia per nauarchos potuit Murena peti: quod mare parthiam alluit: aut si hyrcanum aliqua ex parte: quam classem: quos nauarchos in hyrcano mari Romani unquam habuerint: aut quando romani parthiæ imperarunt: uel quis scriptor dixit unquam murenas ex parthia petitas: nec est cur ad phasianos: pauones: & phœnicopteros id referas: quum ne ipsæ quidem aues in ea terra prouenìant. Plinius phalerides aues in seleucia parthorum aquaticarum laudatissimas nasci tradidit. Placet igitur ita corrigi: ut a carpathio fretoque hispaniæ legas: cui nostræ opinioni Columella astipulatur. Sola inquit ille ex præciosis piscibus Murena: quamuis tharthesiaci carpathiiq; pelagi. quod est ultimum uernacula: quo uis hospes fretro peregrinum mare sustinet: hæc ille: quibus uerbis aperte colligitur: aut hanc quam proposui emendatam esse lectionem: aut certe aliam ab ea quæ inuoluit longe diuersam. ¶Intempestiue: alieno etiam tempore luxuriantis. ¶In sacrificio: interim cum sacrificaret.

Iocinus
Iocineris
Iecusculũ
Miliarii apri.
Lactes murenarum
Lactis
Lactibus unctis
Murenæ
Dorsum cultellatũ.
Flutæ.
Correcta dictio apud Tacitum
Nauarch⁹
Gula intẽpestiua
Vitium gulæ.

uiscus & farra pene rapta e foco manderet; circaq; uiarum popinas fumantia obsonia uel pridiana atq; semesa.

De sæuitia & crudelitate eiusdem.

PRonus uero ad cuiusq; & quacunq; de causa necem atq; supplicium. Nobiles uiros cõdiscipulos & æquales suos omnibus blanditiis tantum nõ ad societatẽ ĩperii allicefactos uario genere fraudis occidit: etiam unum ueneno manu sua porrecto ĩ aquæ frigidæ potione quam is affectus febre poposcerat tum fœneratorũ & stipulatorum publicanorumq; qunq̃ſe aut Romæ debitũ aut ĩ uia portoriũ flagitassent: uix ulli pepcit. Ex qb⁹ quẽdã ĩ ipsa salutatione supplicio traditũ statiq; reuocatũ cunctis

¶PHI. ¶Viscus: carnes holocaustorum: uiscera enim nõ tãtum ĩtestina dicimus: sed quicquid sub corio est: unde & uisceratio dicta: cuius supra meminimus: est autem nominatiuus singularis: ut ait seruius hoc uiscus huius uisceris: quod lucretii auctoritate fulcitur scribentis libro primo de rerum natura: uiscus gigni sanguenq; creari: ubi annotandum est sanguen a lucretio dici ut carmẽ: sicut a Catone quoq; usurpatũ esse obseruauimus: qui ait defatigatum uulneribus atq; spirantemq; sanguen omne defluxerat cognoue ie. ¶Farra: quæ in sacris adhibebantur. ¶E foco: quoniam ad rem diuinam nisi tostũ far non adhibebatur. nam ut ait plin. i° .i. xviii. numa pompilius istituit deos fruge colere & mola salsa supplicare atq; far torrere: statuitq; non esse purum ad rem diuinã nisi tostum: idem fornacalia istituit farris torrẽdi ferias. ¶Fumãtia adhuc feruentia: cum tam diu tẽperandum sinut feruor illeitollerãdus deferuescat: uitelli⁹ cuius palatum erat occallosum moræ impatiens inuadebat appetẽter dapes adhuc fumantes. ¶Vel pridiana: hoc ad sordidã gulam uitelli referas: q etiam dimidiata obsonia quæ priori die superfuissent in popinis mãdere non erubescat: merito egesippus libro quarto inqt. uitellius epulabatur: qui si diutius uixisset luxuriæ sumptibus & pretio mensarum Romani imperii opes abligurisset: apud eundem ait cecina uitellium nihil aliud nisi uino solutũ esse & inter conuiuia pridianas semper ructantem epulas: nisi ut ebrius pereat sine sensu doloris: idem uitellianam uoraginem uocat hanc uitelli ingluuiem ¶Cõdiscipulos: græci σ'υμμάφητ ασ' uocant inde condiscipulatus dictus pro institutione sub eodẽ preceptore. ¶Equales: coeuos: quos græci σ'υγχ ρονου'σ dicunt quasi contẽporaneos. ¶Tantum nõ: etiam nõ: ita enim uidetur exponendum: potius q̃ a cõtrario super qua particula subtiliter perpenseq; disseruimus in superioribus. ¶Allicefactos: pellectos attractos iductos. ¶Etiam unum. s. occidit. ¶In aquæ frigide potione. ita necatus ẽ Alexander magnus: cui philippus & iolas regii pregustatores in aqua frigida uenenũ propinquarunt: britanico quoq; in aqua frigida uenenum a ministris datum est. ¶Affectus febre: calida febris uisceribus infusa: q̃rit ardoris estuantis refrigerationẽ inuitatq; febricitantem ad frigidam aquam appetẽdam: quæ nõ semper noxia est: cum sæpe remedia cõtraria prosint. ubi solita non profuerunt: hinc legimus petronem medicũ dare solitũ in potu aquam frigidam febricitantibus qui si mouetat sudorem explicuisse se egrum indicabat: si non moueret plus etiam aquæ frigidæ ingerebat: asclepiades quoq; aqua frigidam tẽpestiue dando egros curabat. ¶Tum feneratorum: or do ẽ uix pepercit ulli feneratorum & stipulatorum publicanorũq; de feneratoribus publicanisq; ante dictum ẽ: stipulatores uero dicitur: qui per interrogationem obligãt promissorem: hæc enim duo stipulator & promissor opponuntur: quod persepe docent iuriscõsulti & maxime libro. xlv. digestorũ titulo de uerborũ obligationibus: ẽ autem stipulatio uerborum conceptio: quibus is qui interrogatur daturum facturumue se id quod interrogatus est responderet: & ut inquit eleganter ulpianus turpes stipulatiões nullius sunt momẽti: illud obseruandum est q uerbum hoc stipulor in actiua significatiõe quõ & passiua ablatiuo coniungitur: dicimus enim stipulor a te: pro interrogo te: & interrogor a te. Iuuenalis quantum uis stipulare & protinus accipe qd do. & subauditur. a me stipulare ĩ actiua significatiõe: & priscianus allegat Suetonii testimonium ex libro quarto prætorum: ubi stipulari passiua significatione dictũ ẽ: lectori a inqt quæ uetat minorem annis. xxv. stipulari: plautus quoq; passiue dixit: nisi dolo malo instipulatus sis. ¶Romæ debitum: ad feneratores & stipulatores referendum. ¶Aut in uia portorium: hoc ad publicanos pertinet: portorium enim ut inquit Nonius dicitur merces: quæ portitoribus datur: & est uectigal qd' soluitur portitoribus: idest publicanis: portitores sunt etiam telonarii magistrique tributorum: q operam in portu dabant inferendarum rerum & efferendarum uectigal exigentes: plautus in asinaria: ego pol istum portitorem priuabo portorio. ¶In ipsa salutatione: in officio imperatoriæ salutationis: de qua ait gellius in uestibulo edium palatinarum omnis fere ordinum multitudo operientes salutationem Cæsaris constiterant: salutigerulos appellat eleganter plautus portitores salutationum: qui nonine matronarum ibant salutatum. ¶Statimq; reuocatum: a supplicio cui traditus erat uitelli iussu.

¶M. A N. ¶Viscus: Lucilius. Visceribus uiscus gigni sanguenq; creari: sunt uiscera ut Seruio placet nõ tãtũ ĩtestina: sed quicquid etiam sub corio est. Vergili. Tergora diripiũt costis & uiscera nudant. Lucretius: permixtus uiscere sanguis dicitur & hoc uiscum uisci: sed tunc pro tenaci lentore aucupiis apto. ¶Farra pene rapta foco. plinius: Mola salsa litant farra non habentes: mola ex farre & sale constabat. ¶Fumantia: feruentia adhuc. ¶Pridiana: quæ pridie apposita fuissent. ¶Pronus: transitio a luxuria ad crudelitatem. ¶Condiscipulos: qui sub eodem: quo Vitellius instituti fuerant præceptore. ¶Aequales

Sanguen.
Far tostũ ĩ sacris
Fornacalia
Vitelliana uorago
Cõdiscipulatus
Synchrõi
Allicefactus
Venenum alexãdro ĩ frigida
Frigida febricitantibus data
Stipulatores
ꝓmissores
Stipulatio
Stipulor
Portoriũ
Portitores
Telonarii.
salutigeruli

eiusdem ætatis: quæ duæ necessitudinis causæ potuissent illum ab iniuria reuocare: nisi supra modum seuus fuisset. ¶ Tantum non omnia illis præter cōmune imperium pollicitus. ¶ Alliꝯ factos: multis illecebris allectos. ¶ Frigidæ ad calidæ differentiam: utraq; enim romani utebantur. Martia. Frigida non desit: nō deerit calda petenti. Iuuena. Gelidæ calidæq; minister. ¶ Stipulatorum: qui pecuniam rogat quiq; spondet stipulari dicitur: unde stipulatio & stipulator. Vlpianus: tris ait stipulationum esse species iudiciales cautionales & communes: quarum cautionales fiunt: ut quis cautior fit iterposita stipulatione. ¶ Portorium merces: quæ portitoribus datur uel uectigal: quod portitori penditur: ē enim portitor q uectigal portus idest portorium cōduxit & qui traducit homines ac uehit ad nauim de portu: uel in portum a naui: uel ad ulteriorem fluminis stagni ue ripam: græca uoce porthmea dicimus. Iuue. Tetrumq; nouitius horret porthmea. ¶ In ipsa salutatione: quum ipsum salutatum uenisset.

clementiam laudantibus coram interfici iussit: uelle se dicēs pascere oculos. Alterius pœnæ duos filios adiecit deprecari pro patre conatos: sed & equitem Ro. proclamantē quum raperetur ad penā hæres meus es exhibere testamēti tabulas coegit: utq; legit cohæredē sibi libertum eius ascriptū iugulari cū liberto ipsauit. Quosdā & de plebe ob id ipsū q uenetæ factiōi clare maledixerāt iterēit cōtēptu sui & noua spe id ausos opinatus. Nullis tñ īfensior q̄ uernaculis & mathematicis. ut q̄sq; deferret̄ inauditū capite puniebat. Exacerbatus qd post edictū suū: quo iubebat intra calē. octobris urbe italiaq; mathematici excederēt: statimq; libellus ē propositus:

¶ PH. ¶ Clementiā laudantibus. est enim prima imperatoris dos clementia: & ut iqt seneca nullū magis clemētia ex omnibus q regē ac principē decet: quam philosophi sic diffiniunt inclinationem animi eē ad lenitatem in pena exigēda: huic cōtrariam impe iti putāt seueritatem: sed nulla uirtus uirtuti contraria est: quid ergo opponitur clementiæ: crudelitas quæ nihil aliud est. q̄ atrocitas animi i exigendis penis: agitur cum uitellius a supplitio destiato quēdam reuocasset: cūcti te uera credentes principem misericordia

Clemētia quid.

Nulla uirtus uirtuti contraria crudelitas

motum id fecisse: laudauerunt eius clementiam perinde ac uirtutem imperatoriam: sed uitellius atrox & sanguinarius ideo illum reuocauerat: ut coram ipso interficeretur: cumq; non foret contentus cede hominum: nisi ipse oculos truculento spectaculo pasceret & oblectaret: hanc spectaudi crudelitatem fuisse i domitiano Cor. tacitus flebili querimonia comploratur: atq; illum nerone fuisse truculentiorem: nā in libro quē composuit de uita iulii agricole soceri sui sic scribit. Nero tñ subtraxit oculos: iussitq; scelera non spectauit. præcipua sub domitiano miseriarum pars uidere & aspicere cum suspiria nostra subscriberentur: cum de notandis tot hominum palloribus sufficeret senus ille uultus & rubor a quo se contra pudorē muniebat. ¶ Pascere oculos: extat apud Cor. tacitum eiusdem uitellii uox seuissima: qua iactauit pauisse se oculos spectata morte inimici nomine blesi. ¶ Alterius pene: sensus ē patrem quendam damnauerat ad capitale supplicium. pro quo cum filii duo pietate paterna extimulati deprecarentur iussit illos pariter cum patre necari. ¶ Equitē romanū: eques romanus in testamento heredē scripserat libertum suum una cum uitellio: uitellius q publicanos puniebat: quorum ordo erat equester: agnatus huius testamenti ad penam rapi iusserat equitem romanum: qui cum proclamaret se indignū esse supplicio: propterea quod heredem principē scripserat. uoluit ut tabulæ testamentariæ exhiberētur: & cum legisset se non ex asse heredem conscriptū: sed sibi coheredem eē ascriptum libertum testatoris: utrunq; iugulari iussit: & testatorem & libertū coheredem. ¶ Venetæ factioni: in superioribus facta mentio est copiosa de ueneta & prasina factione: & cū caligula & nero prasinæ factioni fauerent: uitellius uenetam fouebat & uenetianis erat addictus: sic enim appellantur aurigæ uenetæ factionis: ex quo plebeios quosdam tanquam fautores prasinæ factionis interemit: qui in uenetianos conuitia ingesserant & probra: tanquam id facerent propterea quod ipsum uitellium contemnerent & spe nouarum rerum alerentur. ¶ uernaculis & mathematicis: quidam iunctum legunt subdata particula copulatiua: uernaculis mathematicis: ut intelligas uitellium infensum fuisse mathematicis genethliacisque non alienigenis: sed indigenis & romæ natis: quod si disiunctim legas uernaculis & mathematicis: utrunq; intelliges uitellium infensum fuisse seruitus romæ natis: quos uernas & uernaculos uocant: & mathematicis: quod genus hominum merito inuisum esse debet utpote infidum fallax atq; maledicum. ¶ Deferretur: accusarent. ¶ Inauditum: contra legem: quæ ut inquit egesippus uetat inaudi tos exitio dari. ¶ Vrbe italiaque excederent. Cor. tacitus meminit huius edicti uitelliani: quo pulsi italia mathematici sunt: alibi memorauimus: quemadmodum mathematici sepe ex urbe & italia pulsi fuerint: quod genus hominum potentibus infidum sperantibus fallax est: quod ut utar taciti uerbis in ciuitate nostra & uetabitur semper & retinebitur. ¶ Libellus est propositus: publicatus & in propatulo affixus sine auctoris nomine.

Venetiani

Mathematici inaudici

Mathematici pulsi italia

¶ M. AN. ¶ Hæres meus es: constitui te heredem. ¶ Cohæredē: hæreditatis participem. ¶ Libertū eius dānati eqtis. ¶ Venetæ factioni: cui ipse fauebat de aurigarum factionibus abunde supra. Capitolinus: Venetæ factionis homines uenetianos dixit: multas inquit a uenetianis passus est iniurias. ¶ Contēptu sui: sui inuidiam. ¶ Noua spe: nouarum rerum fiducia. ¶ Vernaculis mathematicis: astrorum peritis romæ natis: nam si disiunctim uernaculis & mathematicis legas: nil ex priore dictione sequitur nisi oraculis pro uernaculis quis legendum dixerit. ¶ Propositus: in publico sine certo auctore positus.

& chaldeos dicere bonum fatum ē ne Vitellius germanic⁹ intra eundem calēdarū diē usq̃ eēt. Suspectus & in mortem matris fuit q̄si ægre præberi cibū prohibuisset; Vaticinante Catha muliere; cui uelut oraculo acquiescebat; ita deinde firmiter ac diutissime imperaturū si superstes parēti extitisset. ut alii tradunt ipsam tedio præsentium & iminentium metu uenenum a filio impetrasse haud sane difficulter.

De apparatu exercit⁹ cōtra Vespasianū & aliis gestis eius.

Ctauo imperii mense desiuerunt ab eo exercitus mesiarū atq; pānoniæ; item extrāsmarinis iudaicus & syriacus; ac pars in absentis pars in præsentis Vespasiani uerba iurarunt. Ad retinendum ergo cæterorū hominum studium ac fauorem nihil non publice priuatimq; nullo adhibito mō largitus ē. Delectū quoq; ea cōditione in urbe egit; ut uolūtariis non modo missionē post uictoriam sed ēt ueteranorū iustæq; militiæ cōmoda polliceret̄. Vrgēti deinde terra mariq; hosti hinc fratrem cū classe ac tyrōibus

¶PHI. ¶Chaldeos: mathematicos: de quibus ante dictum est: uerba aūt hæc in libello proposito cōtinebātur quod dicerent chaldei: idest mathematici bonum fatum & felix futurum romano populo: ne uitellius uiuus peruenire ad Cal. octobres: quod tempus præstituerat mathematicis pellendis. ¶Vitellius germanicus. supra memorauimus uitellium cognominatum fuisse a militibus germanicum: quando in germania cōsalutatus fuit imperator: qui filium quoq; infantem germanicū appellauit. ¶Suspectus in mortem matris tanq̄ maternæ mortis ipse auctor & molitor extiterit. ¶Aegre. egrotanti matri q̄ sextilia nominabat femina pbitate cōspicua. ¶Catha mulier: cathi populi sūt germaniæ iuxta herciniam siluam sicut historici prodiderunt: germani uero messe aliquid sanctū & prouidū feminis suis putant: quarum nec consilia aspernant nec responsa negligunt: uū oliauriniam & cōplures alias uenerati sunt germani tanq̄ deas tradit. Cor. tacitus uidisse se sub diuo uespasiano ueledā diu apd plerosq; numinis loco habitam cuius meminit papinius in primo siluarū. sic scribēs captiuæq; preces uelede: quæ maxima nuper gloria: sensus est: mulier germana ex gente cathorum fatidica prædixerat uitellio illum firmiter imperaturū: si matri superuixisset: ex quo suspitio orta est uitellium īperandi causa ob id uaticiniū fatidicæ mulieris germanæ matrē necasse: itaq; hoc in loco catha mulier significat germana fatidica ex cathis populis: alias uero Catus dicitur acutus: inde cata dicta acuta ut interpretat̄ M. Varro & hinc sestus helius ob iuris ciuilis periciam catus dictus: nō tā quod esset sapiens quam q̄ eēt acutus. porphirio apud oratium catum significare ait doctum & expertū: plinius dixit in. vii. reliquis animi bonis præstitere & apud ceteros mortales sapientia: ob id cati corculi apd romanos cognomīati: sed hæc de catis significāt nihil ad hunc locum. ¶Tedio præsentium: uidetur tacitus astipulari huic sententiæ: cum ait sextiliam uitelliorum matrem nullis fortunæ illecebris in gaudium euectam domus tantum aduersa sensisse: idem eiusdē mortis meminit nulla insimulatione filii uitelii: sic enim inquit erat illi & fessa etate parēs. quæ tamen paucis ante diebus opportuna morte excidium domus puenit & nihil e principatu filii assecuta nisi luctum & bonam famam. ¶A filio: uitellio principe: hictū matrē in capitolio complexus in pricipio sui principatus augustæ nomine decorauit. ¶Haud sane difficulter: tanq̄ sceleratus filius non inuitus porrexerit uenenum mati: quam sublatam extinctamq; esse cupiebat. ¶Desiuerūt: defecerūt rebellaruntque. ¶Exercitus mesiarum: scribit tacitus tertiam decimam legionem prebuisse exēplū ceteris duabus mesiæ legionibus ut desciscerent a uitellio & transgrederentur in partes uespasiani: in panonia uero legiones tam q̄ galbianæ dolorem itamq; bebriacensis pugnæ retinentes haud contanter uespasiano accesserūt & ut ait tacitus mesici ac pannonici exercitus iuncti dalmaticum quoq; militem traxerunt: mesia autē prouītia iungitur pannoniæ: quas mesias pluraliter dixit sicut hispanias & gallias & germanias pluratiuo numero uocitamus: in mesia sunt dardani mesi thraces pontoq; contermini scythæ. ¶Iudaicus & syriacus: Iudaico exercitui preerat Vespasianus: syriaco mucianus: qui Vespasianū impulit ad imperium capessendū. ¶Pars ī absentis: exercitus mesici pannoniciq; ut pote remociores iurarūt in uerba Vespasiani absentis iudaicus uero exercitus iurauit in uerba præsentis: mutianus autem adegit milites syriacos in uerba uespasiani. ¶Nihil: non omnia. ¶Nullo modo: nulla mensura & temperamento. ¶Delectū: militarem. ¶Voluntariis: qui ultronei & sua sponte se uitellio obtulissent. ¶Missionem: honestam intellige: quæ emeritis stipendiis ab imperatore indulgeri solet. ¶Vrgenti hosti: cū flauiani duces a uespasiano premissi ex omni parte instarēt cum litteræ edictaq; uespasiani ad omnes legiones sollicitandas per diuersa loca premitterentur: tandē irruptione hostium atrocibus undiq; nuntiis exterritus uitellius cecinnam ac ualentem expediri ad bellū iubet. ¶Hinc: ex maritima expeditione. ¶Fratrem. L. Vitellius significatur: qui fuit par uitiis fratris & principatu eius uigilantior: qui cum exercitu erat terracinæ. ¶Hinc: ex terrestri.

¶M. AN. ¶Et chaldeos: dicere bonum factum. Mathematicos dicere: quod bono fato ciuitatis futurum esset ut Vitellius & alia quæ sequuntur. ¶Vsquam esset: sed ante eum diem periturus. ¶Suspectus: fuit in suspitionem uenit. q. auctor fuerit tollendæ matris. ¶Aegre: inferme. ¶Catha: cathus ab Horatio, p docto a Cicerone pro sapiente accipitur: sed & callidus ardens ingeniosus cathus dicitur: unde uideri po-

Germanicus uitelli⁹

Cati

Feminæ loco deatū apud germanos

Veleda

Catus acutus

Mors matris uitelli.

Mesia prouincia

test Catheꝛ nomen factum: q̃q̃ altera syllaba aspirata ad differentiam fortassis nomen ubiq; notatũ reperio. ¶ Impetrasse: precibus a filio contendisse ut se ueneno tolleret. ¶ Haud difficulter. q. d. libens homo impius id matri præstitit. ¶ Mesiaci: quia duplex mesia superior & inferior. ¶ Ex transmarinis: q transmare erãt. ¶ Pars in absentis uerba: ut mesiaci exercitus: qui longe aberant. ¶ Fratrem. Lucium uitellium.

& gladiatorũ manu opposuit: hinc & bebriacẽses copias & duces: atq; ubiq; aut supatus: aut proditus salutẽ sibi & milies sestertium a Flauio fabio uespasiani fratre pepigit: statimq; ꝓ gradibus palatii apud frequẽtes milites cedere se imperio quod inuitus recepisset ꝓfessus: cũctis clamãtibus rẽ distulit: ac nocte ĩterposita prĩo diluculo sordidatus descẽdit ad rostra. multisq; cũ lachrymis eadẽ uerba ue e libello testatus ẽ. Rursus interpellante milite ac populo & ne deficeret hortante: omnem operãq; suã certatim pollicẽte animũ resumpsit: Sabinumq; & reliquos flauianos nihil iã metuẽtes

¶ PHI. ¶ Bebriacenses copias & duces. cecinam ualentemq; significat: quos expeditionem aduersus flauianos summere iussit una cum illis copiis militaribus: quibus apd bebriacũ othonianos profligauerat: sed ut ait tacitus nõ uigor corporibus: nõ ardor pristinus animis militũ i erat: quos urbanæ delitiæ subneruauerant: ut aq; uideres fluxa uitellianorum arma: segnes equos impaciẽtemq; militẽ solis puluerum & tempestatum. ¶ Vbiq; aut superatus: apd cremonã imprimis superati sunt uitelliani ab antonio prĩo: q erat acerrimus uespasiani partiũ propugnator cum exercitu in italiam ꝓmissus: tũc cremona colonia direpta fuit & incendio cõsumpta: adeo ut solum ueneris templum steterit ante menia: cohortes etiam quas uitellius habebat narniæ sese dederũt ducib9 flauianis. ¶ Aut proditus. imprimis cecinna proditor fuit. q transiuit i partes uespasiani cum exercitu uitellio relicto: fabius quoq; ualens apud insulas stechadas a paulino captus est: qui mox urbini in custodia fuit interfectus galbæ proditor: uitellio fidus & alioꝝ perfidia illustratus a lucilio basso proditam fuisse classem rauenatẽ tradunt: trierarchosq; inuasisse imagines uitellii iam in uespasiunũ inclinantes: classem quoq; misenensem Claudius centurio ad defectionem traxit: crebra trãsfugia uitellianorum uisebantur. ¶ A stanio sabino: hic eo tẽpore: quo bellũ inter uitellianos & flauianos gerebatur: Romæ erat præfectus urbis senecta inualidus: quem uitellius quãuis uespasiani fratrem minime uiolauerat. ¶ Salutẽ & milies sestertiũ. Antonius primus & uarus flauiani duces obtulerunt uitellio salutẽ & pecuniam & secreta campaniæ: si depositis armis se ac liberos suos uespasiano permisisset: preterea uitellius & sabinus Vespasiani frater crebris sermonibus de pace ponendisq; per conditionem armis agitauere: sepe domi collocuti sunt: postremo in ede apollinis pactionẽ fecere adhibitis testibus duobus cluuio ruffo & silio italico quod si tã facile suorum mentes uitellius flexisset q̃ facile ipse cesserat: incruẽtam urbẽ uespasiani intrasset exercitus. ¶ Cedere se imperio: uitellius apud milites suos concionatus pauca dixit & præsenti mesticiæ congruentia. cedere se paci & rei pu. rogando milites: ut memoriam sui continerent: fratremq; & coniugẽ & innoxiam liberorum etate miserarentur: simul filium protendens modo singulis modo uniuersis commendabat lachrymabũdus. ¶ Cunctis clamantibus: lege reclamantibus: ceperunt enim reclamare & recusare: ne cederet imperio. ¶ Rem distulit: de imperio deponendo narrat tacitus uitellium paratum fuisse cedere imperio: si mõ suorũ mẽtes flectere potuisset: sed ut q̃sq; uitellio fidus erat ita pacem & conditiones pacis abnuebãt. Dedecus & pericula ostentantes: si cessisset uespasiano: hortabãturq; ut potius per uirtutẽ effundere ultimum spiritum uellet: q̃ per ludibrium & cõtumelias: sed surdæ ad fortia consilia uitellio aures obruebãtur. ¶ Diluculo: iam luce apparente: unde diluculare est diluculum fieri: gellius id circo die crastino ubi primum diluculabit: fac amicos adeas. ¶ Sordidatus: sordida & squalenti ueste indutus. in hanc sententiam tacitus pullo amictu palatio digreditur mesta circum fama misso ad flauianos duces nuncio: qui subuenint sibi astasque res nunciaret: sordidus ex moribus: sordidatus ex causa dicit. Cicero i pisonẽ. Nec minus letabor tũ te semper sordidũ: q̃ si paulisper sordidatũ uiderem. ¶ Ad rostra: ut pro rostris cõtionaretur: mox interpellatus e rostris fratris domum petiit: quæ foro iminebat. ¶ Eadem uerba. quibus apud milites usus fuerat ꝓ gradibus palatii dicens se cedere uelle imperio romano. ¶ E libello: in quo perscripta habebat uerba: quæ dicebat tales dicuntur de scripto facere uerba: qui ad libellum respiciunt & de scripto loquuntur: Cicero recitetur oratio: quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. ¶ Rursus interpellante: iterum orationem uitelli intertumpentibus militibus: sicut prius interruperant. ¶ Ne deficeret: ne succumberet languesceretq; animo infracto & meticuloso. ¶ Certatim: pro uiribus. ¶ Animum resumpsit: qui prius metu patiens exanimatusq; defecerat: hortamentis populi militumq; confirmatus: animum alacritatemq; quã iam perdiderat recepit. ¶ Sabinum: fratrem uespasiani. ¶ Flauianos: a flauio uespasiano flauiani dicti eius factionis fautores sectatoresque.

Fluxa uitellianorum arma

Cremona incensa

Nex fabii ualentis

Flauius sabinus

Silius italicus testis i pactione

Diluculat

Sordidus Sordidat9

Flauiani

¶ M. AN. ¶ Aut uictus: nam circa cremonam bis uiteliani uicti: & rursus cremona ipsa direpta. ¶ Aut ꝓditus. cecina. n. a uitelio ad uespasianũ defecit Fabius ualẽs: & ipse ad stheradas ĩsulas oppressus ẽ. ¶ Salutẽ & milies sestertiũ: ut sibi icolumitas tũ ea pecuniarũ summa cõcederet. ¶ Cũ flauio fabio. uespasiani fratre q romæ erat. ¶ Cedere ĩperio: dignitate abire. ¶ Rẽ distulit: sero cessit. ¶ Sordidatus: sordida ueste reorũ more amictus. ¶ Eadẽ uerba: ut i cederet imperio quod inuitus recepisset. ¶ Deficeret: ne fractus animo sibi ipsi deesset. ¶ Flauianos: flauianæ factionis. ¶ Nihil iam: post pactionem. s. cum Vitelio factam.

ui subita in capitolium compulit: succensoq; templo iouis optimi maximi oppræssit quum & prælium: & incendium e tiberiana prospicere domo inter epulas non multo post pœnitens facti: & i alios culpam conferens uocata concióe iurauit: coegitq; iurare cæteros nihil sibi antiquius gete publica fore. Tunc solutum a latere pugionem consuli primũ: deinde illo recusante magistratibus ac mox senatoribus singulis porrigens nullo recipiente quasi in æde cõcordiæ positurus abscessit. sed quibusdam acclamantibus ipsum eẽ cõcordiam rediit: nec solum retinere se ferrum affirmauit: uerumetiam concordiæ recipere cognomen.

De concordia per eũ tẽtata cũ Vespasiano.

S Vasit senatoribus ut legatos cũ uirginibus uestalibus mitterent pacem; aut certe tempus ad consultandum petituros. Postridie responsa operienti nunciatum est per exploratorem hostem appropinquare. cõtinuo igitur abstrusus gestatoria sella duobus solis comitibus

¶PHI. ¶Vi subita: scribit tacitus Cor. Martialem a flauio sabino missum fuisse ad uitellium cum mandatis: ne pacta iam instituta turbarentur: uitellius culpam in milites conferens monuit martialem: ut per secreta abiret: ne a militibus suis interficeretur: erat enim ipse id temporis neq; uetandi neq; iubendi potens nõ iam imperator: sed tãtũ causa belli: uix reuersus erat Martialis in capitolium: quod uelut arcem tutissimam flauiani insederant: cum repente milites uitelliani furentes: nullo duce ascendunt: erecta acie in capitolium: ubi exorto conflictu flauiani uitellianos obruebant tegulis saxisq; nec tamen sisti poterant scandentes uitelliani: tunc capitoliũ clausis foribus indefensum & indireptum conflagrauit: ambigitur utrum oppugnatores ignem tectis iniecerint: atticus consul se capitolini incendii auctorẽ professus est: id facinus post conditam urbẽ luctuosissimũ fedissimũq; populo Romano accidisse auctor est tacitus. ¶E tiberiana domo: quæ fuerat Tiberii. ¶Inter epulas. scribit egesipp' quod uitellius epulabatur: ne amitteret moriturus prandium & redundationibus: ut in extremis solet: mense sibi ultimo dapibus resarciebat': obruebat se uini poculis ut sensum amitteret futuri uel opprobrii uel periculi: eumq; ex conuiuio ad supplicium raptũ eẽ tradit. ¶Pugionem cõsuli: scribit Cornelius tacitus: uitellium exolutũ a latere pugionem porrexisse cõsuli: tare luti ius necis uitæq; ciuium tradẽtem sed aspernante consule & reclamantibus qui adstiterant discessit uelut positurus in ede concordiæ. ¶In ede concordiæ: in superioribus annotauimus quemadmodũ pluribus templis concordia dea romæ fuerat decorata: e lege quæ in tiberio scripta sunt. ¶Ipsum eẽ concordiam: nil apertius hac assentatiõe: qua uitellius dicitur esse ipsa cõcordia dea: cum potius discordia dici debuerit: ut pote auctor ac instinctor discordiarum turbatumq; ciuilium. ¶Ferrum: pugionem: quem in ede concordiæ ponere uoluerat. ¶Concordiæ cognomen: ut uitellius concordia diceretur. ¶Vt legatos: cum uirginibus uestalibus: scribit tacit' uitellium uocato senatu legatos direxisse ad exercitus flauianos: ut prætextu rei pu. Concordiã pacemque suaderent: legati quorum ius sacrum & uenerabile esse solet & debet uiolati sunt adieruntq; extremũ discrimen: qui uenerant ad petilium cerealem unũ ex ductoribus flauianis: tunc uulneratus fuit arulenus rusticus legatione & prætura insignis: ob hoc dixit plinius in primo epistolarum. Arulenum a regulo inimico nuncupatum esse stigmosum uitelliana cicatrice. æquioribus animis accepti sunt: qui ad antoniũ alterum flauianarum partium ducem uenerant: obuiæ uenerũt & uirgies uestales cum epistolis uitellii ad antoniũ scriptis: antonius uirgines cũ honore remisit uitellioq; rescripsit direpta esse belli comertia ob trucidatũ sabinũ uespasiani fratrẽ & icẽsum capitoliũ. ¶Virginibus uestalibus: annotauimus i prio cõmẽtario uirgĩes uestales mitti solitas fuisse depcatrices sicut olim a messalia missæ fuerãt ad claudiũ depcãdũ: sicut cæsari a sylla titũ ueniamq; depcãtes ĩpetrauerũt. ¶Aut certe tempus ad cõsultandũ Virgines uestales postulauerãt ab antonio exiui supremo certamine uniũ diẽ: si hæc mora interiecta fuisset facilius omnia cõuẽtura. ¶Operiẽtiæ expectanti præstolantiq; uitellio. ¶Hostem appropinquare: flauiani tripartito agmie romã accesserunt: plia multa & uaria ĩter flauiãos & uitelliãos ante urbẽ facta. ¶Cõcurrerũt: & i cãpo martio ĩfestæ acies: sed p flauianis fortũa fuit po. roman' aderat spectator tãq; i ludicro certamie. ¶Abstrusus gestatoria sella. Cor. tacitus sic scribit. Viteli' capta urbe p auersã palatii portã auẽtinũ i domũ uxoris sellula defert: ut si diem latebra uitasset teracinã ad cohortes fratremq; perfugeret: gestatoria sella q̃ gestari & deferri a lecticatis solet alio nomĩe gestatorium noiatur: unde illud ex libro secũdo machabeorũ. In gestatorio torquebat' anthiochus. ¶M. A N. ¶Iouis optimi: capitolini iouis: quod tarquinius priscus uouerat: Seruius Tullus: & Tarquinius superbus erexere exactis regibus Horatius puluillus consul dedicauit: quod. L. Scipione: & C. Norbano consulibus incendio absumptum scylla instaurauit: dedicauit uero Luctatius Catullus nouissime præsenti tumultu conflagrauit sceleris auctorem: Acticus se postea est professus. ¶Oppressit sabinũ scilicet qui ad Vitellii conspectum obtruncatus ad gemonias est scalas proiectus: Cornelius est auctor. ¶Tiberiana domo: de qua bis supra. ¶In alios: qui sabinum oppresserunt. ¶Consuli primũ: Quinto Actico. qui tum consul cum eo erat. ¶Vt legatos: cum uirginibus uestalibus Legati missi: Arulenus rusticus: q uiolatus ẽ: & Mussonius ruffus. hic est rusticus ille: quem sticmosum Viteliana cicatri-

Capitoliũ cõflagrauit.

Stigmosus uitelliana cicatrice

Fortuna p flauianis

Gestatoria sella

ea Regulo appellatum: pli. in epistolis ait: quippe qui in. L. Vitelii inuidiam uulnus a flauianis accepisset qq legatus & ptor in altera castra uirgines uestales summo honore ab Antonio: q alteris castris perat: acceptae ac dimissae sunt bina. n. flauioꝝ castra urbi iã admota erãt qd ad uestales uirgines attinet uident mihi romani ueteres qd alio loco diximus illaꝝ ope usi in depcanda poena & gra recõciliãda. qd & Cice. plane demõstrat Gelli exẽplaria uident oñdere & in lege agraria ciceronẽ id quoq; demõstrasse ubi illud est: nulle sunt uirgines quae me a uobis depcent qué galli textũ nos sicuti in Caesare dictatore ea uerba posuimus sed emendatissimus ciceronis codex nõ uirgines sed imagines habet quod oino magis probo.

pistore & coquo Auentinum & paternam domum clã petiit: ut inde in campaniam fugeret. Mox leui rumore & incerto tanq̃ pax impetrata esset: referri se in palatium passus est: ubi cũ deserta oia reperisset dilabẽtibus & q simul erant zona se aureoꝝ plena circũdedit: cõfugitq; in celulã ianitoris religato pro foribus cane: lectoq; & culcitra obiectis.

De capitone & uilissima morte eiusdem.

IRruperant autem iam agminis antecessores: ac nemine obuio rimabantur: ut fit singula ab iis extractus e latebra sciscitantes quis esset: nam ignorabatur: & ubi esse. Vitelium sciret mendacio elusit: deinde agnitus rogare nõ destitit: quasi quaedam de salute Vespesiani dicturus: ut custodiretur interim uel in carcere donec religatis post terga manibus iniecto ceruicibus laqueo ueste discissa seminudus in forum tractus est: inter magna rerũ uerborumq; ludibria per totum uiae sacrae spacium reducta coma a capite: ceu noxi solent: atq; etiam mento mucrone gladii subiecto: ut ui sendam praeberet faciem: neue summitteret quibusdã stercore & ceno incessentibus aliis incẽdiarũ

causa rustici romā cōueniebant:ut sit sensus solitū Titū uēdere atq; emere nō pauca ex occasione quū patre cēsore uulgus ex agris in urbē conueniret:ipse q; illius actiones sordidæ negociationi accōmodaret:aut nūdinari nūdinas indicere pactus.s.cū iis quorum interesset pecunia:ut ex illorū cōmodo nūdinæ indicerētur:atq; ob id forte ꝑmiari subiunxit. Cicero nūdinationē protulit:quā in oībus aut locis nūdinationē iuris & fortunæ fore putatis. ¶ Alium neronē:saltādi citādiq; studio & libidine. ¶ Pro bono cessit:bene uertit. ¶ Summis uirtutibus:ꝛeptis. ¶ Quibus:uiris. ¶ Post eū.titū. ¶ Principes:q secuti sunt. ¶ Necessariis:utilibus. ¶ Acqeuerunt:ob sapientissima cōsilia multū tribuerūt ac quodā modo in cunctis obsecuti sunt.

Beronicē statim ab urbe dimisit inuitus inuitā. Quosdam e grauissimis delicatorum: q̄q̄ tam artifices saltationis ut mox scænam tenuerint: non modo fouere prolixius: sed spectare in publico omni cœtu supersedit. Nulli ciuium quicquā ademit: abstinuit alieno: ut si quis unquā ac ne cōcessas quidē ac solitas collationes recepit. Et tamen nemine ante munificentia maior amphitheatro dedicato thermisq; iuxta celeriter extructis munus edidit apparatissimū largissimumq; dedit & nauale prœlium in ueteri naumachia: ibidem & gladiatores: atq; uno die quinq; milia omne genus ferarum.

De liberalitate & ciuilibus gestis eius.

Natura āt beniuolētissimus: quū ex īstituto Tiberii oēs dehīc Cæsares beneficia supiorib⁹ cōcessa pri-

Vincere se ipsum

¶ PHI. ¶ Berenicen statim ab urbe dimisit:regia profecto res est seipsum uincere:& ille cū primis admirabilis:ut inquit Seneca:qui sibi imperat:qui se habet in potestate:cum facilius sit gentes barbaras uincere q̄ animum suum continere. Dixit plato & repetit platonicus apuleius animāti sanitatem adesse & uires & pulchritudinem:cū rationabilis animæ portio ueluti domina regnaq; dominat sibiq; subiicit cupiditates:q̄s ancillari ac obedienter obsequi decet rationi imperatrici. Valentinus ipator die fati sui dixit se una tantū uictoria gloriari:requisitus q̄ respondit q; inimicorū neq̄ssimū deuicit carnē meā. Alexāder magnus existimabat non minus regiū opus esse seipsum domare q̄ hostes:unī Plinius alexandrum magnū nō minorē illo ꝑelato facto:qñ appelli dono dedit dilectā cōcubinam fuisse autumat:q̄ uictoria aliqua:quippe tūc se uicit nec thorū tantum suū:sed ēt affectum donauit artifici. Cōsimiliter Titus cum prius ardenter beronicen deperisset:postq̄ factus est imperator domitis affectibus eam remisit in patriam:tanq̄ alii mores decuissent adhuc priuatū:alii principi iam facto cōuenirent:hinc ait sextus aurelius:denq; ut subiit pondus regium berenicen nuptias suas sperantem regredi domū:& enatuatorum greges abire ꝑcepit:quo facto quasi signum protulit mutatæ intēperātiæ. ¶ Tam artifices saltatiōis:tā peritos:scientesq; artis saltatoriæ. ¶ Vt mox scenam tenuerint:hoc specimen est haud dubium:illos fuisse saltationis & artis ludicræ scios:cum nullus in scena histrioniam exerceat nisi optime calleat saltationē & gesticulationem. ¶ In publico omni cœtu:emendatius leges omnino q̄ omni:ut sit sensus:Titus cessauit penitus in publico cœtu spectare saltatores:quos gratissimos habebat:tāq; id genus homines in priuato magis q̄ in publico spectari a principe cōueniat. ¶ Supersedit:cessauit omisit. ¶ Vt si quis unq̄:subintellige abstinuit. ¶ Collationes:tributa intelligit:quæ conferri ex more solebant:unde a cōferēdo collatiōes dictæ:laudat traianū plinius panegyrista:q; collationes remiserit:exigiq; uetuerit. ¶ Nemine munificentia minor:comparandus liberalitate & regia munificentia erat oībus antecessoribus cum nullo foret īferior. Vnde,sicut ex hac uel sola uirtute sit extollendus celebrandusq; amplissimo ꝑconio:cum nulla ferme res:tam fauorabilem tanq; amabilē & laude dignum principē faciat:q munificentia:quæ imortalitati cōsecrauit alexandrum magnū:qui aliquādo interrogatus ubi thesauros haberet:apud amicos respondisse fertur tanq̄ fidelius pecuniæ deponant apud amicos q̄ i loculis recōdant. Ita tu quoq; īnclyte annibal facito:ut thesauri tui sint apud amicos:qui munificētia fidissimi:deuotissimiq; cōparant. ¶ Amphitheatro dedicato. Eusebius chronographus Titus inquit amphitheatrum romæ edificat & īdicatiōe eius quiq; milia ferarū occidit. idem tradit eutropius. Conspicabilis adhuc ē īter cætera miranda moles amphitheatri:quod opus nullæ priuatæ opes efficere possent. ¶ Celeriter extructis:propter hanc in extruendo celeritatem uidet dixisse epigrammatarius poeta. hic ubi miramur uelocia munera thermas. ¶ Munus apparatissimum:spectaculum gladiatorium cum maximo apparatu. ¶ Ibidem.in naumachia. ¶ Omne genus:omnis generis:locutio frequens est & elegans omne genus:& id genus pro omnis generis & huiusce generis. ¶ Cum ex instituto tyberii hunc sensum subobscurum apertioribus uerbis explicat sextus aurelius:cum sic ait dehinc donata concessa ue a prioribus principibus firmare insequentes solerent:simul ut imperium cepit talia possidentibus edicto sponte cauit uel concessit:Instituerat enim Tiberius ut donata concessaue beneficia a superioribus principibus rata non essent:nisi insequentes eadem confirmassent:nouo quodam quasi beneficio iterum concessissent. Titus uero noluit uideri talium ipse beneficiorum exhibitor:nec talia a se peti amplius uoluit:sed edicto promulgato illa omnia confirmauit quæ fuerant iam pridem a suis concessa antecessoribus.

Laus alexandri magni

Laus liberalitatis

Dictū alexandri.

Monitio salubris

Omne genus id genus

¶ .M.AN. ¶ Inuitus:Titus. ¶ Inuitā:Beronicē. ¶ Tā artifices:adeo docti ac periti. ¶ Scænā tenuerint:publice operā i scæna nauauerint:aut pricipes sui ordis fuerit. ¶ Publico i cœtu:frequētissimo cōuētu:aut certe publico spectaculo. ¶ Vt si qs:ñ miu⁹ q̄ quis ipatorū alius. ¶ Nemine minor:cui nis priorū pricipū aut par

munificentia:aut certe maior. ¶ Amphiteatro dedicato. Augustus id opus destinauit. Vespasianus extruxit: Titus dedicauit. Amplitudo operis quum magna adhuc ex parte duret notior oino est: q̃ pluribus explicari uerbis oporteat. ¶ Thermis quæ iuxta iam, hiteatrum. s. de his Martia. Hic ubi miramur uelocia munera thermas. ¶ Munus: gladiatorium. ¶ Vno die: quo gladiatores edidit. ¶ Quinque milia ferarũ. uenationem ergo uariam ac pluribus missibus q̃ unquam antea ullam fuisse oportet. ¶ Ex instituto Tiberii: is enim cæsaris dictatoris & Augusti beneficia rata habere cœpit.

cipibus aliter nõ haberẽt quã si eadẽ iisdẽ & ipsi dedissent. primus præterea omnia uno cõfirmauit edicto: nec a se peti passus est. In cæteris uero desideriis aĩum hoĩum obstinatissime tenuit: ne quem sine spe dimitteret: quin & admonentibus domesticis quasi plura polliceret̃ quã præstare posset: Non oportere ait queq̃ a sermõe principis tristem discedere atq; ẽt recordatus quõdã sup cenã qđ nihil cuiq̃ toto die pstitisset: memorabilẽ illã meritoq; laudandam uocẽ edidit. Amici diẽ perdidi. Populũ in primis uniuersum tãta p oẽs occasiones comitate tractauit: ut proposito gladiatorio munere nõ ad suũ sed ad spectantiũ arbitriũ editurũ se pfessus sit. Et plane ita fecit nã neq; negauit quicquã petẽtibus: & ut quæ uellent peterent ultro adhortatus est qn & studiũ armaturæ thracũ præ se ferens sæpe cum populo & uoce & gestu ut fautor: cauillatus est. Verum maiestate salua nec minus æquitate: ne qđ popularitatis prætermitteret nonnunq̃ in thermis admissa plæbe lauit: Quædam sub eo fortuita ac tristia acciderunt: ut conflagratio Vesuui mõtis i campania:

¶ PHI. ¶ Non oportere queq̃. uerbũ profecto bracteatũ & principe dignum: quo Titus formulã pscripsit: quã sequi deberẽt principes: ut nullum a colloquio suo tristem mœstumq; abire pmitterent. ¶ Super cænam dum cenaret. ¶ Amici diem perdidi: sextus aurelius quadam et die recordãs uesperi nihil se cuiq̃ pstitisse: uenerãdo celestiq; dicto: amici ait perdidimus diem. Caueant itaq; principes ne perdant amici diem: sed quotidie nouis beneficiis nouos sibi amicos concilient. quoniam ut luqr scienter salustianus sylla apd iugurtam. nulli unquam hominũ satis fuit amicorum: scipio emilianus: cuius uestigia in hoc imitatus uidetur Titus ex præcepto polybii: studebat non prius e foro discedere: q̃ aliquẽ ex adeuntibus familiarem sibi atq; amicũ quouis pacto effecisset: uox hæc Titi præconio erudito rum celebrata est: adeo ut eiusdẽ eusebius chronographus meminerit & Eutropius: ex cuius uerbis illud amici erit uocatiui casus: & plur aliter enunciandũ: tanq̃ sit sensus. o amici ego perdidi diem nihil beneficii cuiq̃ pstando: perinde ac dies omnis perdat̃: quo nulla utimur beneficentia: uerba eutropii hæc sunt. præterea cum quadam die in cena recordatus fuisset non ulli illa die se qcq̃ pstitisse. Dixerit amicis. hodie diem perdidi: alii uero ita legunt: ut amici sit casus patrius idest genitiuus: tã q̃ dicere uoluerit Titus se perdidisse diem amici: hoc ẽ nouæ amiciciæ cõciliandæ. Tu quoq; inclyte Annibal nullum diem pdas quo nõ tibi aut ope aut opibus amicũ facias: quorũ nulli unq̃ fuit satis: qua suppellectile nulla pciosior suppellex parari potest. ¶ Comitate: facilitate benignitate suauitate. ¶ Munere: spectaculo. ¶ Armaturæ thracũ pre se ferẽs. i. cum aperte ostenderet se fautorem eẽ illius gladiatoriæ factionis: quæ armatura threcidica armabat̃: erant enim sicut ante dictum est: quidam gladiatores thraces nuncupati ab armatura thraciæ gẽtis: sicut myrmillones genere armaturæ gallico ornati digladiabantur. ¶ Cauillatus est: cauillatione & derisione prosecutus ẽ: plato cauillatricem uocat adulationẽ legalis partis ciuilitatis. ¶ Verum maiestate salua: decet quidẽ imperdum principẽ cauillari illudere & salibus uti: ita tamẽ ut maiestatis iperatoriæ habeat rationẽ: & seruet decorum: quod i omni uitæ actione seruandum philosophi pceperunt. ¶ Nec minus æquitate: sensus est quamuis Titus fauere uideret̃ & studere his gladiatoribus: q thraces dicunt̃: tamen æquus erat iudex & ex æquitate palmam dabat uictori. ¶ Admissa plebe: nihil potuit a Tito fieri magis populare magisq; plausibile: quam in thermis suis palam lauare una cum plebeis atq; plebecula: citra omne discrimen dignitatis: ex quo non solum thermas: sed principẽ quoq; publicare uidebat̃. ¶ Vt conflagratio uesevi mõtis: huius conflagrationis: quæ in uesevo campaniæ monte facta est principe tito meminerunt sextus aurelius: orosius & eusebius: ẽ autem uesevus siue uesuuius siue uesbius: tot enim modis dicit̃: mons campaniæ iuxta sarnum fluuium amenissimis olim habitatus agris excepto uertice. qui ut ait strabo in quinto cinerosus ẽ & cauernosus petris exustis. quas color indicat igni abrosas fuisse: ex quo coniectant eruditi regionem illam prioribus seculis ardere solitam & ignis habere crateras: uidetur papinius in quinto siluarum significare uoluisse hanc uesuuii conflagrationem: quæ titi temporibus facta est: sic enim de patre scribens ait. iãque & flere pio uesuuia incendia cantu mens erat: & gemitum patris impenderet annis.

¶ M. AN. ¶ Eisdẽ in quos collata eẽnt. ¶ Idem ipsi q̃ tũ ipertũ tenerẽt. ¶ A se peti: ut ea cõfirmaret̃. ¶ Desideriis: oĩbus quæ desiderarentur. ¶ Laudandã uocẽ. Scipiõis eã fuisse ait Cicero. ¶ Arbitriũ: uolũtatem. ¶ Tracũ: gladiaturã exercẽtiũ. ¶ Fautor: ut unus ex fautoribus. ¶ Cauillatus est: tempestiuo cauillo studiũ dissimulauit suũ. ¶ Thermis: quas celeriter construxerat. ¶ Vesuui mõtis: Vesuuii conflagratione. Plinius iunior ad Tacitum Cornelium scribens longiore explicat epistola. Martialis quoque eleganti

Amici diẽ perdidi

Nulli satis amicorum

Mos emiliani

Vtilis monitio

Suppellex amicorum optima

Thraces gladiatores

Cauillatrix

Cõflagratio uesevi

est epigrammate id incendium secutus. Papinius: Iamq; & flere p uesuuina incendia cantu. Mens erat quū pater exemptum terris ad sydera montem sustulit: & late miseras deiecit in urbes. sic quoq; Eusebius. Vesuuii incendio proximæ regiones & oppida uastata sunt: ē is mons cāpaniæ uel ob ea cladē celebratissimus.

& incendiū Romæ p triduum totidēq; noctes. Irē pestilētia quanta non temere alias; in his tot aduersis ac talibus ñ modo principis sollicitudinem; sed parentis affectum unicum præstitit nunc consolando per edicta: nunc opitulādo quatenus suppeteret facultas. Curatores restituēdæ campaniæ e consularium numero sorte duxit; bona oppressorum i uesuuio; quorum hæredes non extabant restitutioni afflictarū ciuitatum attribuit: Vrbis incendio nihil nisi sibi periisse testatus est publice; cuncta prætoriorum suorum ornamenta operibus ac templis destinauit: præposuit complures ex equestri ordine; quo quæque maturius peragerentur. Medendæ ualitudini leniendisq; moribus nullam diuinam humanamque opem non adhibuit inquisito omnium sacrificiorum remediumq; genere: Inter aduersa temporū & delatores mandatoresq; erant ex licentia ueteri; hos assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos; ac nouissime traductos per amphitheatri arenam partim subiici in seruos ac uenire iperauit; partim in asperrima insularum aduehi; utque etiā similia quandoq; ausuros ppetuo coerceret. Vetuit īter cætera

Incendiū

¶PHI. ¶Incendium Romæ: de hoc sextus aurelius incendium Romæ sine nocturna requie per triduum fuit. hoc incendio plurias ædes publicas fuisse cōcrematas memorat orosi⁹. ¶Pestilentia tanta: de hac Eusebius sic lues ingens Romæ facta. sta ut p multos dies i ephemeridē decē milia ferme mortuorū hominum referrentur. ¶Nūc opitulando: auxiliando opemq; ferendo: antiqui iouē cognomento opitulum uocerunt ab eo: q opem indigētibus ferat: auctor augustinus li. vii. de ciuitate dei. ¶Quatenus suppeteret facultas: in quantum pro facultatib⁹ succurrere posset. ¶Restituendæ campaniæ: illo uesuino incēdio regiōes uicinas & urbes cū hominibus exustas esse testes sunt Eusebius & orosius. unde a papinio dictum est i epicedio patris: exerī semirutos subito de puluere uultus parthenope. Cineremq; afflato monte sepultā pone super tumulos: & magni funus alumni. ¶Afflictarum ciuitatum: modo diximus incendia uesuina urbes cum hominibus afflixisse deleuisseq;. ¶Vrbis incendio: explicauit remedia a Tito adhibita ad leuādam cladē cōflagrationis uesuinæ nunc exequtur remedia: quibus romanis opitulatus ē afflictis illo incendio: quod triduum ternoctiumq; uexauerat Romam.

Lues

Opitulus iuppiter

Prætorla

¶Prætoriorum: uillarum elegantiorum uillaticarūq; substructionum excultarum. de prætoris non pauca in superioribus. ¶Operibus ac tēplis destinauit: tītus ut ageret optimum principem: sustulit ornamēta ex uillis suis atq; prætoris: & ea trāstulit ad ornatum templorum & operum publicorum: quæ Romæ conflagrauerāt: quæ autem sint ornamēta ptoriorum indicat plinius scribēs in. xxxvi. reliquias apparatus theatralis a Mar. scauro transportatas fuisse in tusculanā uillam ornatus causa: inter quæ ornamenta tabulas pictas: signa ærea: & uestem aulicam numerat. ¶Quoq; queq; maturius: ut singula queq; cicius absoluerentur. ¶Medendæ ualitudini: hoc ad pestilentiam referendum est: cui cunctis remediorum generibus. subuenit: nunc egrotantes per semet ipsum reficiens nūc consolans suorum mortibus afflictos. ¶Nullam non opem: omne genus remediorum. ¶Sacrificiorum: hoc ad diuinam opem refertur: sicut remediorum ad humanam. ¶Mandatores: hic mandatores significātur occulti delatorum impulsores subornatores ue: qui non ipsi accusant: sed aliis mandant accusationes: quod genus hominum cum pernitiosissimum sit: in bene instituta ciuitate nequaq̄ est retinendum: talem fuisse emilianum indicat apuleius in apologia: qui per tā nonium pudentem accusabat ipsum apuleiū: & ita aliis erat ex professo auctor accusationis: alius mandator & machinator ex occulto. ¶Ex licentia ueteri: impunitas peccandi parit multitudinem peccantium: cum ex licentia mortales fiant in dies deteriores.

Mandatores

¶Hos. tam delatores q̄ mandatores. ¶Flagellis ac fustibus: flagellatione & fustuario supplicio. ¶Traductos: ueluti per ignominiam: hoc enim significat traducere quod græci dicunt παραδειγματίσαι unde in euangelio scriptum est: & nolens eam traducere uoluit occulte eam admittere: ubi exposuit interpres non insulse: propalare & infamare. papinius in summa nempe ego sum qui traducor: & a Martiale dictum rideris multoque magis traduceris afer. Seneca quoque in hoc significatu sic inquit in septimo decimo epistolarum: uolo luxuriam obiurgari libidinem traduci. ¶Per amphiteatri arenam: ob hoc dixisse uidetur epigrammaticus poeta: nec cepit arena nocentes & delator habet quod dabat exilium. ¶Ac uenire: uendi tanquam seruitia mancipiaque uenalia. ¶In asperrimas insulas asportari: est inter genera penarum sicut ante dictum est: in insulam deportatio: quæ ab amiano insularis pena dicitur: plinius in panegyrico laudat traianum: q idem factitauerit: q delatores punierit: quorum turba insulas compleuit: quorum supina ora retortasque ceruices spectauere romani: cum uelut piaculares uictime ad supplicia ducerētur. ¶Similia: delationes & mandationes similes.

Traducef

¶M. AN. ¶Suppeteret: abūde sufficeret. ¶Restituēdæ cāpaniæ: uesuuia clade affectæ. Papini⁹. Proce: ubi

nobile mulgi Crescit & isani solat dãna uesui.¶ Afflictaq; eo icẽdio.¶ Vrbis icẽdio.ei' cladis urbanæ. Idẽ Eusebius ẽ auctor.¶ Ornamẽta:colũnas:statuas:tabulas:& alia huiusmodi ad domorũ ornatũ attinentia.¶ Prætoriorũ campestriũ ædificiorũ.¶ Suarũ opibus & tẽplis:q̃ i urbe cõflagrarãt.¶ Nullũ.omnẽ.¶ Per amphitheatri arenã Martia. Turba grauis paci placidæq; inimica quieti. Quæ semp miseras sollicitabat opes Tradita getulis:nec cepit arena nocẽtes:Et delator habet qd dabat exiliũ.¶ Similia: delatiões & calũnias.

de eadem re pluribus legibus agi:quæriue de cuiusq; defunctorum statu ultra certos annos.

De clæmẽtia & mãsuetuctudine eius.

PONtificatũ maximũ ideo se professus accipere:ut puras seruaret manus:fidẽ p̃stitit: nec auctor post hac cuiusq; necis nec cõscius:q̃uis iterdũ ulsciscẽdi causa nõ deesset:sed perituñ se potius quã punitur ũ adiurãs: duos patricii generis conuictos in affectatione iperii nihil amplius quã ut desisterẽt monuit:dicens principatum fato dari:si quid præterea desiderarẽt promittens se tributurũ: & confestim quidem ad alterius matrem:quæ procul aberat cursores suos misit: qui anxie filiũ saluum nunciarent. Cæterũ ipsos nõ solũ familiari cœnæ adhibuit:sed & in sequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria collatis oblata sibi ornamenta pugnãtiũ inspicienda porrexit. Dicitur etiam cognita utriusq; genitura imminere ambobus piculũ affirmasse:uenturum quoq; & ab alio sicut euenit. Fratrẽ insidiari sibi nõ desinentẽ.sed pene ex professo sollicitãtẽ exercitus meditãtẽ fugã:nec occidere neq; seponere:ac ne i minore quidẽ honore hr̃e sustinuit sed ut a prĩo ipĩi die cõsortẽ

¶ PHI.¶ De eadẽ re pluribus legibus agi:multa sunt inuenta legũ diuerticula & uafriciæ:ut si actionẽ intendero aduersario secundũ formulã legis aqliæ & ille absoluatur:rũc alterius legis actionem mihi cõpetere dicam ut ita infelix reus diu nexet' ad hæc uaframẽta calũniasq; tollendas noluit titus ut de eadem re actio fieret pluribꝰ legibus: sed una tantum lege cõpeteret:apd' iurisconsultos hoc frequenter inuenies:q in re una actiões plures dãtur ex uariis legibus hoc fieri uetuit titus:q etiam prohibuit inquiri de statu alicuius defuncti ultra certos annos: quos ipse prescripsit:cũ sæpe exoriãtur calũniæ:ex questiõe:quo nã statu fuisset ille q defunctus est. nã status mutata conditio pletũq; imutat hereditatẽ.¶ Puras manus:puras a sanguie.s. romanorũ & cede:talis enim põtifex esse debet:cuius opius:tantæ ciuilitatis i iperio fuit ut nullũ oino puniret. Mar. antoninus petiit ne quis senator tẽpore principa

Diuerticula legum

tus sui occideretur:ne eius pollueretur imperiũ.¶ Posthac:post acceptum pontificatum.¶ Couictos in affectatione imperii:hanc historiã sextus aurelius explicat his uerbis.clementiam uero usq; eo perduxit:ut amplissimi ordinis duo cum aduersum eũ coniurassent:neq; abnuere cogitatum scelus quirẽt: monuerit primo:post deductos in spectaculum circa se utrinq; assidere iussent:petitoq; ex idustria myrmillonũ: quorũ pugnæ uisebantur gladio quasi ad explorandam aciẽ uni atq; alteri cõmiserit:quibus perculsis & constantiam mirantibus diceret:uidens ne potestates fato dari:frustraq; tentari facinus potiundi spe uel amittẽdi metu.¶ Desisterent:cessarẽt ab affectatione imperii.¶ Dicẽs principatũ fato dari:neuius poeta dixit metellos fato Romæ consules fieri:& homerus a ioue reges esse cecinit:unde cũ principatus detur diuinitus: non minus uere quam scite dictum est a Mar. Antonino:successorem suum nullus occidit. Constantinus dicere solebat imperatorem esse fortunæ est. Attende queso quid scribat Iulius Firmicus de fato imperatoris:sic enim inquit in secundo matheseos:imperator stellarum non subiacet cursibus:& solus est:in cuius fato stellæ decernendi non habent potestatem:cum enim fuerit totius orbis Dominus. Fatum eius dei summi iudicio gubernatur.¶ Alterius:unus de duobus quos conuicerat aduersus se ipsum coniurasse.¶ Anxiæ.sollicitæ matri de euentu filii in coniuratione conuicti.¶ Ex industria:ex composito.¶ Ornamenta: expone gladios Myrmillonicos: sicut sexti aurelii uerba dudum relata testantur.¶ Inspicienda:ut inquit aurelius quasi ad explorandam aciem uni atq; alteri commisit.¶ Genitura: natiuitate.¶ Ab alio: quidam codices habent ab altero:tanquam dixerit Titus ambobus illis patriciis de coniuratione conuictis periculum euenturum: quod alter alteri molitetur:uel ab alio dixit:quod elegantius est: ut significaret se nullo tempore insidiaturum uitæ illorum:sed alium quendam utrunque perditurum: sicut euenit.¶ Fratrem insidiati:sextus aurelius. Fratrem quoque Domitianum parantem insidias militumque animos sollicitantem flens sæpius obtestatus est: ne parricidio assequi cuperet quod & se uolente esset obuenturũ ei:& iam haberet cum esset particeps potestatis.¶ Pene:quasi.¶ Ex professo:ex aperto citra dissimulationem.¶ Neque seponere:sequestrare ablegare amandare:sicut augustus olim agrippam seposuit surrentum ob uecors ingenium.¶ Consortem:participem imperatoriæ potestatis.

Potestates fato dari.

Imperatorem eẽ fortunæ est

De fato imperatoris

Seponere

¶ .M.AN.¶ Pluribus legibus:ne miseris ciuibus fraus necti posset falsa legum interpretatione.¶ Quæ rituetur scilicet.¶ Vltra certos annos:post certũ tẽporis spaciũ:qd' ipse suo arbitrio statuisset.¶ Puras: ab omni cæde. Ouidius:nõ bene celestes ipia dextra colit.¶ In affectatõe:studio cupiditate occupãdi ipii.¶ Suos: proprios Titi dico.¶ Anxie:sollicite. Instar gladiatorũ: quæ i illorum manibus iure poterant sibi esse fu-

specta. ¶ Vtriusq; coniuratorum. ¶ Affirmasse Titũ. ¶ Venturum: piculũ. ¶ Ab aliosq; eos oĩo perderet. ¶ Fratri: Domitianũ. ¶ Ex ꝓfesso: aperte: nulla dissimulatione. ¶ Meditantẽ: fugã ex urbe effugere parã tem: ut ad exercitus: aut alio ad res nouas ꝓficisceretur. ¶ Seponere: perpetuo relegare.

successoremq; testari perseuerauit, nõnunquã secreto lachrymis & præcibus orãs ut tandẽ mutuo erga se aĩo uellet esse.

De morte eius & gestis tunc per eum.

Inter hæc morte preuentus ẽ maiore hoĩum damno quã suo spectaculis absolutis in quorũ fine populo coram uberti fleuerat, sabinos petit aliquanto tristior quod sacrificãti hostia aufugerat: quodq; tẽpestate serena tonuerat. Deide primã statim ad mãsionẽ febrim nactus quũ inde lectica transferretur, suspexisse dicit' dimotis plagulis cælũ multũq; conquestus eripi, sibi uitã imerẽti: neq; enim extare ullũ suũ factũ pœnitendum excepto duntaxat uno: id quale fuerit neq; ipse tũc prodidit: neq; cuiq̃ facile succurrit. Quidã opinãt' consuetudinem recordatũ quã cum fratris uxore habuerit: sed nullã habuisse persancte Domitia iurabat: haud negatura si qua oĩno fuisset: imo ẽt gloriatura: qđ illi promptissimũ erat in omnibus probris.

De loco & tpe mortis eius & laudibus senatus.

Excessit in eadẽ q̃ pater uilla idibus septẽbris post bienniũ & mẽses duos diesq;.xx.q̃ successerat altero & quadragessimo ætatis anno. Quod ut palã factũ ẽ nõ secus atq; in domestico luctu mœrentibus publice cunctis,

¶ PHI. ¶ Mutuo animo: fraterno & in amore mutuiter respondẽte. ¶ Morte præuentus est. obseruaui diligẽter apđ philostratũ de morte Titi aliter tradiq; memoret tranquillus & reliqui prodiderint: is eñi scribit i vi. de uita apollonii Titum ab apollonio admonitũ: ut ab his sibi caueret: qui eẽnt propinquissimi necatũq; esse eum meritorat a domicião ueneno leporis marini propinatos quo neronẽ quoq; tradunt multos in conuiuus sustulisse. est enim lepus marinus ueneñ aliis i potu aut in cibo datus. aliis eriã uisus: si quidẽ grauidæ si aspexerint leporem marinum nauseant ac deinde abortum faciũt. ¶ Quã suo: mors boni principis publica iactura est. ¶ Vbertis: abũdãter & large. ¶ Sacrificanti hostia aufugerat: dirum omen hoc ueteres eẽ arbitrabantur quotiẽs hostia traheret se ab aris & aufugeret: hinc a lucano inter ꝓdigia pharsalicæ cladis hoc quoq; positum admotus superis discussa fugit ab ara taurus: huius quoq; ait factum eẽ omen cladis futuræ flaminio consuli: cui imolanti uitulus ictus e manib' sacrificantiũ sese proripuit: multosq; circũstãtes cruore respersit. ¶ Tẽpestate serena: hoc alii ꝓ læto felicique auspicio obseruauerunt: sicut indicat illud ennianũ: cũ tonuit leuum bene tẽpestata serena: aiũ ut ait Cicero quædã nobis uidentur aduersa: quæ græcis & barbaris bona existimantur: cum alii aliter obseruent signa: sereno ãt celo aliquãdo tonare refert seneca in primo questionũ: quia inquit infirmius spiritus: q̃ si flãma nõ ualuit in sono ualuit. Serena ãt scite addidit: quia tẽpestas est ἀδιάφορον hoc est medium uocabulũ: ut idem Virgilius: unde hæc tam clara repente tempestas? Plinius uero in.xviii. debemus iqt meminisse duo esse genera celestis iniuriæ: unum quod tẽpestates uocamus: in quibus grãdines procellæ cæteraq; similia intelliguntur: quæ cum acciderint uis maior appelletur. hæc ab horridis siderib' exesit ueluti arcturo orione & hedis. ¶ Primam ad mansionem. plinius nauigationẽ ex ægypto diuidit per dispositas mansiones: in quibus mansitare possint commode uiatores. ¶ Cum inde lectica: ex prima mansione. ¶ Suspexisse: sursum celum aspectasse. ¶ Dimotis palulis: sublatis uestimẽtis quibus lectica erat operta: nãq; a pala ὑποκοριστικῶς idest diminutiue fit palula: qđ si legas plagulis. sensus erit apertior. tanq̃ plagulas: idest linteola & stragulam uestem lecticariam dimouerit Titus: ut celum suspicere posset: iurisconsulti inter uestimẽta muliebria numerant plagulas. ¶ Penitendum: reprehẽsibile: cuius penitudine afficeretur. Gloriatur apuleius nullum suum factum uel dictũ extare: de quo differere publice non possit. M. portius Cato trium rerum penitentiam agere se dicebat: primum si mulieri quicq; arcanum aliquando credidisset. Secundũ si alio quo naui trãsmisisset: quo itinere terrestri sibi proficisci licuisset. Tertium: si qua dies sibi per incuriam inanis effluxisset: rex regum sapor in epistola ad Constantium imperatorem gloriabundus sic scribit: ab adolescentia prima nihil unquam penitendum admisi. ¶ Prodidit: demonstrauit: ostendit. ¶ Succurrit: in mentem uenit. ¶ Cum fratris uxore: Cum Domiciani uxore nomine Domicia. ¶ Consuetudinem: ad stuprum adulteriumque refertur. ¶ Persancte: religiose asseuerateque aduerbium est. ¶ Si qua cõsuetudo: scilicet adulterii. ¶ Illi: domiciæ. ¶ In omnibus probris: stupris & flagitiis. nam ut inquit eleganter satyricus poeta: famam contempserat olim: Cuius apud moiles minima est iactura cathedras. ¶ Excessit: periit. ¶ Altero & quadragessimo: idest quadragessimo secundo. ¶ Non secus atque: idest non aliter quam in domestico luctu. ¶ Merentibus publice cunctis: sextus aurelius: uixit annis quadraginta duobus: & in eodem quo pater apud sabinos agro febre interiit: huius mors credi uix potest: quantum luctus urbi prouinciisque intulerit: adeo ut eum delicias publicas appellantes: quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem defleuerent.

¶ M. AN. ¶ In fine quorum: spectaculorum. ¶ Vbertim: abunde multis lachrymis. ¶ Sacrificanti: si-

Diritas hostia aufugit

Tonitru serena tempestate

Tempestates

Mãsiones

Plagulæ

Trium rerũ penitentia in catone

Mors Titi

bi. ¶Serena tempestate: sereno cœlo. ¶Ad primam mansionē: ubi prīo pnoctauit. ¶Dimotis palulis. sic omnes quos uidi habēt codices: sed plagulis melius uen usq legetur: plaga linteum thorale: seu lecticarium dicebatur: unde plagula est. ¶Pœnitēdum: cuius se merito pœniteret. ¶Prodidit: palā fecit. ¶Vxore: Dōitia lōgia. ¶Illi: Dōitiæ. ¶Probris: flagitiis. ¶Altero & qdragesimo: duos & qdragita nat' annos.

Senatus priusq̄ edicto cōuocaret: ad curiā cōcurrit: obseratisq adhuc foribus: deinde aptis tantas mortuo grās egit laudesq: quātas congessit nec uiuo quidē unq̄ atq præsenti.

¶PHI. ¶Senatus ad curiā concurrit: de nocte. f. cū circa uesperam nunciatus fuisset obitus titi. ¶Obseratis adhuc foribus: clausa curiæ ianua. ¶Quātas cō gessit: idem eutropius hisdē uerbis memorat: sic enim ait: tantus luctus eo mortuo publicus fuit: ut omnes tanq̄ in propria doluerint orbitate: senatus obitu ipsius circa uesperam nunciato nocte irrupit in curiam: & tantas ei laudes gratiasq congessit: quantas nec uiuo unquam egerat nec præsenti: & inter diuos relatus est. Quo circa ita uiuendū est inclyte Annibal: ut nihil penitendum admittamus: ut in uita amemur: post obitum desideremur laudemurque: sicut Titus desideratus ob bonitatem laudatusque est.

¶M.NA. ¶Obseratis: clausis. ¶Egit: agens censuit: aut certe dicendo id defuncto præstitit.

C. SVETONII TRANQVILLI LIBER. XII. DIVVS DOMITIANVS IMPEAATOR.

De natiuitate Domitiani & gestis eius in adolescentia.

d Omitianus natus est. ix. calē. nouēbris prē cōsule designato: inituroq mēse insequēti honorē: regione urbis sexta ad malū punicū domo quā postea in templū gētis flauiæ cōuertit. Pu

ICVT Primus Cæsarum inter optimos ob uirtutem enumerari meruit: ita hic nouissimus inter pessimos ob nequitiam referri debet: q caligulæ & neroni q patri fratriq similior egit malum principem: qui paulati per omnes scelerum gradus creuit: secūdusq a nerone persecutionem in christianos secūdam agi imperauit: tāta efferatus superbia. ut dominum ac deū sese uocari scribi colli usserit: sed hominis exitus euidenter ostēdit deū curare mortalia: qui meritas penas irrogauit cruentissimæ bestiæ: ut sicut crudeliter uixerat ita & crudeliter moreretur. sed iā interpretationem aggrediamur: ut tādem ad calcē: quod dicit: nostra decurrat oratio. ¶Honorē: cōsulatū. ¶Mēse isequēti: nouēbri mēse. ¶Regione urbis sexta: romam in regiones. xiiii. fuisse diuisam supra memorauimus. ¶Ad malum punicū nomē ē uici: qui erat in sexta regione urbis romæ: uideturq ita appellatus ab arbore: q illic speciosa succreuerat quā malū punici uocamus: aliq granatū appellant: est quodā mali punici genus apyrinō dictū. cui lignosus nucleus abest: blandiores sunt acini minusq amari: cuius plinius martialis & seneca meminerunt: græci pomū uocant malū punicū: unde Rhoiton uinum ex malis punicis factū punici mali nouē genera celebrant. ex his dulcia: quæ apryna appellari docuimus: stomacho inutilia habētur: quæ uinosa dicūtur utiliora paulo intelliguntur: cortex mali punici acerbius in magno usu est: uulgus coria maxīe perficere illo nouit: ob id malicorium appellant medici: experitur in grauidarum malacia: ita enim nominatur mollicies illa languentis stomachi cui grauidæ sunt obnoxiæ. Flos mali punici balaustium uocatur: quorum farina dysentericos a morte reuocari inuentum est. Sed ut ad Suetonium regrediamur ita uicus hic nomen uideri pōt accepisse a malo punico: sicut alter a pyro dictus est ad pyrum: de quo est illud Martialis endecasyllabon: lōgum est si uelit ad pyrum uenire. ¶In templum gentis flauiæ: infra dicetur quemadmodum domicianus construxit templum in honorem familiæ suæ: quæ flauia dicebatur: de quo intellexit papinius: cum ait in quarto siluarum: qui genti patriæ futura semper sancit limina flauiumque caluum.

Apyrinon
Rhoitō
Malicoriū
Malacia
Balaustiū

MARCI Antonii Sabellici ad Augustinum Barbadicum serenissi. Venetiarum principem paraphraseos i Domitianum paraenesis duodecima.

p Atre consule. Vix Vespasiani duo: qui stabilitum per manus imperium Domitiano tradiderunt tam populares Augustine dux iucundissime fuerunt: q ipse qui longissime ab optimo suorum instituto recessit publice & priuatim in usus: potuisset profecto i optimi pricipis mores domestico exemplo natura illa formari: nisi parua & indocilis fuisset: ac certe talis ut bonos mores alere non posset. Sed tulit ille crudelitatis suæ præmia: & si sero: tulit tamen diis quidem & hominibus infestus. Fœlicior igitur ducaria ista reip. successio i qua nunquam defuerunt: qui non uirtutis emulatione accensi & clementia: & pietate suos decessores aut superare contenderint: aut quod minimum fuit æquare: Sed quum longa serie multi sint eiusmodi exempla secuti. Tu sane egregiam in tam illustri emulatione laudem es ad hunc diem consecutus adeoq præclara uirtutis exercitatione profecisti: ut qui te uno optimi cuiusque laudes melius effinxerit unquam ad hunc diem extiterit nemo. Nunc quia patre consule natum Tranquillus ait: de primo Vespasiani consulatu intelligi oportet: quem Claudio pricipe duobus nouissimis anni mēsibus gessit. ¶Sexta regione fuit: ut plinius scribit roma. in. xiiii. diuisa regiones: i uicos mille & amplius. ¶Ad malū punicū: uici itel

ligeisiue insulam a mali punici arbore: quæ illic forte fuit appellatam sic & ad annularias scalas: & ad capita bubula superius dixit. Mar. At mea dyspanas spectant cœnacula laurus.

bertatis ac primæ adolescētiæ tēpora tāta inopia: tanta infamia gessisse fertur: ut nullū uas argenteū in usu haberet. Satisq; constat Clodiū Pollionem prætoriū uirū: in quē ē poema Neronis: quod inscribitur Luscio: chyrographum eius conseruasse: & nonnunquam protulisse noctē sibi pollicentis. nec defuerūt qui affirmarent corruptū Domitianū: & a Nerua successore mox suo. Bello uitelliano cōfugit ī capitoliū cū patruo Sabino: ac parte præsentiū copiarū: sed irrūpentibus aduersariis: & ardente tēplo apud æditum clā pnoctauit: ac mane isiaci celatus habitu: interq; sacrificulos uanæ superstitionis: quum trans tyberim ad condiscipuli sui matrem comite uno cōtulisset: ita latuit: ut scrutātibus quæ uestigia subsecuti erant: depræhendi nō potuerit. post uictoriā demum progressus: & Cæsar cōsalutatus honorē preturæ

¶ PHI. ¶ Nullum uas argenteum: hoc pertinet ad inopiā declarandum: cum in usu & supellectile uel priuatorum uasa habeantur argentea: escarium argentum dicitur: quod ad epulandum est accommodum: sicut potorium: qđ potus cā habet: querit pomponius iurisconsultus nunquid in argēto potorio contineatur: id etiam quod ad pparationem bibēdi comparatū ē: ueluti colūnariū & urceoli & putat contineri: sicut in escario argēto putat cōtineri aqminarium: quoniam propter escā paratū: est eni aqminariū: quo manus lauantur: luxuria gliscēte coquinatoria quoq; uasa ex argēto factitata sunt: ex quo exit illud plinianum: uasa coquinaria ex argento caluus orator fieri queritur. ¶ Quod inscribitur luscio: hoc refertur ad infamiā significādā magis ār uidetur legendū esse luscio q̄ luscio ut. sinscriptio libri Neroniani sit luscio dicta propter lusus & sconnata quibus explicabatur argumentū rei & materia libri. Nam lusionē ludum ueteres dixere. Cicero i tusculanū proficiscēs ducensq; Ciceronē meum in ludum discendi non lusionis. & a papirio pilaria lusio dicta est pro ludo pilæ. quod si legas luscio: uideri poterit nuncupatus liber a nomine proprio: ut dialogi platonis a sermocinantibus nominantur. ¶ Nonnunquam protulisse: quandoq; publicasse ostēdisse. ¶ Pollicentis. domitiani. ¶ Noctem: concubitū nocturnū. ¶ A nerua successore: nō uidetur libido tam obscena cadere i mores neruæ: qui successit i imperio domitiano: quem apollonius thyaneus regnaturum affirmanerat: quem uirū probum honestumq; uidisse se dixit. eumq; omni laude dignum indicauit: quē ridentem nūq̄ uiderit neq; ludentem. ¶ Bello uitelliano: quo uitellius uitellianiq; contra flauiū Vespasianum flauianosq; depugnauerunt. ¶ Irrumpentibus aduersariis. Cornelius tacitus: irrumpunt uitelliani & cūcta sanguine ferro flāmisq; miscēt. ¶ Tēplo: capitolio: de cuius incendio ante dictū ē. ¶ Apud edituū: Cornelius tacitus sic scribit. Domitianus prima irruptione apud edituum occultatus solertia liberti lineo amictu turbæ sacricolarū imixtus ignarusq; apud cornelium primū maternum clientem iuxta uelabrum delituit: ac potiente rerū patre disiecto editui contubernio modicū sacellum ioui conseruatori: arā posuit casus i marmore expressam: mox iperium adeptus ioui custodi tēplum ingens: seq; in sinu dei sacrauit: edituus autem significatur ille. q preest tuendis edibus: ueteres editimum appellauerunt. Lucretius. pro edituis edituētes appellat: scribit Iulius firmicus edituos nasci aut ierodulos hoc ē templorū ministros: q in. xxvi parte geminorum habuerint horoscopum. ¶ Isiaci: isiacos uocamus sacricolas sacerdotesq; deæ isidis: plinius refert i xxvii. q absinthiū marinū ramum isiaci preferre solemne habent. Lampridius in commodi cæsaris uita sic inquit: isiacos pineis usq; ad perniciem pectus tundere cogebat. cum anubin portaret. Refert Valerius libro septimo Dictorum factorumq; Memorabilium. M. Volusium proscriptum assumpto isiaci habitu per triuia stipem petentem: fefellisse: eaq; fallacia incolumem in. M. bruti castra peruenisse. ¶ Habitu: uestimēto lineo: hic enim habitus est isiacorum & sacerdotum: quod alibi latissime explicauimus: ex quo linigeri nūcupati. Apuleius scribens pompam isiacorum sacerdotum ait eos fuisse linteæ uestis candore puro luminosos. idem alibi memorat linum utpote mundissimum usurpari a mundissimis egyptiorum sacerdotib' non modo indutui & amictui: sed opertui quoq; in rebus sacris. ¶ Vanæ superstitionis: deæ isidis: quā superstitionem perfricat satyrico sale iuuenalis. ¶ Condiscipuli sui. Cornelius tacitus hunc appellat Cornelium: aitq; fuisse maternum clientem. ¶ Scrutantibus: inquirentibus uitellianis. ¶ Cæsar cōsalutatus: cornelius tacitus. Domitianum postq̄ nihil hostile metuebatur ad duces partium progressum & Cæsarem cōsalutatum miles frequens: utq; erat in armis in paternos penates deduxit.

¶ M. AN. ¶ Chirographum. Domitiani adolescentis. ¶ Noctem. pollicentis: obscænū & nefarium noctis obsequium. ¶ Corruptum. præcio cōstupratū. ¶ Aduersariis: uitellianis. ¶ Aedituū. edis custodem. ¶ Isiaci: lampridius isiacorū inquit capita grauiter obtundebant ora simulachri: & rursus sacra coluit isidis: ut & caput raderet: & anubien portaret: utebantur ad hæc lineis uestibus. Ouidius: Nec fuge linigeræ memphitica templa iuuencæ: Mar. Linigeri fugiunt calui sistrataque turba. Lucanus. Euoluam busto iam numen gentibus isim. Et tectū lino spargam per uulgus osirim. Plinius de lino uestes inde sacerdotib' ægypti gratissime ergo lineo hitu capiteq; deraso e capitolio clādestie Domitianū missum itellige. ¶ Vanæ assimulatæ: ant. pprīū supstitiōis expssit epithetū. Ver. uana supstitio. ¶ Cōdiscipuli. secū sub eodem pceptore.

Escarium argentum
potorium
Colūnariū uas
Aqminarium
Lusio
Nerua nūquā ridens
Immixtus sacricolis euasit
Ioui cōseruatori
Edituus
Edituus
Ierodulι.
Isiaci qui
Linigeri isiaci

Instituti.¶ Cæsar imperatoris filius successor seu imperii patirceps.

urbanæ cū consulari ptāte suscepit titulo tenus. quā iurisdi-
tionē ad collegā proximum transtulit. Cæterum oēm uim
dominationis tā licenter exercuit: ut iā tum qualis futurus
esset ostenderet. Nec exequar singula cōtrectatis multorū
uxoribus Domitiā longinam Elii Lamiæ nuptā etiā in ma-
trimonium abduxit; atq; uno die sup. xx. urbana officia atq;
peregrina distribuit. Mirari se Vespasiano dictāte; quod suc-
cessorem non & sibi mitteret.

Itē de gestis per eū ante principatū.

Expeditionē quoq; i galliā germaniasq; neq; neces-
sariā & dissuadentibus paternis amicis incohauit:
tātū ut fratri se & opibus & dignatiōe adæquaret. Ob hæc
correctus quo magis ætatis & cōditōis admoneret habita-
bat cū patre una; sellāq; eius ac fratris quotiens pdirent le-
ctica sequebat; ac triūphum utriusq; iudaicū equo albo co-
mitatus est; i sex cōsulatibus nō nisi unum ordinarium ges-
sit; eūq; cedente & suffragāte fratre. Simulauit & ipse inire
modestiā. In primisq; poeticæ studium tam insuetum antea
sibi quā postea spretū & abiectū; recitauitq; ēt publice. Nec
tamē eo secius quū Vologesus parthorū rex auxilia aduer-
sus alanos: ducēq; alterū ex Vespasiani liberis depoposcis-
set; omni ope contendit; ut ipse potissimū mitteretur; & qa

¶ PHI. ¶ Vrbanæ. duos pretores fuisse: alterum cui iurisdictio urbana: alterum cui peregrina demandabat: suo loco retulimus. ¶ Titulo tenus. ut pretor diceretur: cū tamē iurisdictionē pretoriam transtulisset ad alterum p̄torē. ¶ Contrectatis uxoribus: tacitus in hanc sententiam ait. stupris & adulteriis filium principis agebat Domitiānus ¶ Elio lamiæ familiam lamiaiū uetustam fuisse & nobilem notum est uel ex illo carmine oratiano eli uetusto nobilis ab lamo. de lamiis mox plura. ¶ Super uiginti. adest ultra uiginti. ¶ Vrbana. quæ in urbe exercebantur. ¶ Quod successorem sibi non mitteret. hoc dicto pater taxauit filium' tanquā immodicum & parum in principatu temperatum: qui officia ex arbitrio suo distribuebat & successores mittebat rectoribus p prouinciarum ¶ Expeditionem in germanias. de hac Domiciani adhuc pueri expeditiōe germanica sentire uidetur silius: cum ait i tertio punicor um. At puer auricomo performidate batauo. germanias ideo pluraliter protulit: qa & superior & iferior germania ē. ¶ Fratri. tito. ¶ Etatis. q̄ adhuc erat pene puerilis neq; tātæ expeditioni par. ¶ Conditionis. cū adhuc priuatus foret: cū frater titus una cū pr̄e imperii habenas moderaret. ¶ Sellam sequebatur. Curulem sellam significat qua in curru uespasiani pater & filius uectabantur. ¶ Equo albo comitatus. iosephus libro. vii. belli iudaici sic inqt. post'quæ uespasianus prior ibat & titus deinde sequebatur: domicianus adequitabat. ipse quoq; ornatus pulcherime dignūq; spectari exhibens equū scribit. Mar. tulius in oratione pro murena solitos filios triumphantiū maxime p̄textatos sedere in equis ipsius triūphatoris ut nō absurde equus funalis ille de quo in tyberio satis multa posset referri ad hūc sensum: tanq marcellus & tyberius pride ac p̄textati filii sederint in equis: alter in dextro alter in sinistro triumphantis augusti. ¶ Ordinarium ad differentiam eorum consulatuū: qui suffecti dicuntur: de quibus supra. ¶ Inire modestiā quidā codices habent mire: ut sit aduerbium quod mirifice significat ¶ Poetice studium, hic scriptores illius temporis per assentationem laudauerunt domicianum: tanq in poetica præcellentem: sicut quintilianus in. x. de domitiano loquens scribit hæc Hos nominamus quia germanicum augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum: parumdis uisum est esse eum maximū poetarum Et mox paulo: nos tamen sacra literarū colentes feras cesar: si nō hoc tacitū prætermus: & uirgiliano certe uersu testamur: inter uictrices hederam tibi serpere lauros. Idem in. iiii. de domiciano loquens ait: ne fefellisse in his uidear principē ut in omnibus. Item in eloquentia quoq; eminentissimum Silius quoq; in. iii. punicorum sic domicianum ex studio poetice celebrat: huic sua musæ sacra ferent. meliorq; lira cui subiitit hebrus & uenit rhodope. phebo miranda loquet. quom etiam plinius i prohemio Na. histo. scribens ad Titum inqt quantus in poetica es quemadmodū fratrem imitareris excogitasti: quinetiā Marcialis in epigrāmate ad domicianū ait posse deum rebus pariter musisq; uacare scimus: & hæc etiam serta placere tibi: ser uates auguste tuos nos gloria dulcis: nos tua cura pr or deliciæq; sumus. ¶ Postea. cum ad pricipatum peruenisset. ¶ Nec eo secius nec ideo minus ¶ Alanos alani populi sunt scithiæ europiæ iuxta quos sunt toxolani autor plinius in. iiii. refert amianus marcellinus alanos appellari: quos prisci massagetas dixerunt ab eodem alani europei cognominant. Martialis: nec te sarmatico transit alanus equo. Alani ut docet eusebius in. vi. præparationis euangelicæ carnibus aluntur panem non esitant. ¶ Ipse potissimum. & nō titus frater. ¶ M. AN. ¶ Iurisdictione iu: prætorii muneris. ¶ Tam licenter: tāta licentia. ¶ Qualis: pressimus. f. ¶ Vrbana: ad res urbanas attinentia. ¶ Dictitante: sæpius dicēte. ¶ Ob hæc: partim facta partim temere mota. ¶ Aetatis: q ad ea mouenda impar erat. ¶ Co ditionis: quæ priuata adhuc erat ut ætatē ad belli consilia cōditionē ad officia temere distributa referas. ¶ Lectica: uectus. ¶ Cedente: fratre nō petēte. q d. ne illū quidem ordinariū gessisset: si Titus se cādidatus obtulisset. ordinarius. n. consulatus erat. qui suffragio populi dabatur qui uero

Pertextati in equis triumphātis

In poetica clarus.

Alani.

Alani' creophagi

aut in demortui locũ delatus eẽt:aũt ab imperatorũ aliquo qui curaeũ tedio sponte alicui necessariorũ dignitate cessisset extraordinarius est dictus. ¶ Et ipse. Domitianus. ¶ Poeticae studiũ simulauit:atq; ex eo materiam nacti quidam illum in poetica impense celebrant. Marti. Fiat & ex hedera ciuica nostra tibi. Silius italicus:huc sua musae sacra ferẽt. ¶ Vologesus:hic ille ẽ qui sub initiũ imperii Vespasiano pollicitus est quadraginta sagittariorũ milia. ¶ Alanos:Scythiae populos circa maeum monte ad ortum.

¶ PHI. ¶ Discussa res ẽ. inter uologesem .f. & alanos cõposita cõtrouersia est:ita ut nõ amplius opus eẽt romano duce. ¶ Idem postularent. ducẽ alterum ex uespasiani liberis. ¶ An duplum donatiuũ. ut ita duplicata liberalitate fauorabilior fieret q̃ frater apud milites ad imperium adipiscendum. donatiuũ autem sic militibus datur:ut populo congiarium. ¶ Relictum se principem imperii. tanq̃ uespasianus i testamẽto pricipem imperii romani scripserit domitianum & nõ titum. ¶ Fraudem adhibitam. a tito .f. fratre. ¶ Consecrationis honorẽ. ut inter diuos consecraretur. ¶ Carpsit. uellicauit momordit allatrauit:inde carptores dicti uituperatores. ¶ Obliquis. figuratis. & quae ad contumeliam trahi poterat. ¶ Secretum horarium. ab hora horarium dictum horae spaciũ. Plinius in panegyrico ista tatur domitianũ tenebras semp secretũq; captantem:nec unq̃ ex solitudine sua pdeuntem nisi ut solitudinem faceret. ¶ A uibio crispo:oratore facetissimo:de quo loquit̃ iuuenalis:Vẽit & crispi iucunda senectus:cuius erãt mores qualis facunda.de eodem

Carptores Horatium

discussa res ẽ alios oriẽtis reges ut idẽ postularent donis ac pollicitatiocubus sollicitare tẽtauit. Patre defuncto diu cunctat⁹ an duplũ donatiuũ militi donaret;nũquã iactare dubitauit relictũ se pricipẽ ĩperii; sed fraudẽ testamẽto adhibitã. Neq; cessauit ex eo insidias struere fratri clã palãq; quo ad correptum graui ualitudine prius quam plane efflaret aĩam pro mortuo deseri iussit;defunctũq; nullo praeter quam cõsecrationis honore dignatus;saepe etiã carpsit obliquis orationibus & edictis.

De gestis p eũ in initio principatus.

INter initia principatus quotidie secretũ sibi horariũ sumere solebat;nec quicq̃ amplius quã muscas captare:ac stilo praeacuto cõfigere;ut cuidã interrogãti eẽt ne quis it⁹ cũ Caesare;nõ absurde respõsũ sit a Vibio Crispo. ne musca quidẽ. Deide uxorẽ suã Domitiã ex qua ĩ secũdo suo consulatu filium tulerat alteroq; ãno consalurauerat;ut Augustã. eãdem Paridis histrionis amore depditam repudiauit;itaq; breue tẽpus ĩpatiẽs dissidii quasi efflagitante populo reduxit. Circa administrationẽ ĩperii aliq̃diu se uarium praestitit;mixtura quoq; inaequabili uitiorũ atq; uirtutũ:donec uirtutes quoq; i uitia deflexit;quãtum cõiectare licet super igenii naturam;inopia rapax:metu saeuus.

De spectaculis p eũ editis & liberalitate ei⁹ ad populũ.

¶ Notauit. Ignominiosa nota affecit. ¶ Cum suo cõsilio. idest cum cõsiliariis: & qui in eodem consilio sedẽtes iudicarũt ¶ Auctor. tri. plebis fuit. sensus est Domitianus auctoritate sua. tri. plebis impulit ad accusandũ ædilem de repetundis utpote sordidos questus secutũ. omne eni lucrũ magistratibus indecorum est. ¶ Iudices a senatu solitos a senatu iudices & peti & dari. docet plinius ĩ epistolis: cum ait mariũ priscũ accusantibus afris omissa defensione iudices petisse. tunc ipse plinius & cor. tacitus patroni prouincialium: notum fecere senatui priscum marium imanitate excessisse crimina quibus dari iudices possent. tñ iulius consul designatus censuit iudices a senatu mano dãdos. ¶ Vrbicis. urbanis & q in urbe exercent magistratum. ¶ Post illũ. post domitiani mortẽ. ¶ Vidimus. fuit. n. trãquillus temporibus illis. ¶ Mox correctiõe. i. cũ factus eẽt cẽsor. fuisse ãt cẽsorem Domitianũ testis est epigrãmatarius poeta cum ait. censor maxime principũq; princeps. ¶ Promiscua iniquitate. promiscua spectandi iniquitas dicitur: quando sine discrimine nobiles & ignobiles: opulenti & pauperes confusim occupatis ordinibus spectant: cum decorum sit ut nobiliores secreti seiũctiq; a popularibus: habeant in spectaculis sedilia honoratiora ego existimo non promiscua iniquitate legendum esse: sed promiscue in equite. ut sit sensus. domitianum inhibuisse licentiam illam theatralem: quæ prius inualuerat: ut promiscue & indifferenter spectaretur in equestribus gradibus: in quibus soli equites spectare debebant. hoc autem a Domitiano factitatum fuisse testatur Martialis. qui pluribus epigrãmatis eum extollit ob sublatam hanc licẽtiam theatralem. & ob id redditam ordini equestri in spectaculis dignitatem. hendecasyllabon martialis hoc est. edictum domini deiq; nostri: quo subsellia certiora fiunt & puros eques ordines recepit: item sedere prio in gradu semper tunc cum licebat occupare maneuis. item quadringenta tibi non sunt cherestrate surge. exponas igitur in equite in ordine equestri. imprimis enim domitianus curauit ut in gradibus equestribus discreti soli equites sederent: sine consessoribus plebeis. qui prius indiscriminatim sedilia occupabant. ¶ Scripta famosa. supra annotauimus: quod legibus. xii. tabularum pœna capitali sanciendum putauerunt in eos: qui carmen condidissent: quod infamiam faceret. unde & apud iurisconsultos titulus est de famosis libellis. ¶ Notabantur. infamabantur taxabanẽ ¶ Non sine auctorum ignominia. cum ignominiæ notam & infamiæ maculam apposuisset his: qui conditores fuerant scriptorum famosorum.

Recuperatores

Iudices a senatu dari

Discretæ ĩ theatro sedes

¶ M. AN. ¶ Rescidit: pro irritis habuit. ¶ Recuperatores qui res ad fiscũ attinẽtes cũ asserendi ptãte requirebant. ¶ Nummarios: q de pecuniariis summis iudicabant: aut quod magis placet nummis corruptos notauit enim dixit quasi ignominia affecit. ¶ Aedilem sordidum: sordides quæstus secutum. ¶ Vnq̃: q̃ eo principe. ¶ Morum correptione: censura. ¶ Promiscue & inequite: alii in equitate habent: sed neutrũ sequ-

tur. Ego ingẽte legẽdũ contenderim: ut sit sensus inhibuit theatralẽ licentiã spectãdi pmiscue idiscretis ordinibus: ætatibus: ac sexu: nec solũ pmiscue ihibuit sed ĩgete .i. tumultuose ẽt spectandi licentiam compressit.

Quæstorium uirum: quod gesticulandi salutandiq; studio teneretur mouit senatu. Probrosis fœminis lecticæ usũ ademit: iusq; capiendi legata hæreditatesq;. Equitẽ Romanum ob reductam ĩ matrimoniũ uxorem cui dimissæ adulteri crimen itenderat: erasit iudicum albo. Quosdam ex utroq; ordine lege scãtinia condẽnauit. Incesta uestalium uirginum a patre suo quoq; & fratre neglecta uarie ac seuere coercuit: priora capitali suplicio: posteriora more ueteri. Nam cum oculatis sororibus itẽ Varonillæ liberũ mortis pmisisset arbitrium; corruptoresq; earum relegasset; mox corneliam

¶ PHI. ¶ Quæstoriũ .i. qui qstura functũ. ¶ Gesticulãdi saltãdiq; studio .i. hoc nimirũ laudãdus ẽ ut bonus princeps: q ferre non potuit uirũ questoriũ eẽ saltatorẽ & instar histrionis gesticulatorẽ. Nã ut igt elegãter Cicero in oratiõe pro murena: neq; fere saltat sobrius nisi forte isanit. Neq; i solitudine neq; i cõuiuio moderato atq; honesto: unde saltatorẽ appellare maledictũ erat atq; cõuitium. quin etiã emilianus scipio romanos crimĩnatur qd ĩ ludum saltatoriũ eant uirgines puerĩq; igenui. Cato: Mar. Ceciliũ uocat ppatiatorem a saltãdi arte. Salustius quoq; sempromiã reprẽdit quod saltare optime sciuerit. ¶ Probrosis feminis ĩpudicis & dedecorosis. pbrũ eni & stuprũ significat & dedecus & turpitudinẽ alias accipit p cõuitio & maledicto. lex fixa fuit ĩ atrio libertatis: qua sanciebatur ut probrũ uirginis uestalis capite puniretur: uir q eam incestauisset uerberibus necaretur. ¶ Iusq; capiendi legata. spoliauit feminas probrosas ptãte legatorum capiendorũ hoc est ne legatariæ ĩ testamẽto cuiuspiã scribi possent. hinc uidetur illud satyrice scriptũ. sĩ capiendi ius nullũ uxori. ¶ Erasit iudicũ albo. sustulit ex ordine iudicum: quorum nomina in albo perscribebantur: de quo superius satis multa. idro autem domitianus iudiciaria nota iudicem affecit: quia ille cum uxore diuortium fecerat: eãq; de adulterio accusauerat & mox ĩ matrimonium reduxerat: aut enim adultera erat aut casta: si impudica cur eã reducebat ĩ matrimonium: si pudica cur illam dimittebat? ¶ Ex utroq; ordine. senatorio & equestri. ¶ Lege scatinia. lex scatinia ponit eos: q muliebria patiuntur & maxime uiros. hinc tota est satyrici poetæ mordacitas: cũ ĩ secunda satyra inuehitur in socraticos cinedos: ubi ait. citari ãte oẽs debet scatinia: quo in loco cõmẽtatores falluntur: qui existimant in pedicones subactoresq; scatiniã legẽ eẽ sancitam: cum poeta tota illa satyra insectetur uiros muliebria pacientes: qui lege scatinia a scatinio lata puniebãtur. cr[illegible]us ĩ epistolis ad Ciceronem scatiniæ legis meminit: cum ait. postulandum me lege scatinia curant. & ausonius scribens in mollem & effeminatũ inquit. scatiniam metuens non metuit titiã. sensus aũt ẽ domitianũ cõdẽnasse quosdam senatores & equites ex lege scatinia: quod .s. molles eẽnt & muliebria paterentur. scatinium ãt conditorem legis scatiniæ non romanum fuisse sed aricinum docet Mar. Tullius qui sic scribit in tertia philippica. quod autem municipium non contẽnit is: qui aricinum tantopere despicit: uetustate antiquissimum. hinc uoconiæ hinc scatiniæ leges. nugatoria sunt: q dicuntur de. C. scatinio: qui uim inferre uoluit marcelli filio. cũ ab illo nõ sit dicta neq; lata scatinia lex: sed a scatinio municipe aricino. Leges enim a conditoribus nominantur non autem a; fontib⁹ & reis. ¶ Incesta uestalium uirginum. scribit eusebius in chronicis tres uirgines uestæ ob stuprũ dãnatas a domitiano: quẽ papinius ĩ primo siluarum laudat a coercendi uestales ministras diligentia: sic enim ait pulchrius an tacita uigilet face troicus ignis: atq; exploratas iam laudat uesta ministras. philostratus quoq; in .vii. de uita apollonii testis est domitianũ purgasse tẽplũ uestæ uirginibus tribus uestalib⁹ itereptis. quæ eẽ cũ uiris habuisse culpatẽtur: cũ oporteret eas castas & intactas ilẽsem pallada & ignem ppetuũ custodire. ¶ Varie. .i. non o genere supplicii. ¶ Priora .s. icesta uestaliũ. ¶ Posteriora. icesta. ¶ More ueteri .s. cohercuit. mos ãt uetus fuit ut uiuæ humi defoderentur ĩ cãpo: q ob id sceleratus uocabat. nã sicut honores multi & amplissimi uestalibus exhibebantur: propter quos neq; filiorũ eis neq; nuptiarum erat desiderium. sic pœne delinquentibus imposite sunt magnæ. earũq; inquisitores & punitores erant ex lege pontifices. eas quidem in minoribus delictis uerberibus afficientes corruptas uero miserabili morti tradentes uiuæ enim in feretro deferuntur per forũ more mortuorũ. & cũ silẽtio merore q; deducũtur ad portã collinã: ubi structa ẽ subterranea domus: ubi a pontifice uirgo icesta opto capite cõstituit ĩ scalis ĩ hypogeũ hoc ẽ subterrancũ domiciliũ descẽntibus. cũ autem illa descẽderat scalæ tollebãtur & domicilium humo iniecta operiebat. in quo lectus erat & lucerna ardens. panis quoq; cum aqua lacte & oleo: ne fame mori uideret. ¶ Ocellatis. cognomẽ ẽ uirginum uestalium: q ex ocellata familia ad sacerdotiũ accesserant. ¶ Corruptores. stupratores. ¶ Relegasse. sicut licinianũ ualeriũ rhetoricæ pfessorẽ relegauit ob incestum: qui postea in sicilia pfessus ẽ. cuius rei meminit plinius ĩ epistolis. ¶ Mox corneliã. cuius stuprator eques romanus noĩe celer ĩ comitio uirgis cesus ẽ. q itercedẽdũ ĩ hac uoce pstabat. qd feci nihil feci. plinius ĩ qrto epistolaꝝ memorat domitianũ cõcupisse uiuã defodere corneliã maximillã uestalẽ: ut q illustrari seculũ suũ eiusmodi exẽplis arbitraret: qui absentem inauditãq; dãnauit icesti: a quo missi statim põtifices: q defodiẽdam necãdãq; curarent: a quibus ĩ illud subterraneum cubiculum dimissa est.

¶ M. AN. ¶ Quæstoriũ uirũ: q questor fuerat. ¶ Probris. flagitiis & ĩfamia optis. ¶ Iusq; capiẽdi legata. lu ue. Si capiũdi ius nullũ uxori: ẽ legatũ ut Modestinus ait quedã donatio testamẽto relicta. ¶ Erasit iudicum albo: e numero iudicũ expunxit qui falso crimen uxori intendisset: sicq; ignominia notatũ itellige. ¶ Lege scãtinia: a. C. Scantinio in pedicones lata: qui cum Marcelli filio uim ut Valerius ait inferre ausus esset patre

Saltatores uituperantur

Ludus saltatorius

Spanator Probeum

Cõplexio

Lex scatinia

Vestales ob stuprũ dãnate

accusante dānatus est.lu.quod si leges & iura citant̃.Ante omnes debet scantinia.¶ Incesta uestaliū.Eusebius auctor est tres uestales uirgines Domitiano principe incesti damnatas.¶ Priora incesta.¶ More ueteri ut humi uiuæ sepelirentur.lu.Sanguine adhuc uiuo terram subitura sacerdos.¶ Nam cum ocelatis subiicit cam quare diuerso supplicio idē scelus uindicarit.¶ Ocelatis sororibus uestalibus a familia ita cognominatis: quæ fuerant prius incesti accersitæ Varonillæ: item uestali.¶ Liberum mortis genus: ut ipse diligerent sibi genus mortis: quo uellent affici.¶ Corruptores: qui cum uestalibus incestum commiserant.

Virgo maxima

uirginē maximam absolutam olim: dehinc longo interuallo repetitam atq̃ conuictam defodi imperauit. Stupratoresq̃ uirginis in comitio ad necem cædi: excepto prætorio uiro: cui dubia etiam tum causa & incertis quæstionibus atq̃ tormentis de semet professo exilium indulsit: ac ne qua religio deum impune cōtaminaretur: monumētum qđ libertus ei⁹ e lapidibus tēplo capitolini Iouis destinatis filio cōstruxerat diruit p milites: ossaq̃ & reliquias: quæ ierāt: mari mersit.

De clæmentia & largitate in initio principatus.

INrer initia usqueadeo ab omni cæde abhorrebat: ut absente adhuc patre recordatus Vergilii uersum: Impia q̃ cæsis gens est epulata iuuencis: edicere destinauerit ne boues immolarētur. Cupiditatis quoq̃ atq̃ auaritiæ uix suspitionem ullam aut priuatus unquā: aut princeps aliquādiu dedit: immo e diuerso magnæ sæpe non abstinentiæ modo: sed etiam liberalitatis experimenta. Oēs circa se largissime p̄secutus, nihil prius aut acrius monuit q̃ ne qđ sordide facerent: relictas sibi hæreditates ad his qb⁹ liberi erāt nō recepit: Legatum etiā ex testamento Rusci Cepionis q cauerat: ut quot ānis īgredientibus curiam senatoribus certā sūmā uiritim præstaret hæres suus irritum fecit.

¶ PHI.¶ Virginē maximā. uirgo maxia dr̃ p̄fecta & priceps reliquarum uestalium: qualis hodie abatissa nūcupat̃. hinc nō absurde apud pliniū p corneliam maximā uestalem legi posset Cor. maximā uestalē: ut cōueniat cum sn̄ia tranquilli.¶ Repetita.s.iudicio & accusatione.¶ Defodi. ut uiua ex more uetusto defoderet̃ de quo iuuenalis sanguine adhuc uiuo terrā subitura sacerdos. Liuius.l.xxii.duæ uestales eo anno opimia atq̃ floronia stupri cōptæ altera sub terram ut mos ē: ad portā collinā necata fuerat. altera sibimet ipsa mortē cōsciuerat. L. Cātilius scriba pōtificū: qui cū floronia stuprum fecerat. a pontifice maximo eo usq̃ uirgis in comitio cæsus erat: ut inter uerbera expiraret. itaq̃ domitianus & stupratas & stupratores puniebat ex iure pōtificis maximi: ad quē pertinet talis coercio aiaduersioq̃.¶ Stupratores.i. primis celerem eqtem romanū significat: cui cornelia icestū obiectū ē & ob id in comitio uirgis cæsus: ut diximus.¶ Excepto p̄torio uiro. fortassis signat ualerium licinianū: q p̄monitus fuit si comitiū & uirgas pati nollet: ad confessionē incesti cū cora uestale cōfugeret: sicut & fecit. locutus ē p absente. heremus senecio. liciniano Domitianus exiliū molle dedit pmisitq̃ ei q̃ posset ex rebus suis raperet anteq̃ bona publicarētur.¶ Cōtaminaret̃. pollueret̃ & maculosa fieret.¶ Libertus eius. Domitiani.¶ Destinatis. p̄paratis.¶ Filio defuncto: & filius liberti significat̃.¶ Diruit. euerti & destrui iussit.¶ Ossa & reliqas. filii liberti ipsius. tāq̃ nefas foret i lapidibus sacratis p̄phanū sepeliri.

Versus uirgilii

¶ Impia quā cæsis. uirgilius in.ii. georgicorū sic scribit. an̄ et sceptrū dictei regis & an̄ ipia q̃ cæsis gens ē epulata iuuēcis: aureus hāc uita saturnus iterris agebat. i expositiōe huius uersus ait seruius q̃ maiores boues cum risse nefas putabāt. plinius quoq̃ & columella tradūt i tāta fuisse apud āntiquos ueneratiōe boues: ut tā capitale esset boué necasse q̃ ciuē.¶ Edicere. edicto p̄mulgare.¶ Destinauerit. cōstituerit deliberauerit.¶ Ne boues. imolarēt̃. ex dogmate pythagorico p̄cipit̃ apud ouidiū ne boues imolēt̃ neue adhibeāt̃ i cibatū. sic. n. scriptum ē. Quid meruere boues aial sine fraude doloq̃ inocuū simplex. natū tolerare labores: porphirius quoq̃ refert ex iniqtate hoīum eē idu ctū morē imolandi hostias. quē fediss mū appellat & crudelitatis plenū: cū ex sanguine occisorū aialiū ībuāt̃ aræ deorū: gnetiā lactātius carpēs hāc aialiū imolationē sic scribit i.v. diuinarū īstitutionū: mactāt igit̃ opimas ac pinguas hostias deo q̄si esurienti: p̄fūdūt uina tāq̄ sicienti: trimegistus simile sacrilegus eē autumat cū deū ores tus atq̃ cetera icendere. nihil. n. deest deest: qui ipse est omnia atq̃ icēsiōes dei eē: cum agāt̃ grates a mortalibus.¶ Expiméta. s. dedit.¶ Largissime. liberalitate maxia ¶ Q̄ ut neqđ sordide. domitianus admonuit suos facte ne qđ tacerēt: qđ illos sordidos eē & auaros turpisq̃ lucri cupidos declararet. nimirū pricipes omnes hac admonitiōe suos aulicos monere deberēt ne qđ cā auaritiæ & rapinarū sordidiq̃ lucri facitēt: cū uideamus ī aulis pricipū oīa secus fieri.¶ Nō recepit. tāq̄ iustius sit hēditates p̄atrū ad filios p̄tinere q̄ ad principē. ex his liquet quēadmodū domitianus ab initio pricipatus egit bonū pricipē: mox deflexit ad oē genus flagiciorū ¶ Legatū irritū fecit. ruscius cepio i testamēto legatū hoc legauerat senatoribus: ut singulis annis certa summa pecuniæ ū illis uiritim diuideret̃ ab herede: qn̄ curiā īgrediebantur. hoc legatū domitianus rescidit nec ratum esse uoluit. ut ita heres ab hoc onere liberaretur quod est laudabile.

Capitale boué necasse

Mos fedissimus imolandi hostias

Incēsiones dei grates

Salubris monitio

¶ M.AN.¶ Virginem maximam. Corneliam primam uirginum: & quasi antistitem: quæ ut Eusebius ait uiua defossa est ¶ Defodi: extra collinam portam more maiorum in subterraneam specū uiuā demitti.¶ Stupratores: uestalium corruptores.¶ Exilium īdulsit: exilio dānauit quū maius esset supplicium meritus.

¶ Libertis: eius nõ dicitatuus ad domitianũ uix apte referas ¶ Lapidibus destinatis: ad usũ capitolinæ ædis cõparatis ¶ Diruit: dirui fecit monumẽtũ. s. ¶ Ossa filii ¶ Ab oĩ cæde. q. d. multorũ ẽt aiahũ. ¶ Sordide: turpiter: ac præ lucri cupiditate auare nimiũ. ¶ Cauerat: testamẽto legarat. ¶ Viritim: senatorum singulis.

Reos qui ante quinquénium proximum apud ærarium pependissent: uniuersos discrimine liberauit: nec repeti nisi intra annum eaq; conditione permisit, ut accusatori qui causã non teneret exilium pœna esset. Scribas questorios negociantes ex consuetudine: sed contra Clodiam legem uenia in præteritum donauit. Subsiciuia quæ diuisis per ueteranos agris carptim superfuerunt ueteribus possessoribus: ut usu capta concessit fiscales calumnias magna calumniantium pœna repressit: ise rebaturq; uox eius: princeps: qui delatores non castigat irritat.

De sæuitia & crudelitate eius cõtra plurimos.

Sed neq; in clementiæ: neq; i abstinẽtiæ tenore per

¶ PHI. ¶ Apud ærarium. pependissent. dicitur rei pendere apud ærariũ: q nec dũ absoluti nec dũ dãnati sũt: sed adhuc illoꝝ cã ẽ pẽdens. & ut dici solet suspẽsa sub incerto exitu. tales liberauit domitianus a piculo dãnationis: si modo p quinquẽniũ pximi spaciũ pependisset. i ærario. ãt tabularium erat hoc ẽ repositoriũ ipsaꝝ tabulatũ ærarius uero hõ dr: qui ære pecuniaq; mulctat. hic leges idẽ idẽ apud luculẽtos scriptores factos eẽ ærarios & iter ærarios relatos: qa ære mulctati tũ puniebãtur. Nec repeti. ab accusatoribus iterũ reuocari ad reatũ. ¶ Intra annũ annuũ spaciũ. ¶ Qui causã nõ teneret. q nõ obtineret reũ dãnari: nec q reũ uinceret i iudicio ¶ Sed cõtra clodiã legẽ. clodia lex prohibebat scribas qstoꝝ exercere negociationes. tã q idecorũ foret scribã eẽ negociatorẽ: uerũ tñ ex cõsuetudie: quæ iterdũ lege potẽtior est quidã ueniebant negociãtes quos uenia donauit Domitianus remissa legis clodiæ punitiõe. ¶ Subsiciua. i codicibus luculẽtorũ scriptorũ multifariis modo subcisiua modo subsiciua scribi deprendes. eadẽ tñ huius uerbi uis est & significantia. nã subcisiua dicũt quæ subcisa sunt & quasi subtracta a subcidẽdo dicta q̃si relicta: qd si subcisiua legeris a subsecãdo icli nabitur: plinius in prohemio. Na. historiæ & au. gellius in nouissimo noctium atticaꝝ subcisiua siue subcisiua tẽpora dixerũt: quæ subducta subtractaq; sunt & ueluti subcisa siue subsecta a rebus necessariis: eadẽ dictione usus est Cicero cum ait in primo de legibus. subcisiua quedã tẽpora icurrũt: quæ ego perire nõ patior. Itẽ paulopost. qn igit̃ ista ipsa explicas subcisiuis ut ais tẽporibus & cõscribis de iure ciuili subtilius q̃ ceteri. apuleius i ultimo de asino aureo. qd subsiciuũ quãuis iteratæ iã traditioni remãsisset: ubi subsiciuũ posuit pro reliquũ. Idem ĩ eadẽ significatiõe dixit in octauo. Ac me relictũ solũ ac subsiciuum cum fastidio pleriq; preteribãt. Itidem tranquillus subcisiua appellat porciunculas agrorũ q̃ si subcisas relictas ue: quæ uelut reliquiæ in diuidendis agris superfuerant. talia Domitianus cõcessit ueteribus possessoribus: qui. s. illos agros prius possederant: q̃ ueteranis diuiderentur. Idẽ apuleius scribit in apologia pythagoram animaduertisse euerticulum: quod genus retis est: trahi a piscatoribus iuxta metappontum in littore italiæ suæ: quam subsiciuam greciam fecerat ubi subsiciua grecia accipi uidetur quasi pro subsecta sucisaq; & ueluti secundaria grecia: quæ est italiæ portio: quam greci magnam greciam appellauerunt. ¶ Carptim. quasi frustilatim & membratim. hoc est per frusta & membra hinc inde decerpta supererant. ¶ Vsurapta. quasi per usus capionem uendicata. antiquitus iure ciuili constitutum fuerat. ut res si mobilis erat anno ubiq; uno: si immobilis biennio tantum in italico solo usucaperetur: ne rerum dominia in incerto essent. mox iustinianus constitutionẽ promulgauit: qua cautum est ut res quidẽ mobiles per triennium: immobiles uero p longi temporis possessionem. i. est inter presentes decennio: inter absentes. xx. annis usucapiantur: sicut scribunt latissime iurisconsulti: & a boetio in cõmentariis topicoꝝ annotatum est. ¶ Fiscales calumnias. calũniæ fiscales dicuntur: ex quibus dãnatorũ bona ad fiscum imperatorium deuoluebantur. ¶ Ferebatur. celebrabat̃. ¶ Princeps q delatores nõ castigat. uox hæc in omnibus principum cubiculis uestibulisq; scribẽda est: uox aurea uox omni laudatiõis pconio digna: eleganter olim & sapienter dixit iulianus iperator ad delatorẽ coercẽdũ: qs inocens eẽ poterit si accusasse sufficiet. Delatores ergo nisi castigent̃: uel ob hoc qa ipuniti relinquũtur: ad accusandum magis irritãtur: adeo domitianus delatores puniendos eẽ uolẽs significare dicebat: delatores irritari prouocariq; ad delatiõis officiũ: nisi a pricipe castiget̃. Nimiꝝ delatores ad uenena nascũt̃: quoꝝ atra ceu serpentũ lingua uibrat tabesq; animi cõtrectata adurit. Nulla sane pestis pestilẽtior: nulla pernicies pniciosior ueneno delatorũ: qui ubi principum aures patulas fuenere: ifundũt uirus exitiale inocẽtibus. unde fit ut pceps numero uir bonus probus insons ex aula principali eliminetur atq; explodatur: dũ principes nimium creduli totas aures repandunt pestiferis delatoribus susurronibusq; qui uirosis linguis uipeias imitantur. Quos inclyte annibal non minus fugiendos censeo q̃ pestes q̃ uenena q̃ uortes.

¶ M. AN. Apud ærariũ pependissent aut in uacuo: ut de claudio dixit: pependissent aut ambiguo causæ euẽtu suspensi toto quinquénio ærarii rei fuissent. ¶ Discrimine: icõmodo: oiq; periculo liberauit. ¶ Nec repeti: iterũ cogi. ¶ Intra annũ: itra anni spaciũ. ¶ Qui causam nõ teneret: qui nõ uictor esset: aut ad exitũ nõ pduceret. ¶ Contra clodiã legẽ. P. Clodius tri. pleb. quattuor tulit leges Aulo Gabino: & L. Pisone cõsulibus in quibus hanc fuisse intelligi oportet. ¶ Subcisiua. i. agrorũ partes succisas: hoc ẽ diuidẽdis agris hinc inde subductas ut mensura admetientibus magis quadraret: dñr & succisiua tempora necessariis horis subtracta. Pli. succisiuis tpibus ista curamus. Gellius Ea omnia subcisiua: & subsecũdaria tpa. ¶ Carptim: hinc ide carpendo ali-

Rei pẽdẽt

Tabulariũ in ærario ærarii homines

Consuetudo lege potentior

Subsiciua

Subcisiua

Euerticulũ

Vsucapere

Vox domitiãi memorabilis

Dictũ iuliani

Contra delatores

qd.¶ Veteribus possessoribus:his q agros ipsos ad id tps possederat:prius dico q diuisi eent.¶ Vsucapta possessiōis cōtinuatiōe qsita.Modestinus,usucapio ē iqt acqsitio uel adiectio dñii p cōtinuatiōem possessiōis tpis lege definiti.¶ Fiscales:ad fiscū iperii attinētes.¶ Calūnias:fallas delatōes aduersus ciues p fisco intentas.

mansit;& tamen aliquãto celerius ad sæuiciam desciuit quã ad cupiditatem.Discipulum Paridis pantomimi pauperem adhuc;etiam tum maxime ægrum quod arte fomaq; non absimilis magistro uidebatur occidit.Item Hermogenem tarsensem propter quasdam in historia figuras;librariis etiã qui eã descripserant crucifixis.Patrẽfamilias quod thracem mirmilloni parem numerario ĩparẽ dixerat detractum e spectaculis in arenam canibus obiecit cum hoc titulo;ĩpie locutus parmularius.Cõplures senatores in his aliquot cõsulares interemit;ex quibus Ciuicã Cerealẽ in ipso Asiæ procõsulatu;Saluidienũ Orfitũ.Aciliũ Glabrionẽ exilio quasi molitores nouarum rerum.Cæteros leuissima quæq; de causa;

¶ PHI.¶ Ad sæuiciam deseruit deflexit ad crudelitatem prius q ad auariciam.¶ Discipulum paridis.Exempla hæc sunt seuitiæ i domitiano:qui ob nullã aliã cãm occidit discipulum paridis histrionis:nisi q arte histrionica & forma magistrũ repńtabat.¶ Propter quasdã i historia figuras.obfiguratũ scribendi genus & obliqua dicta:marcianus atq; fortunatianus scribũt ductũ eẽ in orõne figuratũ:cũ aperte quid dicere p hibet uerecundia pp obscena:& significatiõnẽ aliã atq; in tegumentis uestita monstratur.Est & obliquus ductus cum metus ĩpedit aliqd dicere libere:& p quosdã cuniculos obiicieda monstramus.Domitianus occidit hermogenẽ historicũ pp figuratos in historia ductus & elocutões:quæ trahi posse uidebantur ĩ principis cõtumeliã.Plinius scripsit octo uolumina dubii sermonis sub nerone nouissimis ãnis cũ oẽ genus studiorũ paulo liberius & erectius piculosũ seruitus fecisset.Figurate ut iquit Sidoni᷒:uitã domũq; cõstantini uidet uel pupugisse uel momordisse:qui palatinis foribus distichon hoc appendit:saturni aurea secla quis requirat:sunt hæc gemma sed neroniana.¶ Tharsensem.Ex tharso oppido ciliciæ:Persius iouis & danaes filius:tharsum condidisse memoratur:ut ait amianus marcellinus:unde a lucano tharsos persea cognominatur illo uersu.Deseritur taurus; nemus perseaq; tharsos:¶ Qui eam descripserant.historiã.s.hermogenis exscripserant.proprie enim describere & exscribere est exempla transferre:quod pertinet ad librarios:cũ scribere ad conditorem referatur.Vulgus perperam scriptores dixit quos librarios dicere deberet:cum scriptores sint ipsi auctores conditoresq; librorũ.¶ Patrẽfamilias.sensus est Domitianus obiecit canibus laniandum quẽdam patrẽfamilias:quia in spectaculo gladiatorio:quod exhibebat princeps:dixerat thracem gladiatorem parẽ quidem esse myrmilloni aduersus quem depugnabat:sed munerario ĩparem.i.editori ludorũ domiciano minime parẽ:tãq ab eo uellet nollet digladiari cogeret.& ita hoc dicto nisus est taxare principẽ exhibitorem spectaculi gladiatorii.Nã munerarius significat editorẽ exhibitoreq; muneris gladiatorii:cuius noie domicianus significabat a patrefamilias:alibi documus myrmilloni gladiatori opponi thracẽ gladiatorẽ:qd idicat uel ille ausonii uersus:quis myrmilloni cõtẽditur æquĩ manus thrax.¶ In arenã.gladiatoria arena significatur:i q gladiatores depugnãt:unde & arenarii dicti.¶ Cũ hoc titulo.cũ hac notatione iudicioq; supplicii.¶ Impie locutus parmularius.uerbum hoc a domiciano contumeliose dictum est in patremfamilias obiectũ canibus lacerandum:nam parmularius nomen est gladiatoris a parmula dicti.est autem parmula breue scutũ de qua ait Oratius:sensi relicta non bene parmula.milites uelites ritu romano parmam habebant tripedalem parmulis soliti sunt miles pugnare:quarum usum fertur sustulisse.C.marius:Iphicrates peltam pro parma militibus dedit:ex quo postea peltastæ pedites dicti.apud quintilianum in.ii.hoc scriptum legimus huic sentẽtiæ accommodatum:alius percontanti theodoreus an apolodoreus esset:ego iquit parmularius sum:nec sane potuit urbanius ex confessione inscitiæ suæ elabi.¶ Ciuicam cerealem.Cor.tacitus meminit subinde cerealis:q castra germanorum cepit exciditq;.¶ Acilium glabrionem.de hoc ait Iuuenalis:proximus eiusdem properabat acilius æui.Acilio glabrioni qui apud thermopylas regem superauit anthiochum:statuam auream posuit filius Acilius glabrio:quæ prima omnium in italia fuit aurata statua.auctores liuius plinius & amianus marcellinus.hic quem interemit domicianus ex ea erat prosapia.¶ Cæteros:scilicet interemit.¶ Orfitum.domitianus orfitum & russum paratarum contra se insidiarum insimulans in insulam relegauit.apud philostratum apollonius orfitum appellat uirum iustum & temperatum:cui obiciebatur q suasor impulsorq; neruæ fuisset ad imperium occupandum:adiutum quoq; ab ipso apollonio ad res nouas moliendas calumniabãtur:ex hoc ait tranquillus orfitum fuisse domitiani iussu interemptum in exilio quasi molitorem rerum nouarum.pro enim fuit insulari exilio mulctatus:mox ibidẽ iteremptus sicut & acilius glabrio ob cõsimilẽ suspitionem.
¶ M.AN.¶ Magistro:ipsi paridi.¶ Figuras:aliquos inter se sermões Thracẽ retiarium.¶ Mirmilloni:qui cum retiario pugnat.¶ Munerario:gladiatori ad munus cõparato:munus gladiatoriũ certamẽ dr.Iu.munera nunc edunt & uerso pollice uulgi quẽlibet ceciderunt.¶ Impie locutus parmularius a parma parmula ẽ atq; i de recta uoce parmularius parmularum opifex:aut quemadmodũ a scuto scutarius dicitur:sic a parmula parmularius parmulæ gestator:ut præteritæ militiæ atq; eiusdem obscuræ & gregariæ breui titulo argueret.
¶ Acilium glabrionem.Iu.properabat Acilius æuo.

Figurat᷒ ductus
Obliquus ductus
Thrasũ cõdidit perse᷒
Describer.
Exscribere
Scriptores
Mũerario impar
Thrax myrmilloni
Parmulari᷒
Parmula
Peltastæ
Parmulari᷒ sum
Statua glabrionis

¶PHI. ¶ Aelium lamiã. propter huius aelii lamiae necē dixit poeta satyricus: hoc nocuit lamiarum caede madenti. Aeliorum lamiarum familiam: quae fuit romae senatoria oriundam esse a lamo formiarum rege: idonei scriptores prodiderunt. In alia significatione lamia dicitur uoratrix puerorum: a lama quae est uorago: & maledictum est in feminas maleficas. Apud philostratum multa mentio est de lamia: quae formosiores adolescētulos deuorabat. Quidam lamias dicunt esse laruas & lemures: quae humanas carnes desiderantes affectant: Oratius: neu pransae lamiae uiuū puerum extrahat aluo. Apuleius in primo de asino aureo: at ille olore spurcissimi humoris pcussus: quo me lamiae illae infecerant aspernatur.

Lamia

Aeliū lamiā ob suspiciosos quidē uerū & ueteres & innoxios iocos: quod post adductam uxorem laudanti uocem suam heu taceo dixerat; quodq; Tito hortanti se ad alterū matrimonium responderat, καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις; Saluiū Cocceanum quod Othonis imperatoris patrui sui diem natalē celebrauerat. Metium Pōposianum qđ habere īperatoriam genesim uulgo ferebat̃; & qđ depictū orbē terrae ī membranis: cōcionesq; regū ac ducū ex Tito Liuio circūferret; qđq; seruis noīa Magonis & Hannibalis īdidisset. Salustium Lucullū britaniae legatū: quod lanceas nouae formae appellari luculleas passus esset. Iunium rusticum: quod Peti Thraseae

In threnis hieremiae accipitur lamia pro genere animalis: cū etiam lamiae nudauerunt māmam: lactauerūt catulos suos. In esaia quoq; scriptum est: ibi cubauit lamia & inuenit sibi requiem. Olim pbus imperatoe exhibuit in spectaculo centum lamias. ¶ Abductā uxorem. supra dictum est domicianū abduxisse ī matrimonium domiciā lōginā aelio lamiae nuptā. ¶ Laudanti dōiciano. ¶ Heu taceo. hoc uerbum dixit aelius lamia dolenter & cum suspirio: cū significare uellet sibi tacēdū esse & labellum digito cōpescēdū: cum libere queri non posset de domiciano: qui sibi abduxerat uxorem. ¶ Ad alterum matrimoniū. ut post abductā a domiciano primā uxorem domiciam ducere uellet alterā. ¶ [Greek]: quod latine īterptat̃: an & tu uxorē ducere uis: quo dicto ītelligi uoluit aelius lamia qđ & titus quodq; uellet abducere alterā sibi uxorē: sicut domicianus primā abduxerat. ¶ Saluiū cocceanū. subintellige īteremit. fuit āt hic filius fratris othonis īpatoris quē otho iā iā moriturus admonuit: ne patruū suū othonē fuisse aut obliuisceret̃ unq; aut nimiū meminisset. ¶ Metiū pōposianū. in uespasiani uita dictū ē: quēadmodū sermo pcrebuerat metium pōposianū habere geniturā īperatoriā: eūq; quādoq; regnaturū. unde a Vespasiano consul factus est tali cauillo alludente: q. q; memor erit tanti beneficii: sed domicianus longe patri dissimillimus pōposianū interemit: propterea q. in horoscopo sydereq; natalicio īperatoria dignitas ei decreta eē uulgo dicebat̃: quicūq; habuerunt horoscopū in prima parte arietis nascentur reges duces exercituūq; īperatores. ¶ Depictum orbem terrae. Pōposiano excidiū cōcinauit ea res: quae hostilio mancino consulatum peperit: qui situ carthaginis expugnationēq; depictā proponēs ī foro. & ipse assistēs populo spectātu singula enarrabat. qua comitate proximis comiciis cōsulatum adeptus est. Anaximander milesius de situ orbis descriptā tabulā primus edidisse fertur. Heccatheus uero codicē reliquisse situm orbis continentem: ut tradit eratosthenes. ¶ Cōtiones regū ac ducū notissimū est liuium ī cōtētiōibus supra quā narrari pōt: eloquētissimū: apud quē maximi duces regesq; pprie diuinitus cōcionant̃: qđ. n. diuinius cōcionibus scipionis & annibalis: qđ luculētius his quas apud eūdē & romanorum reges & externi pcessent. igitur cū pom posianus contiones illas. idest orationes quae apud liuium & a regibus habentur & a ducibus assidue circūferret: suspitionē domiciano fecit tanq; regnū affectaret: ex quo fuit īterēptus. ¶ Nomina magonis & annibalis. hinc domicianus pōposianū metuendū esse opinabatur: q. seruis imponeret nomina nō seruilia sed īpatoria. & eo℞ maxīe īperatorū qui infestissimi fuerant romano nomini. Magonē eni & annibalē fratres maximos penorū duces: maximosq; romanorū hostes fuisse nemo nō nouit. Annotatu dignum est genuam liguriae caput ab hoc magone annibalis fratre diruttam fuisse: mox exedificatam a lucretio: cui ob id Prorogatum fuit imperium: mago ex uulnere mortuus est: haud procul sardinia annibal ueneno in bithynia extinctus: ducum imperatorumq; externorum haud dubie clarissimus memoratissimusq;. Econtrario athenienses decreto olim publico sanxerunt: ne unq; seruis indere liceret nomina harmodii & aristogytonis: qui libertatis recuperādae gratia hippiam tyrānum īterficere adorsi erāt: nefas eni ducebant nomina libertati patriae deuota seruili contagio pollui. ¶ Salustium lucullum. repete interemit. ¶ Lucullea. a nomine suo: dicebatur. enim salustius lucullus. ceterum L. lucullus ille romanorum nitidissimus marmori lucullo nomē indidit admodum delectatus illo: quod erat atri coloris. ¶ Peti thraseae & heluidii. de peto thrasea patauino & heluidio prisco tarentino: qui thraseae gener fuit: supra copiose meminimus. Iuni⁹ arulenus rusticus qui olim tri. plebis obtulit se propugnatorem peti thraseae: gener fuit heluidii: socerūq; & pso cerum thraseam nō minus uero q; magno praeconio extulit: appellauitq; sāctissimos uiros. ppterea quod īterfectus est a domiciano. Scire autem debes thraseam seuitia neronis afflictū: ut ante diximus: uenas secuisse: heluidiumq; quia thraseae gener erat italia pulsum exulasse: qui mox reuersus romam creatus ptor uespasiani principatu libere nimis sententiam dixit: utpote emulus soceri: imitatorq; catonū & brutorū. ex ea dicendi libertate: ut magnā gloriā: ita magnā cōtraxit offensam. fuitq; a domiciano morti dānatus. Vnde ait Cor. taci. scribens de uita iulii agricolae soceri sui. Mox nostrae duxere heluidiū in carcerē manus. Idem aruleni rustici necē signat his uerbis: nos maurici rusticiq; uisus nos innocēti sanguine senetio perfudit. aruleni rustici periculum fouerat. M. regulus. cuiusq; morte adeo exultauit ut libro edito illū īsectatus: appellauerit simiam stoicorū. ad-

Cocceianū

tabula anaximādri de situ orbis

Cociones regum

Noia seruis ipatoria

Genua diruta a Magone

Lurulleum marmor.

Arulenus rusticus

Libertas heluidii

Simia stoicorum

[margin: ..elliana ..entre ..igiofus.]

iecerit q; uitelliana cicatrice stigmosum. ideo autem hoc a. M. regulo dictum est quia arulenus rusticus cū esset pretor missus a uitellio senatuq; legatus ad flauianos duces componēdæ pacis causa: fuit uulneratus a milit⁹ turbulentis uiolato legati nomine: occisoq; lictore.

℄ M. AN. ℄ Ehū lamiā: lu. Lamiarū cede medenti. ℄ Abductā uxorē. s. Domitiā: quā illi adeptā Domitianus duxit uxorē. ℄ Laudanti: domitiano. ℄ Heu taceo: quasi stomachi indicium in domitianum dedisset. ℄ Scelamia. Καὶ σὺ γάμον θέλεις: & tu uxorem ducere uis. ℄ Saluum cocceanū: occidit subaudi. ℄ Imperatoriam genesim. syderalem in ortu posituram ad imperium trahētē. ℄ Magonis & Annibalis carthaginensiū ducū. ro. q; nois hostiū. ℄ Nouæ formæ. tū primū inētæ. ℄ Luculleas. a suo noie. ℄ Peti thraseæ. a Nerōe occisi.

[margin: Philosophi expulsi]

℄ PHI. ℄ Philosophos urbe submouit. Eusebius in chronicis ait: domitianum philosophos & mathematicos bis urbe roma p edictū expulisse. gellius quoq; libro xiiii. noctium atticarū sic scribit: philosophi domitiano imperāte senatuscōsulto electi: atq; urbe & italia interdicti sunt: qua tempestate epitectus quoq; philosoph⁹ propter id senatuscōsultū nicopolim roma decessit: apud philostratum mētio fit de philosophis eiectis a domitiano. qui habitu mutato partim in hispaniam partim in lybiæ scithiæue deserta confugerunt. Quidam etiam uiuendi ratione mutata scelerum consiliarios sese illi adiunxerūt. Ex quo demetrius philosophus expulsus insultura cum apollonio sermocinatione dolenter dixit & grauiter. Cicadis licet impune canere: nobis nec quidem mutire fas est.

[margin: Dictū demetrii Cicadis licet canere.]

& Heluidii prisci laudes edidisset: appellaretq; eos sanctissimos uiros: cuius criminis occasione philosophos omnes urbe italiaq; summouit. Occidit & Eluidium filium: quod quasi scænico exodio sub persona Paridis & Oenones diuortium suum cum uxore tractasset. Flauium sabinum alterum e patruelibus: quod eum comitiorum cōsulariū die destinatū pperā præco nō cōsulē ad populū: sed imperatorē pnūciasset. Verum aliquanto post ciuilis belli uictoriam sæuior plærosq; partis aduersæ: dudū etiā latētes cōscios: in inuestigato

℄ Heluidiū filiū. sanguinarius princeps nō cōtētus iterfecisse uirum sanctissimū heluidiū patrē: occidit etiam filiū ob rem friuolā & nugatoriā. Plinius neoteros hoc est iunior occiso domitiano librum composuit de heluidii patris ultione: qui cum sibi fuerat amicitia accusauitq; in senatu publicium certum senatorem: un ūq; p torū: a quo manus illatæ fuerant heluidio. idem deflet luculenta epistola mortem fanniæ uxoris heluidii ex thrasea natæ. quæ bis maritum secuta est in exilium tertio ipsa ppter maritū relegata: factusq; reus fuit senectio q; de uita heluidii libros cōposuisset. sicut rusticus arulenus fuerat iterfectus ob editas heluidii prisci & peti thraseæ laudes. Cuius rei meminit Cor. taci. his uerbis quæ subscripsi. Legimus cum Aruleno rustico petus thrasea herennio senectioni priscus heluidius laudati essent capitale fuisse neq; in ipsos modo auctores sed in libros quoq; eorum seuitum: delegato triumuiris ministerio: ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. ℄ Scenico exodio. cantico athelanico: repete quæ supra dicta sunt de exodio. ℄ Sub persona Paridis & œnones. Nota est historia fabulosa. Quemadmodū Paris inter pastores educatus amauit œnonem: quā deinde facto diuortio deseruit profectus in græciā helenæ amore pellectus. In cebrenia troadis urbe paridis & œnones sepulturā ostēdi refert Strabo in. xiii. Enonem aūt dicūt alexādri paridis uxorē fuisse priusq; helena raperetur. apud ouidium extat epistola quam paridi scribit œnone. Eluidius eluidii prisci filius athelanica fabula & exodio complexus erat argumētū de paride & œnone: & quēadmodū iter illos factū foret diuortiū: existimauit domitianus sub hoc uelamento diuortium suū taxari ab heluidio: ex quo puocatus hominem interemit. supra autem dictum est quēadmodum domicianus uxorem domiciam repudiauit: moxq; impatiens diuortii reduxit. Diuortium autem dictum est uel a diuersitate mentiū: uel quia in diuersas partes eunt: qui distrahunt matrimonium. In diuortio matrimonii q; renunciatione comprobata sunt hæc uerba res tuas tibi habeto: tuas res tibi agito. Ex hac diuortii formula dixit plautina materfamilias: ualeas tibi habeas res tuas reddas meas. Et apud apuleium ait cupido ad psychen: confestim thoro meo diuorte tibiq; res tuas habeto. ℄ Ex patruelibus. Merito dixit plinius: q; illa immanissima bellua: ita enim domicianum appellat. propinquorum sanguinem lambebat. Patrueles fratres dicti qui ex duobus fratribus progenerātur: sicut sorores patrueles nuncupantur ex duobus & ipsæ fratribus genitæ: auctor iurisconsultus patrueles domitiani erāt duo filii ex flauio sabino patris fratre: ex his alterum patri cognominem interemit ex eo q; a præcone non consul sed imperator per errorem pronunciatus est apud populum. Philostratus refert interfectum fuisse a domiciano fabinum cognatum: cuius uxorem nomine iuliam abduxerit ipse princeps: quæ erat ipsius neptis: unde parricidium incestūq; iuxta cōmisit. ℄ Perperam. non recte q; errore magis q̄ dolo factum uideri potest. ℄ Destinatum. electum cōsulem designatūq;. ℄ Ciuilis belli. quod inter flauianos & uitellianos gestum ē. ℄ Partis aduersæ. uitellianæ factionis: magis enim placet ut ciuile bellum referatur ad uitellianos q; ad antonium: q; & ipse sicut supra dictū est mouit ciuile bellū: cū foret præses superioris germaniæ.

[margin: Fannia — Sepultura paridis & œnones — Diuortiū unde — Res tuas tibi habeto — Patrueles]

℄ M. AN. Heluidii prisciq; Vespasiani pricipatu occisus est. ℄ Sāctissimos uiros: innocentes: miræ cōstantiæ: cuius illi sectæ fuerint Satyri carmen demonstrat. Quale coronati inquit thrasea heluidiusq; bibebant Brutorum & Cassii natalibus. ℄ Cuius criminis. ipsi rustico intentati. ℄ Philosophos: philosophiæ prophessores ac studiosos. ℄ Heluidium filium: ad patris differentiam qui a domitiano fuerat occisus. ℄ Scænico exodio: ridiculæ fabulæ argumento. ℄ Paridis & œnones: quia ob paridis pantomimi amorem domitiani uxorem domitianus exegerat: fuit œnone paridis uxor: cum qua post raptum Helenæ diuortium

fecit. Strabo est auctor. ¶ Diuortium dissidium separationem. ¶ E patruelibus: e duobus Sabini patrui filiis ¶ Destinatum designatum ¶ Aduersæ partis: Antonianæ factionis.

nouo quæstionis genere distorsit immisso per obscœna igne nõnullis & manus amputauit sariisq; constat duo solos e notioribus uenia donatos tribunum laticlauum & centurionem; qui se quo facilius expertes culpæ ostenderent impudicos probauerant; & ob id neq; apud ducem; nec apud milites ullius momenti esse potuisse.

Item de sæuitia & crudelitate eiusdem.

Erat aũt nõ solũ magnæ; sed & callidæ inopinateq; sæuitiæ. Auctorẽ summarũ pridie q̃ crucifigeret in cubiculũ uocauit; assidere in toro iuxta coegit secũ hilareq; dimisit; partibus ẽt de cœna dignatus est. Aretinũ Clæmẽtẽ consularẽ uirũ e familiaribus & emissariis suis capitis cõdẽnaturus in eadẽ uel ẽt i maiore gratia habuit; quoad nouissime simul gestanti conspecto delatore eius: uis inq̃t hũc neq̃ssimũ seruũ cras audiamus & quo contentius abuteret̃ patientia hominũ nunq̃ tristiorẽ sententiã sine p̃fatione clæmentiæ pronũciauit; ut nõ aliud iã certius atrocis exitus signum esset q̃ principii lenitas. Quosdã maiestatis reos in curiam induxerat; & cũ prædixisset exptũ se illa die quã carus senatui esset; facile pfecerat; ut ẽt more maiorũ puniendi condemnarentur; deinde atrocitate pœnæ cõterritus ad leniẽdã inuidiã itercessit his uerbis; neq;. n. ab re fuerit ipsa cognoscere

¶ PHI. ¶ Questionis. tormentorũ. ¶ immisso p obscena igne apuleius scribit sibi i asinũ transformato Titionẽ ardẽtẽ mediis inguinibus a fœmina immissũ a qua pernitie se euasisse atq; cum liquida fimo strictim egesta faciem atq; oculos eius fœmine cõfedasset. Seneca iter diros cruciatus enumerat carcerẽ & cruces & eculeos & uncũ & adactũ p mediũ hominẽ q̃ p oẽs artus emergere stipitẽ & distracta i diuersũ actis curribus mẽbra: & illã tunicã alimentis ignitũ & illatã & itextam nusq; tñ mẽtionẽ facit huius supplicii quo seuiebat truculẽtus domitianus: tãq̃ ipse extitent inuentor talis cruciatus. ¶ E notioribus. cognitorib⁹. ¶ Laticlauum senatorem a lato clauo nomine inclinato: i usu antiquorũ fuerũt mãtilia cocco clauata: quibus i. cõuiuio usus ẽ alexãder romanus: fuerunt & uẽstimẽta auroclauata: q̃bus olim iterdixit tacitus iperator. ¶ Et ob id. q se ipudicũ asseruit satis p̃bare uidet̃ se nullibi eẽ metuẽdũ. cũ ipudici & effeminati utpote ifames nullius momenti existimẽtur ad res magnas capescẽdas moliẽdasue ¶ Auctorẽ sũmarũ. ratiocinatorẽ significat qui sũmas accepti & expensi in codice perscribebat: quiq; cõputo & calculo erat instructus tales facit mercurius i. ani. ab horoscopo loco: ut inquit firmicus maternus. i. iii. matheseos ¶ Assidere i toro. hoc uidet̃ eẽ specimẽ iterioris familiaritatis. Sed ex hoc & id genus aliis cõplusculis planissime liquet uerũ id eẽ quod memorat Sidonius apollinaris: qui i primo epistolarũ refert cõsuetudinẽ regũ naturæ flãmarũ bene cõpari. quæ sicut paulũ a se remota illuminãt: ita satis sibi admota cõburũ. Verũ ego id de malorũ principum cõsuetudine dici tñ opinor. cũ familiaritas boni pricipis sit tanto splendidior: quãto fuerit iterior: tãto dulcior quãto p̃ximior. ¶ Iuxta ppe. ¶ Partibus de cena dignatus est. epular. i ptes misit ad auctorẽ sũmar. ex more: quo pricipes partibus ciborũ principaliũ de cena missis cõuictorẽ honorabãt. ex hoc cõiectabãt illũ eẽ domitiano carissimũ: cũ uiderẽt tã comiter tãq; hospitaliter hominẽ accipi a principe: a quo mox crucifixus ẽ. Itaq; merito dicit̃ seuitia talis iopinata: q̃s eñi opinaret̃ principem senturũ eẽ cruciabiliter i illũ quẽ tãta comitate p̃sequebat̃. Elegãter talis seuitia dicta est cachinãs a Mamertino: q scribit i panegyrico ad iulianum: Quis nescit aliorũ iperatorũ hilarẽ diritatẽ cachinãtẽq; seuitiã. a q̃bus ingenita crudelitas figmẽto letitiæ tegebat̃. Plinius quoq; in panegyrico ad Traianum luculẽter inquit. Quod enim tã infidũ mare q̃ blanditiæ principũ illorũ: quibus tãta lenitas tãta fraus. ut facilius eẽt iratos q̃ p̃pitios habere. ¶ Emissariis: internũcius conciliatoribusq; furtorũ. hoc enim significat emissarius sicut ante dictum est ¶ Simul gestanti. in eodem gestetorio iter facienti: & arretinus clemens significatur: quidam codices habent gustanti. ut intelligas arretinum clementem simul gustasse ientasseq; cum domitiano quod specimen est beniuolentiæ & gratiæ interioris. ¶ Delatorem eius. accusatorem arretini clementis. ¶ Inquit. domitianus arretino clementi ¶ Hunc nequissimum seruum. ita delatorem clementis appellauit. ¶ Cõtẽptius cũ maiori cõtẽptione & despicatu. ¶ Quã principii lenitas. quando exordiebatur leniter & clementer: tunc timenda erat sententia tristior & atrocior. quia illud erat indicium seuitiæ blandientis. ¶ More maiorum. dictum est in Nerone: quemadmodum more maiorum collo in furcam coniecto: uirgis ad necem cedebantur. ¶ Maiestatis. accusatos crimine lesæ maiestatis. ¶ Atrocitate pene qua ceruix nudi hominis inserit̃ furcæ: & corpus uirgis ad necẽ cedit̃ ¶ Intercessit. uetuit ¶ Ab re. extra p̃positũ. hæc duo opponũtur ex re & ab re. ¶ M. AN. ¶ Nouo quæstionis genere: nouo cruciatu. ¶ Immisso: & hæc torquendi ratio. ¶ Laticlauum: patricium adolescentem. ¶ Impudicos: corruptos: corpore pathicos. ¶ Auctorem summarum rationũ seu cõputorum. ¶ Partibus de cœna: ex iis quæ ipsi erant apposita quibusdam dono missis: & quod ad ordinem attinet. Iu. & ipse sumptam de margine cœnæ dixit. ¶ Emissariis: quid emissarii essent perspicue supra demonstrauimus. ¶ Gestanti: domitiano: sic in Cæsare dictatore Tribunitia subsellia prætereuehenti: quum hũc præ

Titio ardẽs immissus ĩ guinibus

Auroclauata.

Consuetudo regum flãmæ par

Seuitia cachinans.

Bläditiæ principum infidæ

teruectum quia in curru erat illum gestatum intelligamus. ¶ Delatore: clemens. s. ¶ Hunc nequissimũ seruum clæmentem. ¶ Tristiorem ab effectu atrociorem. ¶ More maiorum ut nudorum ceruix furcæ inferetur cædereturq; corpus ad necem.

permittite patres cõscripti a pietate uestra impetrari: quod scio me difficiliter impetratum ut dãnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Nam & parcetis oculis uestris; & intelligent me omnes senatui interfuisse.

De rapinis & extorsionibus & aliis gestis eius.

Exhaustis operũ ac numerum indensis stipendioq; quod adiecerat: tentauit quidem ad releuandos castrenses sumptus militum numerum diminuere; sed cum obnoxium se barbaris per hoc animaduerteret: neq; secius eo in explicandis oneribus omnibus habere; nihil pensi babuit quin prædaretur omni modo bona uirorum ac mortuorum usquaq; quolibet & accusatore & crimie corripiebantur. Satis erat obiici qualecũq; factum dictũq; aduersus maiestatem principis confiscabant alienissimæ hæreditates uel existente uno qui diceret audisse se ex defuncto cum uiueret hæredem sibi Cæsarẽ esse. Præter cæteros iudaicus fiscus acerbissime actus est; ad quem deferebantur qui uelut professi iudaicam intra urbem uiuerent uitam; uel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissẽt. Interfuisse me adolescentulũ memini: quum a procuratore frequentissimoq; consilio inspiceretur nonagenarius senex

¶ PHI. ¶ Permittite patres conscripti. uerba sunt Domitiani: q̃bus clemẽtiam lenitatemq; per simulationem pferebat. ¶ Difficulter impetraturum. tanq̃ senatus omnino uellet ut maiestatis rei atrocibus penis punirentur. ¶ Parcetis oculis uestris. ne. s. uidere cogamini supplicia ex more maiorũ irrogata dãnatis de maiestate: cuius rei inspectio horroris plena ẽ: nec libẽt oculis usurpãda quorũ sensus acerrimus ẽ. sed q̃uis domicianus diceret oculis senatorũ eẽ parcẽdũ. ne uiderẽt cruciatus morientium tamen ipse utpote crudelissimus libenter spectabat cedes dãnatorũ: ut ita pasceret oculos sanguie nobilitatis: Hinc cor. ta. neronẽ anteposuit domitiano ueluti minus sanguinariũ q subtraxit oculos: iussitq; scelera nõ spectauit: cum sub domitiano pcipua miseriarũ pars esset uidere & aspici: cũ denotandis tot hoium palloribus sufficeret seuus ille domitiani uultus & rubor quo se cõtra pudorẽ muniebat. ¶ Liberũ mortis arbitriũ. ut eligat unusq̃sq; id genus mortis: quod existimat eẽ mitius & lenius sicut & sectio uenarũ. ¶ Senatui iterfuisse. tãq̃ psuaserim senatoribus liberũ mortis arbitriũ eẽ idulgẽdũ maiestatis reis. ¶ Exhaustus. exinanitus cõsũpta materia ¶ Munerũ. ñ ota dono rũq; spectaculorũ. Stipẽdio qd adiecerat. supra dictũ quẽadmodũ domicianus addidit q̃rtũ stipẽdium militi aureos ternos. ¶ Castrẽses sumptus. ipensas militares ¶ Obnoxiũ se barbaris. princeps iuet maiestatẽ ferro & copia militũ quorũ numerus diminutus efficit ipm cõtẽptibilẽ apud barbaros obnoxiũq; iturus hostib⁹. milites eni ut iquit lucanus faciũt iperatorẽ timẽdũ ¶ Hereret. hesitaret & icertus foret. Nihil pẽsi habuit. elocutio historica est & salustii perullaris q̃ significat floccipẽdere: & nihil facere. ¶ Corripiebant. capiebant inuadebant a domitiano. ¶ Quolibet accusatore. indiscriminatim fides habebat unicuiq; uel calũniatori & criminanoni siue uera siue falsa obicerent. Accusat amianus marcellinus cõstãtiũ iperatorẽ q: aures tã patulas habuent accusatoribus. ut si qd dubiũ deferebat aut falsũ id pliqdo cõptoq; acciperet. sufficiebat hoc solũ q̃ qs uel ab inimico noiatus eẽt delatus ne. Exitiale pfecto hoc uitiũ ẽ: & ex aula boni principis eliminãdũ: ne boni & isõtes calũnis malorũ & sõtiũ circũueniãt. nãq; ut oli dixit iulianus. hoc pacto qs erit inocẽs si solũmõ accusasse sufficiet. ¶ Obiici. ab accusatore pro crimine reo obiectari. ¶ Cõfiscabãtur. ad fiscũ principis deriuabant. ¶ Audisse se ex defũcto. sẽsus ẽ si inuẽtus eẽt uel unus q diceret ego audiui ex hoc uel illo q mortu⁹ ẽ qñ uiuebat q: cæsarẽ sibi heredẽ eẽ uolebat: h̃ ne alia rõne pbatiõe ue tales hereditates ad fiscum deducebãt. ¶ Iudaicus fiscus. tributũ significat quod ex iudeis exactũ ad principis fiscum deuoluebat. ¶ Ad quem. iudaicũ fiscum. ¶ Iudaicã uitã uiuerent. eadem uectigalia fisco soluebãt hi qui quis iudei nõ essent: tñ ritu iudaico romæ uiuebant iudaizabãtq;. martialis meminit huius acerbæ a iudeis exactionis cum ait: Sed quæ de solymis uenit perustis dãnatam modo mentulam tributis. Seuerus imperator iudeos fieri sub graui pena. uetuit item etiam de christianis sanxit. tanq̃ iudaicã & christianã sectam non probaret. ¶ Dissimulata origine. Multi reperiebãtur qui originem dissimularent: seq; iudeos inficiarentur: ut ita a tributo pendendo essent immunes. tales domitianus deferri uoluit ad iudaicum fiscum. ¶ Genti. iudaicæ. ¶ Non pependissent. non persoluissent. Pendere eni significat soluere: quia æs apud romãnos appendebat: & stipendiarii stipem pendebãt. ab eo scribit Ennius: peni stipendia pendũt. Hinc dispensatores & libripendes dicti: unde & impendia inclinant. ¶ A pcuratore. s. cæsaris & fisci imperatorii. aduocatũ fisci primus adrianus instituit.

Ne fint aures patule criminatoribus

Pẽdere æs
Dispẽsatores
Libripendes

¶ M. AN. ¶ Difficulter: quasi nollet id sibi concessũ iri. ¶ Barbaris: barbarorum motibus. ¶ Neq; secius: haud minus. ¶ Hæreret: mente & cogitatione. ¶ Crimie quolibet. tam uero q̃ falso. ¶ Alienissimæ: nihil ad fiscum attinentes. ¶ Fiscus: tributũ fisco ascriptũ iudeorũ qui tunc romæ erant. ¶ Deferebant: tãq̃ iudeorũ numero habẽdi uectigales delatorũ calũnia fiebant. ¶ Dissimulata: celata. ¶ A procuratore: fisci

¶PHI. ¶An circũsectus: circũcisus: iudei ex circũcisiõe dignoscũtur: q̃dã nonagenarius cũ se iudeũ esse negaret: inspectus fuit a procuratore fisci an foret circũcisus: inde recutiti dicti. Mar. & recutitorũ fugis iguina iudeorũ. Persius: recutitaq; sabbata palles. Sidonius quoq; ait: ser recutitorũ primordia iudeorũ ab Oratio iudeus appella dictus est ob circũcisionẽ pelliculæ: quæ ut inquit lactãtius figura est & typus significãs cordis circũcisionẽ: q̃m pars illa corporis quæ circũcidit̃ habet quãdã sĩlitudinẽ cordis & est pudẽdã: & nudãdũ esse pectus .i. aperto & simplici corde oportere nos uiuere. ob hãc cãm deus nudari eã iussit: ut hoc argumẽto nos admoneret: ne inuolutũ pectus haberemus .i. ne q̃d pudendũ facinus inter cõsciẽtiæ secreta uelaremus. Nã illa carnis circũcisio i iudeis nisi significaret cordis circũcisionẽ: careret unq; rõe: q̃a si deus id uellet sic a pricipio formasset hoiem ut pputiũ nõ haberet. Circũcidebant̃ aũt iudei cultris lapideis: unde scriptũ est ĩ iosue: fac tibi cultros lapideos & circũcide secũdo filios israel. Scribit herodotus in .ii. egyptios & colchos & ethiopas ppuria circũcidere. atq; iudeos cõfiteri se ab ægyptiis didicisse circũcisionẽ. Sed utrũ ægyptii ab æthiopibus: an æthiopes ab ægyptiis didicerĩt circũciderẽ uirilia sibi ait nõ liquere. Strabo i .xvi. auctor est circũcisiones a iudeis institutas eẽ, ex supstitiõe. Cor. ta. circũcidere inq̃t genitalia istituere iudei: ut diuersitate noscant̃ trãsgressi in morẽ eorũ idẽ usurpãt. Olim iudei mouerũt bellũ cõtra adrianũ: q̃a uetebant̃ mutilare genitalia: adeo ptinax est supstitio. Obiter inserẽda uidetur questio nõ indigna explicatu: cur Iu. mẽtionẽ faciẽs de iudeis dixerit quorũ cophinus fenũq; supellex. & altero itidẽ loco: cophino fenoq; relictis. Nota sunt mihi oia illa q̃ a commentatoribus dñt: & q̃ a pfessoribus in gymnasiis litteratoriis referũtur: sed curiositati minime faciũt satis nã q̃uis sensus simplex & obuius uideat̃: tñ nescio q̃d archanũ subesse licet suspicari diligẽtius introspiciẽti nõ. n. sine cã bis noiasse uideri põt cophinũ & fenũ in iudaica suppellectili. Fateorq; me in alia nunc eẽ q̃ prius fuerim opinione: antea simpliciter exponebã id referẽdũ eẽ ad pauptinas iudeorũ reculas tenuissimãq; suppellectilẽ q̃ a domiciano exhausti acerbitate tributorũ: nihil aliud in bonis retinebãt nisi cophinũ & fenũ friuola .s. & nugatoria. Nũc uero cophini nomẽ peculiari supstitione iudaica sciẽter & nũcupatim usurpatũ esse a poeta nõ ambigo: cũ legerim apd duos scriptores idoneos. iudeis cophinũ assignari ppe peculiariter: nãq; dauid psalmographus idẽq; rex israhelitarũ sic cecinit in psalmo .lxxx. αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐν τῷ κοφίνῳ ἐδούλευσαν .i. manus eius in cophino seruierunt. Sidonius quoq; apollinari in .v. epl. nõ iscite dixit: pharao incedat cũ diademate israhelitica cũ cophino. Cur aũt cophino speciatim uterent̃ iã diu est quod quero Quod aũt legimus apud nicolaũ de lyra interptem dauitici psalterii tãtisp sequar: donec inuenero melius. Ille enim enarrãs locũ ex psalmo iã pdictũ exponit: iudeos id tpis quo ab egyptiis duro famulatu pmebant̃ coactos eẽ exportare in cophino feces & stercora de ciuitatibus egyptiorũ: ex quo postea liberati a iugo egyptiacæ seruitutis uideri pñt instituisse ut cophinũ gestarẽt: ad ppetuũ huiusce rei monumẽtũ: sicut et fenũ illis in usu fortassis erat pp palearũ memoriã. quas ad cõficiẽdos lateres ab egyptiis prio accipe solebãt: mox interdicẽte pharaone: coacti sunt ipsimet colligere paleas fenũ & stipulas sine adminiculo alieno: dispsusq; est totus iudeorũ populus in omnem terram egypti ad colligendas paleas. historia latissime explicat̃ i exodo & cõiuniter enarrat̃ a iosepho in secundo antiquitatum & q̃m hæc res suspiciosa indagine tractatur: quid uetat suspicari ideo cophinũ a iudeis priuatim usurpari: quia Moyses ille cõditor legũ maximus seruatorq; gentis iudaicæ memoratissimus cũ esset infantulus fuit a matre expositus in ripa nilotica inclusus in cophino iunceo siue fiscella scirpea: quẽ filiã pharaõis sublatum nutriuit adoptauitq; in filii locũ. uocauitq; eũ moysem: quod lingua hebraica significat ex aqua seruatũ: sed nõ putẽtur hæc uelut dogmata ut inq̃t origines a nobis esse prolata sed tractandi more requirẽdiq; discussa. Soleo enim talia nõ ut assertor sed ut opinator excutere: iam ex hac nostra opinõe curiosa obseruatione lector. admonebit̃. poetarũ sensa esse pensiculatius introspicienda & mox erudicius enucleanda: atq; promenda. sed iam pergamus reliqua: ne diutius q̃ par est extra calcem decurrat oratio.

an circũsectus esset: Ab inuenta minime ciuilis animi confidens etiam & tum uerbis: tum rebus imodicus. Cenidi patris concubinæ ex histria reuersæ: osculumq; ut assueuerat offerenti manũ præbuit. Generũ fratris indigne ferẽs albatos

¶Ciuilis animi: ciuili moderatiõe & politica modestia pditi ciuilitatem: quã græci πολιτικὴν uocant. Plato platonicusq; apuleius intelligi uolunt. ex numero uirtutũ: a qua uniuersa spectentur atq; disseruantur: quæ fortunatum statum faciet ciuitatis cuius partes sunt legalis & iuridicialis medicina & exercitatio. ¶Confidens: nomen est reprensioni obnoxium. & hic accipitur pro iprobo audaci & temerario: sicut apud Terẽtium est parasitus phormio homo cõfidens. unde & cõfidẽtia reprẽsibilis est: quo noie temeritas & audacia significatur: pacuuius grãdẽ atq; atrocẽ coerce cõfidentiã: Cicero p cecina nec minus uiget inquit nec minus confidẽs: quã est ille Terentianus phormio. ¶Immodicus: non seruans modum nec temperamẽtum: quæ res cum oẽs tum principes maxime decet. ¶Ex histria: histria a flumine histro cognominata est. excreuit ut peninsula tuditanus domuit histros statuamq; ob id sibi posuit: auctor plinius. ¶Manum præbuit: signum inciuilitatis ac insolentiæ est pro osculo manum præberet sed insolẽtius olim egit caligula: qui pompeio porrexit ad osculandum pedẽ. ¶Generum fratris: maritum iuliæ titi filiæ. ¶Albatos ministros: albis uestimẽtis indutos & ob hoc elegatiores cultioresue: q̃ priuato cõuenit et. albati epulo interierãt ut docet Cicero in orõne cõtra uatiniũ & ab oratio dictũ est. ille repotia natales aliosq; dierum festos albatus celebret. Refert uopiscus senatores omnes tanta esse letitia elatos creato tacito principe ut albati sederent albasq; hostias imolarent. scribit Plato in .xii. de legibus colorẽ albũ diis esse congruẽtem ¶M. AN. ¶Circũsectus: circũsectã & recutitã hñet mentulã. ¶Ciuilis: sed supbus & elatus. ¶Reuersæ: cæ

Recutiti

Appella

De circũcisione

Cultri lepidei

Qui circũcidãt

Ciuilitas

Cõfidẽs

Cõfidẽtia

Histria

Albani ministri

nidi. ¶ Manum: pro osculo. Generum fratris: cui iulia Titi filia nupserat. ¶ Albatos ministros: albis credo uestibus cultos: ac nitidos. q. Titi fratris fauore & impensa id fieret.

Nō ē bona multitudo i[m]peratorū

¶ PHI. ¶ οὐκ ἀγαθὸν. i. nō est bona multitudo imperatorum. olim dion. syracusanus uersum illum homericum retulit ex secunda iliados rapsodia. in quo hæc sententia est. non posse bene regi rempu. multorum imperiis. & alius dixit non esse bonā Cæsarum multitudinem: & Caligula dicebat. unus sit rex. unus dominus. ¶ Redidisse: tanq̄ debitum restituisse. hoc autē ideo dicebat: quia in bello ciuili uitelliano. patre & fratre absentibus ipse Romæ cuncta cōfecerat: & capitolium una cum fabino patruo uelut arcem occupauerat: eidem profligatis uitellianis militib⁹ Cæsar ē cōsalutatus: ex quo uidebat⁹ ipse imperium dedisse patri Vespasiano & fratri Tito.

Puluiar

¶ Vxore: domicia. ¶ In puluinar suum: tanq̄ religiosum & imperatoriū: est enim puluinar dicatum diis: quod & imperatorib⁹ tanq̄ diuis tribuitur. iu. feda lupanaris tulit ad puluinar odorē

& ipsū ministros hr̄e ꝓclamauit. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

De clatione & uanagloria eiusdem.

PRincipatū uero adeptus neq̄ in senatu iactare dubitauit & prī se & frī iperiū dedisse illos sibi reddidisse. neq̄ in reducenda post diuortium uxore dicere uocatam eā in puluinar suū: acclamari ēt in amphitheatro epulari die libenter audit dn̄o & dominæ feliciter: sed & capitolino certamine cunctos ingenti cōsensu præcantes ut Palfurium furā restitueret: pulsum olim ex senatu ac tūc de oratoribus coronatum: nullo responso dignatus tacere tantummodo iussit uoce præconis. Pari arrogantia cum procuratoꝝ suorum noie formalē dictaret epistolam sic cœpit. Dominus & deus noster sic fieri iubet unde istitutum post hac ut ne scripto quidem ac sermone cuiusquā appellaretur aliter. Statuas sibi in capitolio non nisi aureas & argenteas poni pmisit: ac ponderis certi: ianos arcusq̄ cum quadrigis & insignibus triūphorum per regiones urbis tantos aut tot extruxit: ut cuidā græce inscriptum arcui sit. Consulatus. vii. x. cœpit: quod ante eum nemo: ex quibus septem medios

¶ Dicere: repete non dubitauit. ¶ Epulari die: diem epularem uocat: quo epulum populo dedit. ¶ Domino & dominæ feliciter: hæc est acclamatio: qua populus per assentationem in epulo acclamauit Domitiano tanq̄ domino: & uxori domitiani tanq̄ dominæ: quæ & augusta fuit appellata. in hoc ualde dissimilis fuit Domitianus Augusto: qui nomen domini tanq̄ maledictum semper exhorruit. ¶ Capitolino certamine: ante dictum est quinquenale certamen capitolino ioui institutum fuisse a domitiano. ¶ Restitueret. in pristinam senatoriam dignitatem reduceret. ¶ Palfurium: uidetur hic esse ille palfurius: de quo ait iuuenalis. si quid palfurio si credimus armilato. spatennus meminit: furæ: cuius suffragio adrianus ad pleniorem traiani amicitiam uenit ab eodem comperit se adoptādum esse a traiano. ¶ Tunc: in certamine capitolino in quo certabatur prosa oratione græce latineq̄ inter oratores. ¶ Nullo responso: specimen maximæ arrogantiæ nihil respondere. ex quo superbi dicti: qui respondere dedignantur. Cicero partim te superbum eē quod nihil respondeas. ¶ Formalem: ex formula: unde & formulari dicti. ¶ Dn̄s & deus noster: scribit sextus Aurelius quod Domitianus more Caligulæ dominum sese deumq̄ dici coegit. Eusebius in chronicis primus iquit Domitianus dominum se & deum appellari iussit. hinc illud a poeta assentatore dictum ē edictum domini deiq̄ nostri quo subsellia certiora funt. ¶ Alter: q̄ scilicet nomine domini & dei. tanq̄ uoces hominum dare possint celum. ¶ Statuas non nisi aureas. in hanc sententiam ait eutropius. nullam sibi nisi auream & argenteam statuam in capitolio passus est poni. regum Romanorum statuas fuisse in capitolio positas testis est plinius in. xxxiii. ¶ Ianos arcusq̄: simulacra iani plurima a domitiano fuisse extructa significat una cum arcubus triumphalibus multiiugis. multos autem ianos fuisse Romæ dicatos signat ouidius cum ait. cum tot sint iani cur stas sacratus in uno. fuit ianus a numa rege dicatus digitis ita figuratis: ut trecentorum quinquaginta quinq̄ dierum nota. per significationem anni tempori & æui se deum indicaret. ¶ Per regiones urbis. quæ sunt. xiiii. ¶ Tantos aut tot: alterum ad magnitudinem alterum ad numerum est referendum. ¶ Inscriptum arcui sit. in nullo tranquilli codice: quis curiose uestigauerim inuenire potui hanc arcus inscriptionem. Si licet indagine suspiciosa coniectare: coniectemus fuisse in arcu illo inscriptum notatumq̄ numerum eorum arcuum & ianorum: quos extruxerat Domitianus. ¶ Septem decem: papinius in quarto siluarum septimumdecimum Domitiani cōsulatum adotat illo carmine. lætabis othonis accedit purpura fastis.

Dn̄o & dn̄æ

Palfuri⁹ fura

Superbi

Formulari

Dn̄s & deus

Statuæ regū in capitolio

¶ M. AN. ¶ οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη: non bonum regnum pluribus commune. ¶ Imperium dedisse: quia scilicet in uitelianos cum patruo Sabino insurrexisset: unde illa Martialis assentatio. Asseruit possessa malis pallatia regnis. Prima suo gessit pro ioue bella puer: sed tacitus uerius omnia exequitur. ¶ Epulari die: quo datum est populo epulum. Papinius. Vna uescimur omnis ordo mensa. Parui: fœmina plæbs: eques: senatus: & mox paulo. iam quisquis is est inops beatus. cōuiuā ducis esse gloriatur. ¶ Dn̄o & dn̄æ qui appellationē Augustus in primis auersabat⁹. Eusebius Domitianus ait se dn̄m & deum appellari iussit.

Mar. Edictũ dñi deiq; nostri. ¶ Palfuriũ: Iu. Nã si palfurio credimus armillato. ¶ Pulsum senatu: senatorio ordine eiectum. ¶ Ac põderis certi: sed centeni libentius legerim. Papinius de statua Domitiano dicanda Da capitolinis æternum sedibus auge. Quo niteant sacri centeno pondere uultus. ¶ Ianos: ad ædificii rationem allusit: de iani templo in augusto diximus. ¶ Consulatus septendecim: decies septies consul fuit.

continuauit: omnes aut pene titulo tenus gessit: nec quenq̃ ultra calen. mai: plures ad idus usq; ianuarias. Post autẽ duos triumphos germanici cognomine assumpto septembrẽ mensem & octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumq; trasnominauit: quod altero suscepisset imperium: altero natus esset.

De cõiuratõe cõtra eũ facta: & suspitõe mortis quã hẽbat.

Per hæc terribilis cũctis & inuisus tãdẽ oppressus est amicorũ libertorumq; intimorũ cõspiratõe simul & uxoris: annũ diẽq; ultimũ uitæ iãpridẽ suspectum hẽbat: hora ẽt necnõ & genus mortis. Adolescentulo chaldæi cuncta prædixerant. Pater quoq; sup cœnam quandam fungis abstinentem palã irriserat: ut ignarum sortis suæ: qđ non ferrũ potius timeret. Quare pauidus semper atq; anxius minimis ẽt suspitõibus præter modũ commouebatur. ut

¶ PHI. ¶ Continuauit. contra legem annalem: quæ uetat itra decẽ ãnos eũdẽ capi magistratũ. ¶ Titulo ten⁹. ut cõsul tm̃ modi ceret citra admĩstrationẽ cõsulatus. ¶ Plures scilicet cõsulatus. ¶ Post duos triumphos. alterũ de cattis alterũ de dacis. ¶ Germanici cognomine assũpto: germanicum dictũ esse Domitianũ a germanis deuictis nõ pauci testantur: inter quos ait silius i tertio punicorũ. At tu transcendẽs germanicæ facta tuorũ. & papini⁹ in qrto siluarũ. patria loquor nec dum æquo tuos germanice uultus. Item Cæsaris insignẽq; capit germanicus annum. traianum quoq; germanici nomen accepisse testatur plinius in panegyrico ¶ Germanicũ Domitianũq;. macrobius i primo saturnaliũ sic refert. mensis september principalem sui nominis retinet appellationem: quem germanici appellatõe: octobrem uero suo nomine Domitianus inuaserat. sed ubi infaustum uocabulum ex omni ære uel saxo placuit eradi: menses quoq; usurpatione tyrannicæ appellationis exuti sunt. ob hoc dixit Martialis Domitianũ annis autumnos accomodare: cum September & October menses sint autumnales: quibus ipse nomẽ germanici & Domitiani imposuit. Idem Germanicas. Cal. appellat Septembres. ¶ Altero septembre. ¶ Altero. Octobre. ut. n. antedictum est natus est Domitianus uigesimo quarto die mensis Octobris. cum autẽ hoc nomen Domitianus constet decem litteris festiuiter & adulatione dixit Martialis. sutilis aptetur decies rosa crinibus: ut sit qui posuit sacræ nobile gentis opus. quo dicto significatur Domitianus: sicuti sequẽtibus uersibus signatur Germanicus: quod nomen & ipsum constat decem litteris. nũc bis quina mihi da basia: fiat ut illud nomen ab odrysio quod deus orbe tulit. ¶ Amicorũ. ¶ Conspiratione. eutropius & orosius scribunt Domitianum interfectum fuisse in palatio suorũ coniuratione. ¶ Simul & uxoris. Sextus aurelius refert ascitam esse in consilio coniuratorum Domitiam uxorem tyranni Domitiani ob amorem paridis histrionis. ¶ Adolescentulo. Domitiano. ¶ Chaldei: genethliaci & scientiæ sydeR alis periti: uulgus auctore gellio: quos gentilicio uocabulo chaldeos dicere oportet: mathematicos dicit. sunt autem chaldei in babylonia philosophi & astrologiæ scientissimi: qui ex diuturna obseruatione siderum scientiam putãtur effecisse: ut prædici posset: quid cuiq; uenturum. & ex quo quisq; fato natus esset: chaldeorum astronomicorum genera multa sunt. nam quidam orcheni dicuntur. quidam borsipeni: de chaldeis strabo in. xvi. Mar. Tullius in primo de diuinatione Augellius in. xiii. multa memoriæ prodiderunt: sed diodorus i. iii. bibliotheces latissime explicauit dogmata chaldeorũ: quos astrologiæ ul ra cæteros fuisse peritos memorat: eosq; prædicere futura ita euidenter: ut mirũ & supra hominum ingenia esse credatur. iuuenalis. chaldeis sed maior erit fiducia. Plinius scribens de ortu & occasu syderum in octauodecimo chaldeam sectam in multis sectatur. ¶ Super cenam. in cena intercenandum. ¶ Fungis abstinentem. tanq̃ cibo mortifero: fungorum numerosa sunt genera: inter quos suilli numerantur ueneris accommodatissimi: qui olim familias interemere & tota conuiuia & anẽum serenum præfectum neronis uigilum & tribunos & Centuriones. noxii sunt fungi qui in coquendo duriores fiunt. innocentiores qui ultro adito percoquuntur. tutiores fient cum carne cocti: aut cum pediculo piri. prosunt & pira confestim sumpta. debellat eos & aceti natura: quæ ipsis contraria est. ¶ Ignarum sortis suæ. nescia mens hominum fati sortisq; futuræ: tanquam uis fati: quæ ineffugibilis est: traheret Domitianum ad mortem biothanatam: hoc est uiolentam & ferro inferendam.

¶ M. AN. ¶ Germanicũ Domitianũq;: qđ germanicus sit Domitianus cognominatus pter Tranq̃llũ. Iu. carmen demonstrat: & in scripto radiat germanicus auro. Papinius: Ante palladiæ talẽ germanice nobis: de trãsnominandõe mẽsiũ Eusebius duo iqt mẽses alter appellatur Septẽber germanicus & october Domicianus. Mar. Augustus æstates & Domitiãus autumnos. ¶ Altero: septembri suscepisset imperium. ¶ Altero: octobri nasci contigisset: nam. xi. calẽ. nouembris est natus. ¶ Vxoris: Domitiæ. ¶ Adolescentulo: Domitiano. ¶ Caldei: mathematici astrorum periti.

Germanicus dictus

Septẽber germanic⁹ October domitian⁹ Domitianus decẽ litteris Germãicus

Chaldei

Chaldea secta

Suilli fũgi Vt fũgi fiãt tutiores

¶PHI. ¶Edicti gratiā facere. supra dictū est Domitianum edixisse: ne quis in italia nouas uites pangeret. utq; in prouintiis uineta succiderentur. sed exequi rem nō pseuerauit: & huius edicti p remissionem gratiā fecit compulsus libellis: qui Romæ sparsi fuerant cū his uersibus græcis κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν ὅμως ἔτι καρποφορήσω ὅσσον ἐπισπεῖσαι καίσαρι θυομένῳ. quorū hoc est interpramentū. sic. n. loquit̃ uitis uel si me ad radicē comederis: tantū tamē uini producam quātum imolando cæsari possit infūdi: sunt autem uersiculi ab eueno conditi: quos ita emulatus est Ouidius in primo fastorū. Rode caper uite tamen hic cum stabis ad aras. in tua qd spargi cornua possit erit. sed festi uiter immutata dictio est in libellis Romæ sparsis: nā p trago hoc est capro nō incōcinniter Cæsaris nomē substitutum fuit ut ita domitianus taxaret: qui per hos uersiculos neci destinabat̃ uelut uictima. inte. cuius cornua uinum fundi solebat in immolatione. ¶Nouum: & excogitatum honorem. quis foret hic nouus honor inibi statim declarat ut s. equites trabeati. i. ueste trabea induti pcederent Domitianū consulatū gerētē sed ex formidine qua agitabat̃ hūc honorem sibi decretū recusauit: cū alioquin foret appetentissimus nouorū honorū. ¶Quibus sors obtigisset p sortitionē id mun⁹ obeundū euenisset. ¶Cū hastis more armigerorū: q cū lācea ibat tales erant armigeri Alexandri. ¶Suspecti pıculi. piculū de morte Domitiani significatur. qd ipe suspectū habebat ut pote a chaldeis ante pdictū. ¶Sollicitior in dies. quotidie magis. magisque sollicitus & anxius. ¶Phengite lapide. scribit plinius l. xxxvi. repertum esse lapidē in capadocia Neronis principatu duritia marmoris candidū atq; trāslucentē: qui ex argumēto phengites appellatus est. φέγγω. n. apud græcos significat illumino: & φέγγος. lumen: unde phengites luminosus dictus. hoc lapide construxerat nero edē fortunæ: quam aurea domo complexus est. quare etiam foribus opertis iterdiu claritas diurna erat: haud alio quam speculari mōtanq inclusa luce nō transmissa. Domitianus distinxerat uariegauerat atq; phengite lapide parietes porticuum: & ambulationū: ut ex eius splendore translucido uideret: quid fieret a tergo: ne ex insidiis incautus opprimi posset. ¶Plerasq; custodias. in noris fermū annotauimus & in superiorib⁹ explicatum est custodias dici carcerarios & eos. qui custodia carceris continentur. in quo significatu hic accipitur. ¶Cathenis. custodiarum scilicet quibus inditæ erant cathenæ: sicut uinculatis nexisq; innecti solēt. ¶Patroni necem. ne liberti in patroni cedem conspirarent: præsagibat enim se manibus libertorum periturum. ¶Epaphroditum a libellis. in Nerone dictum est: quemadmodum epaphroditus libertus nerōis: qui libellis erat præpositus: iuuit patronum Neronem iugulo ferrum adhiere seq; confodere. hunc pena capitis condemnauit Domitianus ob hoc solum: q; patronum Neronem adiuuisse existimabatur in morte sibi consciscenda: ut hoc exemplo cauerent reliqui abstinere a nece patroni. ¶Post destitutionem. cum nero ab omnibus fuisset destitutus. desertusq;. ¶Manu eius. scilicet epaphroditi liberti: a quo horti epaphroditani nominati: quorum meminit frontinus in. i. de aquæ ductibus. ¶Patruelem suum. ante dictū est patrueles fratres dici ex duobus fratribus progenitos. hic filius fuerat flauii sabini fratris Vespasiani. ¶Contemtissimæ. despicatissimæ. ¶Abolito priore nomine. cum nollet a nominibus īpositiuis filios patruelis sui amplius appellari sed alterum nomine patris alterum suo.

¶M. AN. ¶Quibus sors obtigisset: quid munus sortiti essent. ¶Trabeati: trabea ueste culti: de trabea & equitibus trabeatis semel atque iterum supra. ¶Phengite: Plinius Nerone principe repertus est in cappadocia lapis duritia marmoris candidus atq; translucens etiam qua parte fuluæ inciderant uenæ ex

Rode caper uitem

Phengites lapis

Custodiæ

edicti de excidendis uineis ꝓpositi gratiā facere non alia magis re compulsus credatur: q̄ quod sparsi libelli cum his uersibus erant. κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν ὅμως ἔτι καρποφορήσω ὅσσον ἐπισπεῖσαι καίσαρι θυομένῳ. Eadem formidine oblatū a senatu nouum & excogitatum honorem q̄q̄ omnium taliū appetentissimus recusauit: decretum erat ut quotiens gereret consulatum equites Roma. q̄bus sors obtigisset trabeati: & cum hastis militaribus præcederent eum inter lictores apparitoresq;. Tempore quoq; suspecti periculi appropinquante sollicitior in dies: porticuum in quibus spatiari consueuerat parietes phengite lapide distinxit: e cuius splēdore p imagines quicqd a tergo fieret: prouideret. Et nec nisi secreto atq; solus plærasq; custodias receptis quidē in manu cathenis audiebat: utq; domesticis psuaderet: ne bono quidē exemplo audendā esse patroni necem: Epaphroditū a libellis capitali pœna condemnauit: qd post destitutionē Nero in adipiscenda morte manu eius adiutus existimabatur.

De patruele per eum occiso & quibusdam prodigiis mortis eius.

Deniq; Flauiū clœmētē patruelē suū cōtemptissimæ inertiæ: cui⁹ filios ēt nūc paruulos successores palā destinauerat: & abolito prior noīe alterū Vespasianū appellari iusserat; alterū Domitianū; repēte ex tenuissima suspitione

argumento phengites appellatus. ¶ Plærasq; custodias: plures i custodia positos. ¶ Receptis cathenis eorum .f. qui cautam & uinculis & cathenis dicebant ne quid illi in se moliri possent. ¶ Ne bono quidem. exemplo .q.d. ne patrono quidem iubente. ¶ A libellis: ac si a manu si a pedibus dixisset. ¶ Manu eius: epaphroditi. ¶ Contemptissime: despectissimæ. ¶ Ex tenuissima suspitione: quæ ea fuerit nõ dicit: sed forte quia Domicilla sororis eius filia christianum nomen receperat: & ob id a se relegata alienatis a pristino in Domitianum studio patris suspitionem iniecerat.

tantũ nõ ipso eius cõsulatu interemit: quo maxime facto maturauit sibi exitũ. Cõtinuis octo mẽsibus tot fulgura facta nũciataq; sunt: ut exclamauerit: feriat iam quẽ uolet. Tactum de cælo capitoliũ tẽpluq; flauiæ gẽtis itẽ domus palatinæ & cubiculum ipsius: atq; etiam e basi statuæ triumphalis titulus excussus ui procellæ in monumentum proximum decidit. Arbor quæ priuato adhuc Vespasiano euersa surrexerat. tunc rursus repente corruit: prænestina fortuna toto imperii spacio annum nouum lætam eandemq; semper sortẽ dare assueta: extremo tristissimam reddidit: nec sine sanguinis mentione. Mineruam quam superstitiose colebat: somniauit excedere sacrario: negantemq; ultra se tueri eum posse quod exarmata esset a Ioue. Nulla tamen re pinde mot⁹ ẽ quã respõso casuq; Ascletarionis mathematici. Hũc delatũ

¶ PHI. ¶ Tantum non. sensus est. Domitianus interemit flauium patruelem sine ulla contatione: hoc solum obseruans ne i cõsulatu eius interimeret. alii codices habent tantummodo ut ita coniungas ex tenuissima suspitione tantummodo Domitianũ interemisse patruelem adhuc cõsulatum gerentem ut ita delictũ Domitiani fiat atrocius ex dignitate patruelis occisi. magis placet legas tantumnũ: & exponas uel etiam in ipso consulatu fuisse interemptum a Domitiano patruelem: tanq̃ procrastinare non potuerit differreq; cedem: donec ille abiret consulatu. super hac particula tantumnũ alibi satis multa. ¶ Feriat iam quem uolet. fulmina diurna ioui attributa sunt nocturna sũmano cũ crebra fulmina fierent exclamauit Domitianus feriat iupiter suo telo. iam quem uolet: quasi diceret: ẽt si me petere uoluerit: sed ut inqt uerissime lucretius. iouis telũ p sepe nocẽtes preterit exanimatq; idignos inq; merentes. ¶ Tactũ: fulmine pcussum. fulminatio aũt capitolii & tẽpli flauiæ gẽtis portendebat exitũ Domitiano a quo utrunq; fuerat exedificatũ. ¶ Domus palatia. edes impatoriæ. ¶ Et cubiculum ipsius .s. tactum de celo est. ¶ E basi. tituli ferme in basibus statuaꝶ iuscribuntur. obiter annotãdum bases quoq; latine dici sustentacula uasoꝶ: quibus uulgo utimur in mensa: sicut etiã uernacula nostra lingua appellitantur. iabolenus iurisconsultus aitcum corinthia uasa legata essent: & bases huic quoq; eoꝶ uasoꝶ co locandoꝶ causa paratas deberi trebatium respondisse. ¶ Titulus excussus. cum tituli soleant scribi in basibus statuaꝶ. fulmine excussus erectusq; titulus est ex ipsa basi statuæ Domitiani triumphalis: qui turbine & tempestatis uehementia decidens in pꝛoximũ sepulchꝶ fecit omen mortis ipsi pꝛincipi. ¶ Vi procelle. repentini flatus si late siccam ruperint nubem pcellam gignũt: quæ uocatur a græcis ecnephias. apuleius in cosmographia ait procellam fieri quæ a græcis prester dicitur: cum maiore ui torti fuit spiritus explosi de hiatibus terræ. plinius in .xviii. refert tempestatum noie grandines & procellas intelligi: & hæc ab horridis sideribus exire ueluti ab arcturo orione hedis. a pcella procellosus iclinatur. ¶ Arbor euersa surrexerat. cupressũ significat: q̃ conspicua altitudine cum repente procidisset. postera die eodẽ uestigio resurrexit pcera & late uirescens. quæ sicut Vespasiano admodum iuueni claritudinem imperiumq; portenderat: ita nunc iteꝶ corruens infortunium ruinamq; Domitiano denuntiauit. ¶ Prenestina fortuna. preneste. quæ ciuitas est latii fortuna religiose colebatur: ex quo carneadem clitomachus scribit dicere solitũ nusquam se fortunatiorem: quam preneste uidisse fortunam. de inuentione sortium prænestinaꝶ scribit Cicero in secundo de diuinatione. hinc silius. sacrisq; dicatum fortunæ præneste iugis: sensus est. cum Domitianus per totum imperii sui tempus accepisset sortes a fortuna prænestina felicitatem significantes: extremo anno sortem tristissimam accepit. qua mentio sanguinis futuri continebatur. ¶ Annum nouũ. Ouidius. Dic age frigoribus quare nouus incipit annus. scribit seneca se anno nouo auspicari solitum legere scribere dicere aliquid: ut ita totus annus feliciter iret. ¶ Quam superstitiose colebat quintilianus numẽ mineruæ familiare Domitiano fuisse refert. ante dictum est ex auctoritate philostrati quemadmodum filius palladis Domitianus dicebatur. unde & Martialis assentans Domitiano sic lusit. pallada prætereo res agit illa tuas. ¶ Sacratio. in quo ab ipso religiose colebatur. ¶ Exarmata. despoliata armis: quibus eum hacten⁹ tutata fuisset. arma autem palladi hæc assignant clipeum & acute cuspidis hastam. Dãt Galeam capiti: defenditur egide pectus: Martianus clipeum hunc palladi datum ait: sapientia quod regat orbem uel rationis opem: quod spumea prælia poscant. hasta etiam uibrans penetrabile monstrat acumen: dantur etiam fulmina mineruæ: lampridius exarmatas feras uocat feritate posita. per mansuetarios mansuefactas: quæ & cicures a luculentis scriptoribus nominatur. ¶ Perinde. tantum. ¶ Quam. quantum. ¶ Delatum: a delatore nominatum accusatumq;.

Fulmina diurna ioui
Nocturna summano
Bases uasorum
procella prester
Procellosus
Fortuna preneste fortunata
Annus nouus
Filius palladis
Arma palladis
Cur clype⁹ palladi

¶ M. AN. ¶ Tantũ nõ in ipso consulatu .q.d. statim quod consulatu abiit. ¶ Feriat: Iupiter. ¶ Statuæ triũphales: ipsi⁹ Domitiani. ¶ Arbor: cupressus i qua factũ dixim⁹ pdigiũ i auito Vespasiani agro. ¶ Annũ nouũ:

ineuntem annum. ¶ Exarmata: armis exuta: quibus ad id tempus eum tutata esset. ¶ Perinde tum. ¶ Cōmotus: exterritus. ¶ Casu: exitu. ¶ Delatum: accusatum: ac productum ad principem.

nec inficiantem iactasse se quæ prouidisset ex arte: sciscitatus est quis ipsum maneret exitus & affirmantem fore ut breui lacerаretur a canibus; interfici quidem sine mora. Sed ad coarguendam temeritatem artis sepeliri quoque accuratissime imperauit: quod cum fieret euenit ut repentina tempestare deiecto funere semiustum cadauer discerperent canes: idque ei cœnanti a Mimmo Latino: qui præteriens forte animaduerterat inter cæteras diei fabulas refertetur.

De quibusdā signis mortis eius & gestis & de ipsa morte.

PRidie q̄ periret; quū oblatos taberes seruari iussisset i crastinū; adiecit si mō uti licuerit: & cōuersus ad proximos affirmauit fore ut sequenti die luna se i aquario cruētaret; factumque aliquod existeret; de quo loquerentur hoīes per terrarum orbem. At circa mediā noctem ita est exterritus; ut ex strato prosiliret: dehic mane aruspicē ex germania missumque consultus de fulgure mutatōem rerum prædixerat audiit; condemnauitque: ac dū exulceratā i frōte

Inficiari. Inficialis status

¶ PHI. ¶ Nec inficiantem. nec negantem. inficiari. n. & ire inficias negare est: unde & status inficialis aboratoribus dictus: quo reus utitur per inficiatiōem. fortissima. n. tuendi se ratio est: si qd obiicitur ut inquit quintilianus negari potest. ¶ Iactasse. p quandam quasi gloriationem uulgo ostentasse prædicasseque. est. n. iactantia libido gloriādi. ¶ Ex arte. siderali & astrologica disciplina ¶ Sciscitat⁹. interrogauit Domitianus. ¶ Quis ipsū maneret exitus. quo genere mortis esset ipse mathematicus iteritur⁹. ¶ Affirmantem. mathematicū. ¶ Interfici. s. imperauit ¶ Ad coarguendam temeritatē. ad refellēda præscita asceletarionis: reuincendāque artem mathematicorum: perinde ac temerariā & uanidicā. ¶ Accuratissime. ne a canibus refodi lacerarique: uel mortuus posset. ¶ Deiecto funere. piecto cadauere mathematici quod efferebatur. alias funus pro exequiis accipitur. ¶ Semiustū ex more romāo cadauera cremabantur. mathematici cadauer ex tempestate relictum semiustulatum & semicombustū a canibus discerptum fuit. & ita ueridicus fuit astrologus. ¶ Ei cenanti. Domitiano. ¶ A mimmo latino. latini mimmi: q tēporibus Domitiani floruit: meminerunt poetæ. & imprimis Martialis: tum ait ad Domitianum: qua tymelen spectas derisoreque latinum: illa fronte præcor carmina nostra legas. apud eūdē estat epitaphiū latini mimmi in quo sic ipse loquitur. dulcæ decus scenæ ludorum fama latinus ille ego sū plausus deliciæque tuæ. Idem alibi inqt. os tibi precisū est quanto non ipse latinus uilia panniculi pcutit ora sono. ¶ Inter cæteras fabulas. fabulares narrationes: qbus uti solebat ad principē hilarandū: ex ritu scenicorum & more scurrarum. tales enim delitiis principum sunt deputati. ¶ Animaduerterat. s. cadauer mimmi latini a canibus discerpti.

Latinus mimus

Tuberes

¶ Oblatos tuberes. plinius. l. xv. tuberes esse ait mala pegrinaque ex aphrica sextus papinius primus attulit in italiā: tuberum duo genera alterum cādidū alterum a colore sericū dictū. tuberes citoneo inseruntur mēse ianuario potissimo: ut auctor ē palladius: q alibi scribit tuberes seri & inseri februario mēse. Martialis tuberes africanos tanq generosiores celebrat illo disthico. Nō tibi de libicis tuberes & appiria ramis de nomētanis sed damus arboribus. ¶ Luna se i aquario cruentaret. aquarius unū est signū ex. xii. signis zodiaci: q ita figuratur ut aquā infundere uideat᷑. unde cōplures ganimedē esse dixerunt: quē iupiter deorum ministrum pocillatoremque in celo fecisse existimat᷑ auctor higinus. saturnus ut astrologi tradūt & memorat iulius firmicus in. ii. matheseos habet Domiciliū in aquario & capricorno. aquarius masculinū est domiciliū capricornus femininum igitur cū aquarius sit signum humectū & himbricum dixit domitianus lunā se i aquario cruentaturam: quia nō aqua: sed cruor effunderetur. & hoc pdixit præsagiens mortem sui futuram sanguinariam: quo ipse luna erat in aquario: quē græci hydrochoon uocat. unde a catullo dictū est. proximus hydrochoi fulguret oarion germanicus quoque in arato ait. infimus hydrochoos sed qua uestigia figit. sunt aliæ stellæ: crura & tibiæ sūt sub aquario ut docet maternus. ex quo cecinit mālius. crurum funditis aquari arbitrium est. est in celo alter aquarius qui dicitur minor aquarius. ¶ Strato prosiliret. ex lecto ueluti terriculamento quodā pculsus repente consurgeret. ¶ Mane. hora matutina. ¶ Consultus de fulgure. tradit seneca fulmina significantia esse futurorum. summam. n. esse uim fulminū iudicant quia qcqd alia portendunt interuentu fulminis tollit᷑: quicquid ab hoc portenditur fixū est: nec alterius ostenti significatiōe minuitur cecinna ait quædā fulgura uocari pestifera: quæ mortē exiliūque portendunt: qd genus fulminis nūc signare uidetur tranquillus. mortem. n. Domitiano portendit: qd cum ab aruspice ex disciplina ethrusca pdictū fuisset: illum Domitianus auditum condemnauit.

Aquarius.

Signum himbricū

Hydrochoos

Aquarius minor

Vis fulminis

Fulmina pestifera

¶ M. AN. ¶ Iactasse: palā ac sæpius dixisse. ¶ Sciscitat⁹: pcūctatus Domitian⁹. ¶ Ipsū: Asceletarionē. ¶ Mimolatio. de eo lu. & a trepido timele submissa latio. Mar. Qua timelē spectas derisorēque latinū. ¶ Inter fabulas diei: iter cætera q̄ risu aut mēoratu digna eo die occurrerāt. ¶ Tuberes: Mar. nō tibi de libycis tuberes: & apyrina ramis: De nomētanis sed damus arboribus: & rursus: lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis Et uetnæ tuberes qd tibi cum libycis fæ. genete, pculit: quū trāqllus oblatos tuberes dixerit de rōne fructus Plinius plura. Ad capricorni caudā ē aquarius ut Ruffi aueni carmē ex primo Arati phænomenō te

statumque dehinc longos insignis aquarius artus. Astat ad hirsuti caudam pulcher capricorni. Aratus eum Troili & calliores filium fuisse a quibusdā existimarū credit ganimedē dico. Nigidius hydrochoon siue aquarium deucallionem credidit Higinius ab egesinace nō a nigidio. Deucalionē ait aquarium existimatum quod diluuio superfuit. alii Aristeum putarunt Apollinis & cyrenes filium. Higinius cuius proxime meminimus Eubolū ait eum cecropem putasse: eiusq signum sinistram manum ad capricorni tergum porrigere: dextrā ad iubam pegasi pedes in hyemali circulo fixos habere. figuratur stellis. xiii. ❡ In aquario cælesti signo quod cædisq secuta est omē fuisse uideri potest. ❡ Missum: sub custodia. quia mutationē rerū pdixisset. ❡ Audacter causam dicentem. ❡ Verrucam: cutis portiunculas in callum contractam. Qu. Serenus: Et cupta immēsos fundit uerruca cruores. Veteres & pro scopulo quodam: abruptoq saxo uerrucam posuere.

uerucam uæhementius scalpit profluente sanguine; utinam inquit hactenus. Tunc horas requirenti pro quinta quā metuebat: sexta ex industria nunciata est. His uelut transacto iā periculo lætum festinantēq; ad corporis curam Parthenius cubiculo præpositus conuertit; nuncians esse qui magnum nescio quid afferret: nec differendum. Itaque summotis omnibus in cubiculum se recepit; atque ibi occisus est.

De modo cædis & mortis ac de funere eiusdē.

De insidiarū cædisq; generē hæc fere diuulgata sūt. Cū cūctātibus cōspiratis qn̄ & quomodo iidē lauātē ne an cœnātē aggrederētur: Stephanus Domicillæ pcurator: & tūc interceptarū pecuniarū reus: cōsilium operāq; optulit. Ac sinisteriore brachio uelut ægro lanis fasciisq; per aliquot dies ad auertēdā suspitionē obuoluto ad ipsam horam dolum interiecit: professusq; cōspirationis indicium & ob hoc admissus legenti traditum a se libellum; & attonito

❡ PHI. ❡ Verrucā scalpit: uerruca tuberculum est carnis durum & callosum: uulgo uernacula lingua porrus uocatur: de qua ait Quintus serenus: interdū existit turpi uerruca papilla: hinc fabius ille qui cōrando restituit rē uerrucosus dictus ē. plinius herbā uerrucariā a latinis appellari tradit q uerrucas tollit: Mar. Cato uerrucā appellat locū editū asperūq;. ❡ Vtinā iqt hactenus: scilicet profluat sāguis. neq; malus fiat in me sanguinis profluuium: uerebatur enim ne sanguis ex corpore suo p uulnera īgesta abūdanter effusus pflueret. ❡ Requirēti. Domiciano. ❡ Quā metuebat: prædictam a chaldeis. ❡ Ex industria: ex cōposito. cum coniurati scirent quintam horam a Domitiano obseruari. ❡ Transacto iam periculo: quod ipsi imminere chaldei prædixerant. Ad corporis curam: curatī corpus & lauacro & exoneratione uentris & maxime cibo. Virgilius & corpora curāt: limus curati cibo corpora quieti dant. idem a Sexta ad decimā diei horā coactis militibus corpora curare somnoq; operam dare. ❡ Partenius: scribit sextus aurelius coniurasse plerosq; in Domitianū impulsoribus partenio procurante cubiculū & stephano: de hoc partenio ait Martialis tāquam cubiculario Domitiani musæ partenium rogate uestrum admittat timidā breuēq; carthā intra limina sanctioris aulæ: nostri tēpora tu iouis sereni: hic neruam confirmauit in capescēdo īperio trepidantem adeo ut colore mutato uerbis amissis uix cōsisteret: cū rumor ortus esset Domitianum uiuere. ❡ Cōuertit. Natura cōparatū est: quotienscūq; quis nunciat aliquid magni: ut statim conuertamur cognoscendi causa: & a pposito abducamur. Sic domitianus a parthenio conuersus est a destinata corporis cura. ❡ Nec differēdū: qd minime eēt perastinādū. ❡ In cubiculū: cui pposit⁹ erat partenius conscius coniurationis. ❡ Lauantem: domicianum. ❡ Domicillæ procurator: flauia domicilla flauii clementis ex sorore neptis in insulam pontiam a domitiano relegata est: quia se christianam esse testata est: auctor eusebius. ❡ Interceptarum pecuniarum reus: accusatus q pecunias ex officio procuratorio intercepisset: sextus aurelius ait coniuratos a stephano compulsos suspectante supplicium ob fraudem interceptæ pecuniæ. ❡ Operā: ad domicianum: s. occidēdum. ❡ Lanis fasciisque obuoluto: stephanus fraudulenter & astute brachium sinistrum obuoluerat lanis & fasciis: ut omnes crederent egrum esse cum id ipse commentus foret ad occultandum inter fascias gladium: quo domicianum confodere meditabatur. ❡ Dolum interiecit: ut pro quinta sextam nunciaret. ❡ Conspirationis indicium: tanq indicare uellet eos qui conspirauerant in Domicianum. Index proprie is est: qui facinoris cuius ipse est conscius: latebras indicat: impunitate proposita: unde & indicium dictum: quod alio nomine uocatur indicina. Apuleius: ob indicinæ præmium occupasse: domino tamen suo restituturum. ❡ Admissus: intra cubiculū receptus: ob hoc dixit scite & uere. Plinius in panegyrico loquens de domiciano: ille tamen quibus sibi parietibus: & muris salutem suam tueri uidebatur: dolum secum & insidias & ultorem scelerum deū inclusit. ❡ Dimouit perfregitque custodias pœna: angustosque per aditus: & obstructos non secus ac per apertas fores & inuitantia limina irrupit: longeque tunc illi diuinitas sua: longe archana illa cubicula seuique secessus: in quos timore & superbia & odio hominum agebatur. ❡ Legēti: domiciano. ❡ Attonito: stupefacto: ob ea quæ libello illo continebantur.

❡ M. AN. ❡ Domicillæ pcurator: flauiæ Domicillæ flauii clæmētis cōsulis. de quo supra ex sorore neptis ipsius principis amitinæ: quam christiano noie re epto Domicianus ut Brutius tradidit in pōtiā insulā relegauit. ❡ Pecuniarū reus: a quo īterceptæ pecuniæ repetebantur. ❡ Iudiciū: q. cōptū haberet: q̄ Domitianū

Verruca

Verrucosus fabius

Verrucaria

Ex sorore neptis

Domicilla christiana

Index

Indicina

ipsum conspitassent: hocque prætextu a parthenio in cubiculum accersitum intellige. ¶ Attonito: uana potius q̄ quod uere instabat periculo intento.

suffodit inguina. Saucium ac repugnantem adorti Clodius cornicularius: & Maximus Parthenii Libertus: & Saturius decurio cubiculariorum: & quidam e gladiatorio ludo uulneribus septem contrucidauerunt. Puer qui curæ lariũ cubiculi ex consuetudine assistens interfuit cædi: hoc amplius narrabat se iussum a Domitiano ad primum statim uulnus pugionem puluino subditum porrigere: ac ministros uocaret: neque ad caput quicquam excepto capulo: & præterea omnia clausa repperisse: atque illum interim arrecto: deductoq; ad terram Stephano colluctatum diu dum modo ferrũ extorquere emodo quãquã laniatis digitis oculos effodere conatũ. Occisus est. xiiii. calẽ. octobris anno ætatis. xlv. imperii. xv. Cadauer eius populari sandapila

Corona

Stephanos

¶ PHI. ¶ Suffodit inguia: hoc tempore apparuit in celo tale p̄digium: corona quædã iridi similis solẽ circũdedit. quæ lumẽ eius ac radios obscurabat: putabant omnes tali signo nouitatẽ rerum aliquam portẽdi: portendebat autẽ domicianũ a stephano esse iugulandum: cuius nomen figuram illius uisum celo portẽti significabat. nã corona græce stephanos uocatur: is cũ tyrannũ interficere decreuisset breuẽ gladiolũ in sinistro brachio occultans: manũ tanquam fractã multis fasciis circũligauit inde domiciano obuiam procedens opus est mihi inquit o rex secreto: audies enim ex me res nouas atq; incredibiles cũq; tyrãnus colloquiũ nõ abnueret: tũc stephan⁹: nõ ẽ īqt mortu⁹ ut arbitraris inimicissim⁹ tibi flaui⁹ clemẽs: sed uiuit adhuc: egoq; id optĩe scio: & ipse ẽ q nũc aduersus te struit: clamãtis ac domiciani: & ob ea q̃ audierat p̄turbati: stephanus ab alligato brachio gladiũ educẽs: femur inguinaq; suffodit. uulnere qdẽ ad subitã mortẽ afferẽdã nõ sufficiẽti: sed nullis medicamẽtis sanabili: & qd̄ p̄ cruciatus cũ lentitudine illũ conficeret: dum hæc romæ agerentur id horæ apollonius tyaneus ephesi ĩ ludo disputabatq; cũcta ante oculos ueluti posita conspiciens: p̄rimo quidem pauore p̄culsus uocẽ dimisit: mox penitus conticuit totus oculis in terram aspiciens: deinde tres quatuor ue passus p̄ogrediens exclamauit: p̄cute percute tyrãnũ tanq̃ res ipsa ante ipsius oculos præsentis obuersaret stupẽtibus ad hæc ephesiis subsistens apollonius cõfidite inquit o uiri: nãq; tyrãnus hoc ipso tẽporis momẽto occisus est: quo me conticẽtẽ uidistis: ego pro his q̃ uidi deos adoratũ proficiscor: paulo post tabellarii festinãtes superuenere: q oĩa p̄ut apollonius p̄uiderat de morte domiciani facta esse affirmauerũt. ¶ Cornicularius: corniculariorum nomen esse ordinis ĩ militia sicut cõmẽtariensem & accensum docet pedanius asconius: perinde ac cornicularius a corniculo sic inclinet: ut a cornu cornicẽ: nã qui corniculo militabat is cornicularius dicebat. Julius firmicus in tertio matheseos: erunt corniculari cõmẽtarienses aut claui cularii: refert liuius in decio: papyriũ cõsulẽ eqtes omnes ob insignẽ in bellis operã donasse corniculis armillisq; argẽteis: itãq; cornicula sint inter donatica ornamẽta militaria. Suetonius in libello de grãmaticis ait orbiliũ corniculo meruisse nimirũ intelligi uolẽs eum fuisse cornicularium. ¶ Decurio: præfectus & p̄ri nceps: sicut eni decurio equitũ dicit: qui præest equibus: sic decurio cubiculariorũ nũcupat qui præest cubiculariis: habetq; primatũ quos græci κατ τ̃ α κοιτῶνα uocãt. Consimiliter ab amiano marcellino palatii decurio dictus est: q p̄positus erat palatio: q est ordo dignitatis. decuriã ut docet asconius: ordinẽ uocamus: unde latine dici potest decuria cubiculariorũ: sicut decuria iudicũ & decuriã scribarũ dictitatur: cuius p̄ri nceps & caput decurio nominatur. Decuriones etiam dicũtur ĩ municipiis senatores: dignitas ipsa nominat decurionatus: ea forma qua cẽturionatus & optionatus. ¶ Puer. seruulus. ¶ Curæ lariũ cubiculi: significat puerũ fuisse custodẽ lararii: ubi lares colũt: de quo suo loco satis multa. ¶ Puluino pugionẽ subditũ: in hoc domicianus alexandrũ magnũ imitabat: q puluino pugionẽ una cũ poemate hõerico subdere solebat. ¶ Quicq̃. s. repetisse. ¶ Capulo: mõ pugionis manubrio: alias feretro quo cadauera efferũt. ¶ Deducto ad terram stephano: erat inqt philostratus corpore robusto domicianus: q primo uulnere nequaq̃ deiectus apprehẽdit stephanũ: eiq; supincũbẽs eruere oculos nitebat: faciemq; aureo calice p̄tũdẽs. pallada ut sibi suppetias ferret inuocabat: q̃ clamorẽ audierũt quidẽ corporis custodes sed frustra accurrerũt: cũ iã pene exanimatus esset. ¶ Conatũ. scilicet domicianũ. & repete uerbũ illud. narrabat puer. ¶ Populari sandapila. eutropius & orosius idẽ tradiderunt pariter scribẽtes cadauer domiciani populari sandapila per uespilones exportatum atq; ignominiose sepultum esse: sextus aurelius ait senatum decreuisse: ut gladiatoris more funus efferetur: sandapilam autem ut inquit fulgentius placiades dici uoluerunt feretrum mortuorum: idest loculum quo non corpora nobilium: sed quo plebeiorum atq; damnatorum cadauera portabantur: sicut stesimbrotus testatur de morte polycratis samiorum tyranni scribens: postea q de cruce depositus sandapila etiam deportatus est: A sandapila sandapilarii dicti sepultores cadauerum portitoresq; sandapilarum. Sidonius apollinaris: hanc nõ uespillonum sandapilariorumq; ministeria ominosa tumulauere: si a uenere defluens luna feratur ad saturnum faciet pollinctores: qui sepeliẽdorũ hoĩum curã suscipiũt ut inqt iulius firmicus ĩ quarto. pollinctores aũt dicti sunt: qui funera mortuorum curant: quasi pollutorum unctores: idest cadauerũ curatores. Vnde pollinctum funus dictũ a pollinctoribus unctum. pollincere est curare ungereq; cadauera. plautus: sicut pollinctor dixit qui eum pollinxerat.

¶ M. AN. ¶ Suffodit stephan⁹. ¶ Saturi⁹ decurio. q cubiculariorũ turmæ p̄erat: de rõne nois p̄ter. Festũ &

Opus ẽ secreto

Stephan⁹ p̄cutit domicianum.

Mirũ de apollonio p̄cute tyrãnum

Cornicularius

Decurio cubiculorũ

Decurio palatii

Decurionatus

Pugio subditus puluino

Erueŕ oculos stephano nititur

Sandapila

Sãdapilarii

Pollinctores

Pollinctũ

Pollincere

pedianū Laurēti⁹ Vallensis in elegātiarū libris plura. ¶ Cui æ latinīq; larib⁹ dōesticis cult⁹ cū assistebat. ¶ Capulo: pu giōis. ¶ Clausa: ne ad ministros exire posset. ¶ Stephano: qui primas sibi cædis partes desumpserat. ¶ Conati in Domitianū. ¶ Sandapila loculo: quo plæbeiorum ac damnatorum corpora efferebantur.

per uispilōes exportatū, Philix nutrix in suburbano suo latina uia funerauit. sed reliquias templo Flauiæ gentis clām intulit: cineribusq; Iuliæ filiæ Titi quā & ipsa educauerat cōmiscuit.

De statura corporis & mēbrorū ei⁹ ac gestis.

Statura fuit procera: uultu modesto ruborisq; pleno: grādibus oculis; uerum acie hebetiore: p̄terea pulcher ac decens maxime in iuuenta; & quidē toto corpore exceptis pedibus: quorū digitos strictiores habebat: postea caluitio quoq; deformis: & obscœnitate uentris, & crurū gracilitate: q̄ tamē ei ualitudine longa remacruerāt. Cōmēdari se uerecūdia oris adeo sentiebat: ut aut senatū sic quōdā iactauerit: usq; adhuc certe animū meum p̄bastis & uultū. Caluitio ita offendebat: ut i cōtumeliā suā traheret: si cui⁹ aliī ioco uel iurgio obiectaret: quis libello quē de cura capillorū ad amicū edidit: et hoc simul seq; consolans i seruerit οὐχ ὁρᾷς κα τῶ καλός τε μέγας τε οἷος. Eadem remanent me cum capillorum fata; & forti animo fero comam i adolescentia senescentem. Scias nec gratius quicq̄ decore

¶ PHI. ¶ Per uespillones: uespillones dicti sunt baiuli portitoresq; cadauerum a uespertino tēpore nūcupati: quo cadauera efferebātur: unde & funera a funalibus dici autumat donatus: quia noctu efferebantur: ob sacrorū celebrationē diurnā. Demetrius quoq; auctore martullo ante lucem iussit efferri cadauera. ¶ Via latina: iter uiā appiā & ualeriā latina media ē quæ ad cassinum oppidum appiæ coniungitur: ut scribit Strabo in quinto i uia latina sepeliebāt cadauera: illicq; monumenta uisebantur: ex quo est illud satyrographi: diuosæ ueheris: dū per monumēta latinæ ute m quorū flaminia tegitur cinis atq; latina. ¶ Reliquias: cineris cremati cadaueris. ¶ Funerauit: non tam sepeliuit q̄ cremauit: funerarios hoc est funerū curatores facit in tertio ab horoscopo loco mercurius cum saturno constitutus

Latina uia

Funeralis

ut refert iulius firmicus: scribit iurisconsultus eum qui funerauit persequi posse quod impendit: quis dit: ne quis de alieno funeretur. sextus aurelius ait senatū decreuisse ut gladiatoris more funus domiciani efferretur. ¶ Tēplo flauiæ: quod a domiciano extructū fuisse ante dictū est. ¶ Iuliæ filiæ titi: quam domicianus amauerat incestoq; polluerat. ¶ Ruborisq; pleno. Cornelius tacitus de domiciano loquēs ait: cū denotādis tot hominū palloribus sufficeret seuus ille uultus & rubor: a quo se cōtra pudorē muniebat. Plinius quoq; i panegyrico sic describit faciem domiciani. superbia in fronte: ira in oculis: femineus & corpore: in ore impudentia multo rubore suffusa. ¶ Grandibus oculis: oculi magni si nitentes & perlucidi sunt: iustū prudentēq; significant: quales socratis oculi fuisse produntur. quē apollo sapiētissimū iudicauit. ¶ Hebetiore. languidiore & infirmiore. ¶ Caluitio deformis: hinc dixit ausonius frater: quē caluū dixit sua roma nerone: hinc a iuuenale scriptū ē. & caluo seruiret roma nerōi. ¶ Obesitate: pīguitudie alias gracilitate: obesus enim mō pro pingui atq; uberi dicitur a neuio pro exili atq; gracilento usurpatū: uentrosum fuisse domicianū significat. ¶ Remacruerāt: emaciata & macilēta facta fuerant magis solito. ualitudo enim ex gracilibus fecerat gracillima ex macris macerrima. ¶ Verecundia oris. E contrario dixit plinius in ore domiciani fuisse impudentiam multo rubore suffusam. ¶ Probastis & uultū: propter oris uerecundiam & uultus ruborē: quo comendabatur. ¶ In contumeliam suam: tanq̄ in seipsum dictum foret. ¶ Obiectaretur: probro daretur caluicium obiiceretur: exprobaretur. ¶ Ioco uel iurgio: inter dū iocātes interdū iurgantes opprobramus uicia corporis. ¶ οὐκ ὁρᾷς: uerba sunt græca a domiciano inserta libello de cultu capillorū: q̄ sic interp̄tantur: nō uides quemadmodum & ego pulcher sum & magnus. ¶ Te manet: ut queadmodum ego caluicio deformor: ita tu quoq; caluescas. ¶ Comam in adolescentia canescētē: coma senescit in adolescentia: quando capilli in adolescente canescunt siue per caluicium ueluti senio emoriuntur. Canicies autē contrahitur ex inopia & exilitate caloris. canicies tantum homini est & equis: sed homini semper a priore parte capitis: tum deinde ab auersa: auctores Aristoteles Albertus magnus & Plinius. ¶ Nec gratius decore. Homerus formositatem decoremque dixit esse φέδωι ἐρικύδεα δῶρα hoc est dona deorum gloriosa: ex quo Ouidius cecinit: forma dei munus. & Apuleius ait: formosam & si sit oppido pauper tamen abunde dotatam esse: philosophi inter prima naturæ: in quibus quidam summum bonū posuerunt in primis collocant pulchritudinem corporis: Plato in gorgia: cantilenam in conuiuiis cantari solitam hanc prodidit optimum esse bene ualere: secundo loco formosum esse: tertio habere diuitias nulla fraude quæsitas.

Facies domiciani

Oculi magni

Caluus

Obesus

Causa caniciei

Formositas

¶ M. AN. ¶ Vespilones: qui cadauera sepellebant a uespere dicti: qua hora cadauera efferri consueuere. Ma. Qui fuerat medicus nūc ē Vespilo diaulus. Quod Vespilo facit fecerat & medic⁹. ¶ Funerauit: cremanit. ¶ Aciæ: uisu. ¶ Hebetiore: minus acuto. ¶ Restrictiores. i. cōtractiores. ¶ Obesitate: piguedie. ¶ Remacruerāt. macilētiora facta erāt. ¶ Verecūdia oris: modestia quadā: & amabili ob ruborē p̄sentia. ¶ In cōtumeliā traheret: i se dictū putaret. ¶ Iurgio: cōuicio οὐχ ὁρᾷς κα τῶ καλός τε μέγας τε οἷος: non uides qualis & ego pulcherq; magnusq;. ¶ Te manet: tu quoq; caluus fies.

nec breuius.

De peritia in sagittando: & ĩpatientia laboris.

LAboris impatiens per urbẽ pedibus nõ temere ambulauit: ĩ expeditiõe & agmĩe equo rarius: lectica assidue uectus ẽ. Armo℞ nullo sagittarũ uel p̃ci puo studio tenebat᷑. Cẽtenas uarii generis feras sæpe ĩ albano secessu cõficiẽtẽ spectauere plærīq;: atq; ẽt ex ĩdustria ita quarũdã capita figẽtẽ: ut duobus ictibus quasi cornua effi/ceret. Nõnũq̃ ĩ pueri procul stãtis p̃bẽtisq; pro scopulo dis/pãsam dextræ manus palmã sagittas tanta arte direxit: ut om/nes per interualla digitorum innocuæ euaderent.

De faeundia & studio eius.

LIberalia studia ĩ initio ĩperii neglexit: q̃q̃ biblyothecas ĩcẽdio absumptas ĩpẽsissime reparare curasset. exẽplarib⁹ undiq; petitis: missisq; Alexãdriã q describerent: emẽdarẽtq;. Nũq̃ tamẽ historiæ carminibusue cognoscẽdis opã ullã: aut stilo uel necessario ddit p̃ter cõmẽtarios & acta Tiberii Cæsaris nihil lectitabat: epistolas orõnesq; & edicta

Flosculi diales

¶ PHI. ¶ Nec breuius: quæ spectatissime florcant celerrime marcescere docẽt flosculi: quorum uita dia/lis est: qui matutino tẽpore pulcherrimi ante uesperam euanescunt: merito forma hominis flori cõparaẽ eodẽ pene momẽto uirescens & arescens: hinc celeberrima illa apud ecclesiasticos sententia: omnis caro fe/num: & ois gloria hominis sicut flos feni. M. uarro: quẽ puerũ uidisti formosum: hũc uides deformem in se/necta. Apuleius in demonio socratis significare uolens nihil esse breuius decore ait: formosus est expecta

Omnis caro fenum

Forma fugacissima

paulisper & non erit. Boetius quoq; in. iii. de cõso. hãc formæ fugitiuæ breuitatẽ his luculẽtis uerbis exeq᷑: formæ uero nitor ut rapidus ut uelox & uernaliũ florum uelocitate fugacior & mox: sed estimate q̃ uultis nimia corporis bona dũ sciatis hoc quodcũq; miramini triduanæ febris igniculo posse dissolui: sunt itaq; uerba hæc domiciani digna memoratu: & ex catholica sententia deprompta: quibus astipulatur Seneca ĩ hipolito scribẽs: anceps forma bonũ mortalibus exigui donũ breue temporis: ut uelox celeri pede laberis: idem post paulũ: ut fulgor teneris q radiat genis momẽto rapitur: nullaq; nõ dies formosi spoliũ corporis abstulit: res est forma fugax: quis sapiens bono cõfidat fragili: dũ licet utere: calphurnius in buco/lico iudicio: donũ forma breue ẽ: nec se tibi cõmodat ãnis. ¶ Pedibus nõ temere: ob hoc dixisse uidet᷑ plinius in panegyrico: ante te princeps fastidio nostri: & quodã eqtitatis metu usum pe/dum amiserãt: illos humeri ceruicesq; seruo℞ sup ora nostra uehebãt. ¶ In albano secessu: ubi celebrabat quot annis quinq̃tria mineruæ: secessu ãt albano ĩ primis oblectabat᷑: & ob id dictũ ẽ a poeta satyrico: quos albanũ dux magnus ĩ arcẽ traxerat attonitos: & alibi: albanã nudus arenã: plinius quoq; ĩ. iiii. episto. de domiciano loquens ait: Reliquos põtifices nõ ĩ regiã sed ĩ albanã uillã cõuocauit. ¶ Cõficiẽtẽ: trucidãtẽ: inde cõfectores ferarũ dicti. ¶ Quarũdã: ferarum. ¶ Figẽtẽ: domicianũ. ¶ Quasi cornua: ut sagittæ infixæ capitibus fera℞ cornuũ effigiẽ & positurã repsentarent. ¶ Pro scopulo: pro signo sagittarũ: græci enim scopõ no/minãt signũ, p̃positũq; ad quod sagittarius iacula dirigit: quod & hieronymus memorat libro primo cõtra pelagium: refert uegetius ĩ. ii. q sagittarii funditores ue ponere solebãt pro scopo hocẽ signo: scopas idest fruticum uel straminũ fasces: ita ut sexcentis pedibus remouerẽtur a signo: ut sagittis uel lapidibus ex fu/stibalo destinatis signum sepius tangerẽt. Macrobius in primo ĩ somniũ scipionis propositũ uocat qd græci σκοπον nominant. Consimiliter apud oratores nuncupat᷑ scopos: quo tẽdit omnis ductus oratorius.

Scopon

Scopos oratorius

Fortunatianus ĩ p̃mo rhetorices: modus ẽ ductus parte oratiõis: scopos ãt qd omnis effici᷑ ductus. ¶ Dis/pansam palmã: expansam ac extẽtam: sextus Aurelius in hanc sentẽtia sagittarũ tã doctus fuit domicianus: ut inter patẽtes digitos extẽtæ manus uiri procul positi iacula trãsuolarẽt. ¶ Innocuæ: sine lesione trãsuolã/tes. ¶ Bibliothecas: sextus aurelius bibliothecas icendio absumptas: petitis undiq; alexandria exẽplis re/parauit. ¶ Missisq; alexãdriam: ptholomeus philadelphus alexãdriæ bibliothecã fecit nobilissimã: ĩ qua & diuinæ scripturæ uolumina: adhibitis. lxx. interpretibus reposuit: cui p̃positus fuit demetrius phalerius: q interrogatus a rege: quot nam libri ĩ bibliotheca essent: dixisse proditur: plures q̃ ducẽta milia: sed breui tempore nõ erant forsan inqt pauciores quingẽtis milibus: auctores augustinus & eusebius in. viii. præpa/ratiõis euãgelicæ: & aristeas ĩ opusculo de. lxx. ĩterp̃tibus cõdito: p̃terea legimus apd gelliũ fuisse alexãdriæ numerũ libro℞ a ptolomeis regibus uel cõq̃sitũ uel cõfectũ ad milia ferme uoluminũ septigẽta: sed ea oĩa bello priore alexãdrĩo dũ diripi᷑ ea ciuitas a militibus sorte fortuito icẽsa fuisse. Plini⁹ quoq; & Victruuius meminerũt diligẽtiæ ptolomei circa bibliothecas cõparãdas: merito itaq; domician⁹ reparare uolẽs bibliothecas: q romæ cõflagrauerãt misit alexãdriã librarios ad exẽplaria describẽda: p̃gamenæ: quoq; bibliothecæ: q̃s attali reges cõparũt: sunt memoratissimæ. ¶ Aut stilo: dare operã stilo: significat cõponere aliqd & cõde/re: stilus. n. est dicendi opifex: domicianũ ãt nihil scripsisse uel necessario significat. ¶ Præter cõmẽtarios & acta: dictũ ẽ in. ii. cõmentario: tyberium artes liberales studiosissime excoluisse: & in oratione latina secutũ esse coruinũ messallam. Domicianus nihil aliud lectitabat nisi commentarios a tyberio compositos.

Bibliotheca alexandrina

Stilus dicẽdi opifex

¶ M. AN. ¶ In albano secessu: quũ albã secederet. ¶ Quasi cornua: ĩ cornuũ speciẽ duab⁹ a frõte sagittis af/fixis. ¶ Dispensam palmã: patentes digitos. ¶ Innocue: manu nihil offensa. ¶ Necessario stilo: qĩ frequen

tem dicendi uel scribendi usum uenire solet.

alieno formabat ingenio. Sermonis tñ nec inelegãtis dicto rum interdũ ẽt notabiliũ: uellem inqt tam formosus eẽ quã Metius sibi uidetur: & cuiusdam caput uarietate capilli sub rutilum & incanum: perfusam niuem mulso dixit.

De usu aleæ & conuiuiis eius & aliis gestis.

CONditionẽ principũ miserrimã aiebat. qbus de cõ iuratiõe cõperta nõ crederet' nisi occisis. Quoties ocium esset alea se oblectabat. etiam profestis diebus ma tutinisque horis: ac lauabat de die prandebatque ad satieta tem: ut non temere super cenam præter martianum ma lum: & modicam i ampulla potiũculam daret: Cõuiuabatur

¶PHI. ¶Alieno formabat in genio. accidit domiciano qđ' ne roni contigisse memorat tacit' ut aliena eguerit facũdia: cum re liqui principes eloquẽtia & dicẽ di ui fuerint precellentes. ¶Ser monis non inelegantis. s. fuit. la us autem nõ minima est uenu stum esse elegantẽq; in familiari cõmuniq; sermone. pcipit Mar. tullius ut sermo sit lenis minime q; pertinax: insitq; in eo lepos. plato in sophistẽ iudiciali & cõ tionali parti. tertiã adiecit. πρo σομιλητικὴν quam quintilia nus sermonatricem interpretat' quæ a forensi ratione diiungit'. & est accommodata priuatis disputationibus. ¶Dictoꝝ notabiliũ. quæ facete & breuiter & acute dicuntur ea peculiari noĩe dicta. & dicteria appellari uoluerunt: Macrobi' dictum uolo hostis referre sed uicti. ¶Vel lem tam formosus. dictũ domiciani est haud dubie notabile in metiũ: qui forma & pulchritudine nullum si bi cõparãdũ arbitrabat' sibiq; soli placebat. ¶Sibi n. n. dixitq; formosus ẽ sed festiuiter q; sibi uĩ. t. q; sibi oĩum formosissimus metius uideret': cũ ex alieno iudicio minime talis foret. ¶Subrutilũ. parti rutilo ptim albicã ti colore respersum. erat. n. ex parte rutilus capillus: ex parte canescens. ¶In canũ. canicie albicans: Maro: in canaq; menta. ¶Perfusam niuẽ mulso. urbanẽ & eleganter caput capillo rutilo & canescẽte uariegatum ap pellauit niuem pfusam mulso: nam cum niuis color sit albus: & mulsi rutilus. merito ad utrũq; colorem signi ficandum ex quadam cõmixtione confectum ita nominauit: nec tñ simpliciter hoc dictum putes: sed scito allusisse ad potionẽ mulsi & niuis: quæ simul in conuiuio dari solebat. mixtura coloris rutili & albi sicut q' idicat plinius cũ sic ait in epistola ad septiũ clarum: paratæ erant lactucæ singulæ: cocleæ trinæ: oua bina. ali ca cum mulso & niue. Nam hanc quoq; cõputabis: immo hanc imprimis q; perit in ferculo. ¶Conditiõem principum miserrimã. In rescripto Mar. Antonini ad uerũ mentio fit huius sententiæ: quam usurpari quo q; solitam refert ab andriano: sic enim inquit: sis enim ipse q; auus tuus adrianus dixerit: misera cõditio im peratorum: quibus de affectu tyrannidis nisi occisis non potest credi: eius autem exẽplum ponere q; domi ciani: qui hoc primus dixisse fertur: malũ. tyrannoꝝ enim ẽt bona dicta non habent tñ auctoritatis quan tum debent: hactenus Mar. Antonius. ¶Profestis diebus: profesti dies contrarii sunt festis: unde dixit au sonius: Leta nisi austeris uarientur festa profestis. Macrobius in primo saturnalium. dies inquit festi diis dicati sunt: profesti hominibus: ob administrandã rem priuatam publicamq; cõcessi. Profestis diebus fasti cõ tinentur. quibus licet pfari ptori tria uerba solemnia: do dico addico. ¶Alea. aleones dixere antiqui: quos nunc dicimus aleatores. Catullus: Nisi impudicus & uorax & aleo. ¶Lauabat de die. balnearem signifi cat lotionem: qua commodus imperator adeo oblectabatur ut p diem septies atq; octies in balneis lauaret'. E contrario prisci: ut inquit Seneca in. xiii. epistolarum moraliũ: brachia tantum ac crura quotidie abluebãt: quæ. s. sordes opere collegerant: cæterum toti nũdinis lauabantur. tempus autem lauandi erat ut docet Vi ctruuius post meridianum. ¶Prandebat ad satietatem. pceptum aristotelis est in problematis. prandendũ esse large: cenandum esse parce: maxime his qui rei ueneriæ operam daturi sunt: ut cruda insint. q; concocta pauciora. Domitianus ueluti ex pscripto aristotelico saturabatur in prandium: cum tamen ex more uererũ leuis cibus & facilis interdiu sumeretur. dixit Sidonius in epistolis: prandebamus breuiter copiose senato rium ad morem. ¶Non temere. non fere: non sine causa. ¶Super cœnam. in cœna. ¶Martianum malum. malorum plura sunt genera: quæ conditoribus suis æternam memoriam propagauerunt. sicut appiana ab appio cognominata: & sceptiana ab inuentore libertino: & matiana a matio: a quo originem habent. auctor plinius in. xv. unde matianum malum legendum esse potius q; martianum arbitror. tanq; a matio cognomi natum. ¶In ampulla. uasculo uitreo: alias ampulla uasculum est olearium: quo in balneis utebatur: de quo apuleius in floridis: hipias pdicauit ampullam quoq; oleariam quam gestabat semet sibi fabricatum. Cice ro in. iii. de finibus bonorum: si ad illam uitam: quæ cum uirtute degatur ampulla aut strigilis accedat sum ptuatum sapiẽtẽ eam uitã potius cui hæc adiecta sit cõãr ampullæ sint uascula uẽtrosa & turgida: p decoram translationẽ dixit Oratius: proicit ampullas: pro eo quod est uerba turgentia & sufflata abicit ac deponit. pira quædã a collo ampulæ ampullacea appellari refert plinius in. xv. ¶Conuiuabatur. conuiuator dicitur qui conuiuatur paratq; conuiuiũ. conuiuæ uero & conuictores dicuntur inuitati ad conuiuium: scitum con uiuatorem appellat huius elegantem & nitidum in apparatu conuiuali: apud quem sic loquitur titus flami nius. Est autem res simillima cenæ chalcidensis hospitis mei & boni & sciti conuiuatoris.

¶M. AN. ¶Nec inelgantis: sed eleganta quadã prædiri. ¶Metius sibi uidetur: hominem sui temporis taxare solitũ accipias: qui sibi supra formã placeret. ¶In canũ: canis respersum. ¶Perfusam niuẽ mulso: ei at ri mulsum subrutili coloris. Mar. Hæc tibi turbato canusina simillima mulso. ¶Profestis diebus: non festus

Sermo sit lenis

Sermonatrix

Dicta

Dicteria

In canũ

Nix perfusa mulso

Misera cõditio impatorum

Profesti dies

Do: dico: addico

Aleões

Nũdinis lauabat'

Prãdiũ largius

Mala appiana

Malum matianũ

Ampulla

Pira ampullacea

Cõuiuator

Conuictor

sed quibus opifices & rustici operãtur. ¶ Mattianum: apud Plinium id pomi nomen nõ repio.

frequenter ac large: sed pene raptim: certe non ultra solis occasum nec ut postea comessaretur. Nam ad horam somnii nihil aliud q̃ secreto solus deambulabat.

De libidine & luxuria eiusdem.

Libidinis nimiæ assiduitatem concubitus uelut exercitationis genus clinopalem uocabat. Eratq; fama q̃si concubinas ipse diuelleret: nataretq; inter uulgatissimas meretrices. Fratris filiam adhuc uirginem oblatã in matrimonium sibi quum deuictis Domitiæ nuptiis pertinacissimæ recusasset: non multo post alii collocatam ultro corrupit: & quidem uiuo etiam tum Tito: mox patre ac uiro orbatam ardentissime palamq; dilexit: ut ẽt causa mortis extiterit coactæ conceptum a se abigere.

De mœsticia militũ & leticia senatus in morte ei⁹.

Occisum eũ populus indifferẽter: miles grauissime tulit: statimq; eum diuum appellare conatus: paratus & ulcisci nisi duces defuissent: quod qdem paulopost fecit: expostulatis ad pœnam ptinacissimæ cædis auctoribus.

¶ PHI. ¶ Frequẽter. ad numerum largeq; ad opulentiam est referendum. ¶ Pene raptim. plinius in panegyrico: domicianũ taxare uidetur. q distentus solitaria cena spectator adnotatorq; conuiuis suis imminebat: rursusq; se ad clamdestinam ganeã occultũq; luxũ referebat. ¶ Comessaretur. post cœnam cibo epulisq; indulgeret. hoc. n. comesari. pprie significat: uñ & comesatio dicta: super quo uerbo copiose suo loco disseruimus. ¶ Solus deambulabat. cato uticensis & ipse solitus erat post cœnam deambulare: peractaq; deambulatiõe in cubiculum se recipiebat: auctor plutarchus. Auicẽna quoq; pcipit paruam lentamq; motionem post cœnam esse usurpãdam: q̃ facit in stomacho cibũ quiescere mox esse dormiendũ. ¶ Libidinis nimiæ. s. fuit. hæc enim uerba: est erat fuit: plerũq; absunt cum elegantia absq; detrimento sententiæ. ¶ Clinopalem uocabat. sextus Aurelius furens libidine cuius fedum exercitium græcorum lingua clinopalem uocabat. significat ãt clinopale palestram lecti. κλίνη. n. græce: lectus dicitur. Vnde ὑποκορισ τικὸς clinion. i. lectulus inclinatur. & græce πάλη significat palestram siue luctam. Qua dictione ẽ usus Papinius: cũ ait in achille: Et liquidam nudare palen. & spargere cestus ludus erat. Sidonius quoq; sic inquit in endecasyllabo: Vnctas tyndaridis dicasse luctas: doctos quos patriis palen terãnis. Item: cãnes plectra locos palen rudentem. Coram te trepidanter explicare. Domicianus exercitationẽ concubitus uocabat clinopalen: quasi palestrã lecti & exercitamentũ: sicut a uirgilio nocturna bella eleganter dicuntur colluctationes ueneriæ: & ab apuleio milítia amatoria nũcupatur. ¶ Diuelleret. uolsellis expilaret inguina concubinarum. ¶ Nataret. more tyberii: qui sibi natanti instituit pueros inter femora uersari. ¶ Fratris filiam. iuliam significat titi filiam: quam domitianus: ut inquit Plinius in iiii. epist. non solũ polluit incesto: uerũ ẽt occidit. Nã uidua abortu piit. hinc exiit illud satyricum: cum tot abortiuis fecũdã iulia uuluã solueret. & patruo similes effunderet offas. apud philostratum mentio fit iuliæ: quæ neptis erat domiciani ex filia: quam sabino nuptã abduxit domicianus in uxorẽ: interfecitq; ipsum sabinũ & cum ephesii pro his nuptiis imperatoris sacrificarent: interueniẽs apollonius: o nox inqt qualis fuit danai filiæ: cur sola fuisti. ¶ Deuinctus. i. liar datus & captus. ¶ Mox patre ac uiro orbatam. cum patrẽ titum & maritum amisisset. ¶ Coactæ. casus datiui est: ut sit sensus: domicianũ causam mortis extitisse iuliæ titi filiæ coactæ abortum facere: nam ut ĩquit plinius: uidua abortu periit. hieronymus triũ criminũ reas eleganter esse tradit feminas christianas. quæ abortum meditant & frequenter ipsæ cum abortu cõmoriuntur. sunt. n. inqt homicidæ sui: christi adulteræ: nec dũ nati filii parricidæ. Cicero in oratione pro cluentio: quod & a iurisconsulto titulo de pœ̃is repetitum ẽmi lesiam quidam mulierem scribit rei capitalis esse damnatã: q accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset. ¶ Conceptum abigere. uno uerbo dicitur abortare. iulius firmicus. in. vi. Abortabit filios geminos. A. gellius dixit: aborïri fetus in hoc significatu: cum ait in. xi. Nitũtur ut fetus quoq; ipsi in corpore suo concepti aboriantur. Græci ἐκτρῶμα uocant abortiuũ. unde uinum ectromatiũ dictũ: quod abortus facit: cuius mentionem fecit plinius in. xiiii. naturalis histo. ¶ Indifferenter græce ἀδιαφόρως dicitur. ¶ Miles grauissime. quod milites grauissime. tulerint domiciani mortem: testis est sextus aurelius: scribens milites poposcisse a nerua ad cedem interfectores domiciãi: qui petronium uno ictu parthenium uero amputatis prius genitalibus: & in os coniectis iugulauere. Et quoniam militum incidit mentio transeunter strictimq; annotandum inter signa militaria romanorũ fuisse dracones. ex quo sensu est illud claudiani: Mansuescunt uarii uento cessante dracones: hinc draconarii dicti: qui gestabant draconum signa: sicut aquiliferi aquilas. Signum draconis fuisse purpureum docet amianus marcellinus: draconariorum meminit Vegetius. ¶ Conatus. ἑνικῶς. i. singulariter dixit miles conatus: pro milites conati. ¶ Paulo post fecit. ulti sũt milites necem principis: q̃ peremerunt petronium & partheniũ auctores domiciani cedis.

¶ M. AN. ¶ Libidinis nimiæ: fuit. s. ¶ Clinopalem: lecti palestram: ἀπὸ τοῦ κλίνης lecto καὶ παλαίω luctor. ¶ Diuelleret: pudendis partibus purgaret. ¶ Fratris filiam: Iuliam. ¶ Coactæ conceptum a se abigere: abortum facere. Iuue. Quum tot abortiuis fœcundam Iulia uuluam solueret: & patruo similes effunde

Comesari

Motio post cœnã lenta

Clinopale

Clinidion

Pale

Fecundã iulia uuluam

Dictum apollõii

O nox danaidũ cur sola fuisti

Reæ trium criminum

Abortare

Aboriri

Vinum ectromatium

Oedlaphoros.

Petrõio amputata genitalia

Locus claudiãi

Dracõarii

tm offas. ¶ Indifferenter ualit ad unum omnes lætati.

Contra senatus adeo lætatus ē ut repleta certatim curia nō tēperaret: quin mortuum contumeliosissimo atq; acerbissimo acclamationū genere laceraret: scalas etiā inferri clypeosq; & imagines eius coram detrahi & ibidem solo affigi iuberet: nouissime eradendos ubiq; titulos: abolendamq; omnē memoriā decerneret. Ante paucos q̄ occideret menses cornix in capitolio elocuta est: ἔσται πάντα καλῶς. i. erunt oīa bene. Nec defuit qui ostentum sic interpraetaretur.

Nuper tarpeio quæ sedit culmine cornix.

Est bene non potuit dicere: dixit erit.

Ipsum etiam Domitianum ferunt somniasse gibbam sibi pone ceruicem auream enatā pro certoq; habuisse beatiorem post se lætioreq; portendi Rei publicæ statum. Sicut

¶ PHI. ¶ Contra. e contrario ¶ Lætatus. merito senatores lætati morte domiciani: a quo quotidie ad necē destinabatur a quo dixit Cor. tacitus: obsessam curiam & clausum senatum. & factas multorum consularium cedes. ut non immerito nobilitas comesa a satyrographo dicta sit. ¶ Repleta. s. frequentissimus senatoribus. ¶ Contumeliosissimo acclamationum. signat a senatu factas in domicianum acclamationes: quales in commodum imperatorem occisum factæ fuerūt: acclamante senatu hosti patriæ honores detrahantur: parricida trahatur: hostis deorum: carnifex senatus: parricida: hostis senatus trahatur: qui senatum occidit unco trahatur. qui senatum occidit in spoliario ponatur: qui sanguini suo non pepercit unco trahatur necator ciuium trahatur. id genus acclamationes factæ sunt a senatu conuiciis proscidēte lacerantecq; domicianum carnificem parricidamq; senatus & bonorum. ¶ Laceraret. probris incesserit & conuiciis proscinderet. ¶ Scalas. quibus appositis imagines & clipei domiciano consecrati detraherentur: quæ in editiore parte curiæ suspensa uisebantur. scalarum oppugnatio a capaneo primum perhibetur inuenta. qui tāta ut extinctus est a thebanis ut extinctus fulmine diceretur. Qui scalam singulatiuo numero dicit peccat. sicut qui mulla pluratiuo: cum pluralia singulariter: singularia pluraliter efferantur. auctor quintilianus tamē ab ecclesiasticis scriptoribus scala ἐπὶ κοινοῦ usurpatur. ¶ Imagines detrahi. acclamatum est a senatu in commodum gladiatoris & parricidæ statuæ detrahantur. scribit plinius in panegyrico statuas incerti pricipis nāta enī domicianum appellat: permixtas fuisse simulacris deorum: quæ post eius obitum illisæ solo fuerūt uerba plinii hæc sunt. iuuabat illidere solo superbissimos uultus: instare ferro. seuire securibus. ut si singulos ictus sanguis dolorq; sequeretur ¶ Solo affigi. ad terram præcipitari illidi conculcari. ¶ Titulos. domitiani inscriptiones. ait eusebius in chronicis senatum decreuisse: ut omnia quæ domitianus statuerat in irritum deducerentur: itaq; multos quos iniuste eiecerat de exilio reuersos esse. ¶ Decerneret. per decretum constitueret. ellius gallus sic distinguit senatus decretum a consulto: ut decretum dicat particulam quandam esse senatusconsulti: tanquam decretum sit specialius. consultum uero generalius. annotandum est fuisse apud ueteres quodam senatusconsultum quod tacitum uocabant: ex eo q̄ talia non erant omnibus publicanda. fiebat enim senatusconsultum tacitum ita: ut non scribæ non serui publici non censuales illis actibus interessent. senatores excipiebant. senatores scribarū officia complebāt. ne qd forte pderet. Auctor iulius capitolinus i gordianis. ¶ Cornix elocuta ē. plinius i .x. auctor ē cornicē eē iauspicatæ garulitatis. ἔσται πάντα καλῶς. nō mirū si cornix hæc pauca græca uerba id tēporis elocuta ē: cū scribat p ini eqtē rōanū hūisse cornicē plura cōtexta uerba exprimēte & al aatq; alia crebro addiscētē. uerba āt hæc significāt. erūt oia bene. ¶ Tarpeio culmine. fastigio capitolino. ¶ Est bn̄ n̄ potuit cū istud uerbū ē significet pn̄s tēpus. cornix n̄ potuit dicere: i pn̄ta ē bn̄: cū a dōitiani tepora eēnt honoris plena & hūano polluta sanguie. un̄ dixit de futuro. erit bn̄. post obitū. s. domitiāi successuris bonis pricipibus. ¶ Gibbā aureā. gibbū & gibbā. mas. gn̄e & fe. i eodē significato usurpāos. dr̄ & gibber. hic hoies gibberi gibbi gibbosi & gibberosi noiant̄. si luna deficiēs lumine à marthe ad saturnū ferat̄ faciet gibbosos. Itē habentes horoscopū i. xx. pte sagittarii nascent̄ gibberosi. i leuitico pcipit̄ ne gibbosus offerat panes deo: nec accedat ad ministerium eius: qd̄ ut iterpretat̄ gregorius i pastorali: & i canonicis decretis. D. unde qnquagesima explicat̄. tropologice significat gibbosus eū quē terrenæ sollicitudis pondus d̄primit: ne unq̄ ad supna respiciat. sed solis his: q̄ in infimis calcāt̄ animus intēdit. Aristoteles i pblematis auctor ē gibbos habitū eē ferme fediorē & graueolētia aspernabilē: q̄a. s. i talibus locus pulmoni accōmodatus cōclusus. deflexusq; spiritū transmittere expedite neqt. sed euenit ut spiritus iterclusus uapore putrescat. sed ut a carcere ad metas i rasturramus: somniū hoc domitiani significabat a tergo eius hoc ē post ipsius obitū futuros pricipes optimos: q etatē aureā orbi terrarū reducerent ¶ Pone ceruicē. post ceruicem. ¶ Portendi. significari.

De nobilitate cōēsa

Acclamationes in cōmodum

Vnco trahatur

Scalarū oppugnatio, Scala.

Statuæ detrahantur.

Garrula cornix

Gibbus.

Gibba:

Gibberi

Gibbosi

Gibberosi

Ne gibbosus sacrificet.

Anima gibborū letet.

¶ M. AN. ¶ Laceraret: proscinderet: ac maledictis insectaretur ¶ Scalas. gemonias: quo ut sæpe diximus damnatorū corpora abiiciebantur. ¶ Affigi. hic omnia tranquilli exemplaria habent: quæ lectio & si recipi potest ut affigi: idest humi statui senatus iussent: Eusebii tamē auctoritas efficit: ut affigi nō affigi legendū eē rōtēdamus: eius inquit quum de domitiano interim loqueretur: imagines disiectæ sunt: & a populo per ignominiam publice conculcatæ Cic. quoq; in pisonem: statuam istius inquit persimilem deturbant affligunt comminuunt. ¶ Locuta est. ἔσται πάντα καλῶς: erunt cuncta bene. ¶ Est bene: quum de cornicis conatu intelligere uideatur: ad præsentem tamen rerum statum poeta allusit. ¶ Gibbam auream: tumorem c tnis: Iuuenalis gibbum dixit cuperet rutilæ uirginia gibbū: & rursus: Strumosum atq; utero pariter gibboq; tumentē

Laus insequentiũ principũ Impiũ traiani a cornice signatum.

Melior traiano.

Tẽpora aurea ex bonitate principum.

PHI. Insequẽtiũ pricipũ. neruæ traiani atq adriani de qbus sextus aurelius hec: qd nerua prudentissimus & moderatius: qd traiano diuinius: qd pstãtius hadriano: eutropius: domitiano igit exciali tyrãno nerua successit q eqssimũ se & ciuilissimũ pbuit. rei pu. diuina puisiõe cõsuluit traianũ adoptãdo. qlis uero & quãtus i ipso traianus extiterit qs ignorat: cũ certatĩ scriptores illũ oi pconio laudis extollãt. unde dixit sextus aurelius ipiũ traiani aduenies denũtiatũ fuisse ad cornice: q e fastigio capitolii atticis sermõibus effata ẽ erit bñ. hic adeo gloria bõitatis excelluit ut i senatu pricipibus ñ aliter acclamaret̃. ne sis felicior augusto: melior traiano. huic successit hadrianus & ipe priceps memorabilis cuius uitã sparcianus ap nostros: Dion apud græcos luculẽte pscribũt: merito itaq lætior status & tẽpora beatiora rõanæ rei pu. cõtigerũt post obitũ truculẽti icestiq tyrãnicũ sequuti pricipes moderatiõe abstinẽtia aliisq uirtutibus lõge pstiterĩt. tẽpora .n. beata fiũt & aurea ex bonitate pricipũ: sicut tenebricosa & dira ex iprobitate tyrãnorũ. uñ cor. tacitus sceculũ beatissimum uocat quo nerua traianusq felicitatem impu fecerũt: quo circa principes si etatẽ beatissimã. si seculũ aureum redire desiderant: sint moderati: sint cleméties: sint beneficii: & ut semel finiam. sint omni præconio bonitatis ornati.

sane breui euenit abstinẽtia & moderatiõe isequẽtiũ pricipũ.

C. SVETONII TRANQ VIL. DE VITA. XII. CAESARVM LIBRI DVODECIMI: AC VLTIMI:

Habes inclyte Annibal Bẽtiuole Annotamẽta i Cæsares duodeci Suetonii Tranq i quibus obscurior illius Lectio p uirili parte p nos enodata explicatur. Superest ut qui meo fortassis nomine a legẽdo resilient: hi tuo nomine pellecti ad perlegendum appetenter accurran .

M. AN. In sequẽtiũ pricipũ: nã ut de aliis sileã Nerua q illi successit: decreto patrũ post mortem inter deos est relatus. Traianus qui proxime imperauit tam popularis fuit: ut i cõgratulatione principum acclamari sit solitum. Felicior Augusto Traiano Melior.

Tetrastica de Cæsaribus post Tranquillum.

Nerua imperator.

Roximus extincto moderat̃ sceptra tyrãno
Nerua senex princeps nomine mente parẽs.
Nulla uiro soboles imitatur adoptio prolem,
Q uã legisse iuuet: quã genuisse uelit.

Traianus imperator

Ggreditur regimẽ uiridi Traianus in æuo
A elli laude prior cætera patris habens.
Hic quoq prole carens sociat sibi sorte legendi
Quem fateare bonum diffiteare parem.

Hadrianus imperator.

Hius hinc subiit mediis præsignis i actis
Principia & finem fama notat grauior.
Orbus & hic sociãsq uirũ documenta daturum.
Assumpti quantum præmineant genitis.

Antonius pius imperator.

Ntonius ad hinc regimen capit ille uocatu
Consultisq pius nomen habens meriti
Filius huic fato nullus: sed lege suorũ.
A patria sumpsit qui tegeret patriam.

M. Antonius imperator.

Ost Marco tutella datur quæsita Platonis.
Seruus ad iperium: patre pio melior.
Successore suo moriens sed principe prauo.
Hoc solo patriæ quod genuit nocuit.

Commodus imperator.

Ommodus isequẽ pugnis maculosus harenæ.
Threicido princeps bella mouẽs gladio.
Elliso tandem persoluens gutture pœnas.
Criminibus fassus matris adulterium.

Vetonius Lenis tertiæ decimæ legionis tribunus bello quod inter Vitellium & Othonem apud Bebriacum gestum est imparorisq; clauius Trāquillo Suetonio historico pater fuit. Qui cum Hadriani imperatoris epistolarum magister esset apudq; Sabinam uxorē unius Sueuii familiarius se egisset q̄ reuerētia domus aulicæ postularet successorem meruit. Scripsit de regibus libros tres, quos Lepido poemate in epitomē Pontium Paulinum redegisse memoriæ proditum est. De grāmaticis oratoribusq; duos. De uiribus illustribus unum quem pleriq; Plinii' oratoris esse autumant. De genere uestium unū: Reliqt & Cæsarū uitas. xii. tanta cura diligētiaq; dum minima quæq; attigit conscriptas: ut præcepta non præbita scriptoribus facultas uideatur.

Item de eodem.

C. Suetonius uisus est ea libertate scripsisse Cæsarum uitas: qua uixisse illi feruntur nemini aut demit aut adiicit quicq̄: nil ad assentationem cuiuspiam aut studium suum: omnia ad integritatem historiæ refert. Mores illorum & i imperio & priuatorum sic exprimit: ut nō legere quis Suetonii scripta: sed ii ipsi speculo intueri sese uideatur uitia uirtutesq; omnium citra & inuidiam & gratiam apperit & quæ fortuna foris cuiq; fuerit aut domi habitus est duriusculus dum nec minima quidem negligit & sunt aridiora plæraq; & minutiora q̄ quæ nitere possint aut capere eloquentiæ corpus: sed tamen est in genere ipso scribendi multum ponderis: eruditio uero tanta: ut seueritate orationis grauiter castigata quem huic anteponam ueterum scriptorum non uideam.

TRANQ. VILLI VITA PER SABELLICVM

C. Suetonius Tranquillus Suetonium lenem patrem habuit unde cognomen & si diuersa uoce integro tamen significatu creditur adeptus: fuit ille ciuili bello quod ad Bebriacum inter Othonem & Vitellium ē gestum: tertiæ decimæ legionis tribunus: & Augusti Clauius: ipse in forensi luce non nihil uersatus quod Plinii testantur epistolæ: cæterum patrimonio quod amplissimum a patre acceperat profligato: seu ægestate seu quod magis credo laudis cupiditate ductus ad historiam se contulit: quam a Cæsare dictatore auspicatissime exorsus: eo quo imperatum erat ordine per uitas in domitianum descēdit: sunt qui Neruam & Traianum illis adiecisse scribant: uerum cōscius sibi eorum quæ in his parum integra fide tradita essent: cum uiuentium interim coactus fuisset habere rationem: ne pars una reliquæ historiæ fidem eleuaret: in apertū non retulit: cætera ea qua illi libertate uixerunt ac ne scio an quædam etiam ut in Nerone & Galba ab eo liberius prodita: per hæc studia Adriano principi ab initio commendatus: quum epistolarum magisterio apud illum aliquandiu esset functus: uenissetq; in suspicionem quasi familiarius q̄ domus aulicæ reuerētia postularat: apud Sabinam principis coniugem ageret: successorem meruit: scripsit de Grammaticis quoq; & Oratoribus libros duos: de uiris illustribus unum: quem Iunioris Plinii pleriq; autumant: de genere Vestium unum: de Regibus tres: quos lepido poemate in epitomen Pontium Paulinum redegisse quidā prodiderunt. C. Plinio cuius modo memini: familiariter est usus. a quo per epistolam hortatur: ut uolumina quæ perfecta essent & absoluta quandoq; uellet ædere. eius dicendi genus quod inter omnes cōstare uideo haud tam floridum q̄ uenustum: domuiq; magis q̄ foro accommodatum: breuitasq; uni ut Vopiscus ait pene familiaris: sed non ita breuis ut non passim duriusculus occurrat: dum minime consectatur: Quo fit ut plæraq; ne splendescere quidē possint: corpus ue eloquentiæ ob tenuitatem recipere: sed quoquo modo res habet: in eo scribendi genere primas omnium iudicio occupauit: ita ut ex ingenti scriptorum manu quæ post illum in eo genere nihil obscure uersata est: elocutione: grauitate: dispositione: qui cum hoc uno iure conferri possit: sit certe nemo.

C. SVETONII TRANQ. VILLI VITA A PHILIPPO BEROALDO CONDITA.

Caius Suetonius Tranquillus patrem habuit Suetoniū cognomento lenem tertiæ decimæ legionis tribunum & augusti clauium: qui interfuit bello othoniano. a patre filius tranqlli cognomen accepisse credit: Nam cum ille lenis sit cognominatus: hic eodē significato non eodem uerbo dictus est tranquillus. floruit sub hadriano uit pore illius magister epistolarū. uerū fortuna: quæ lubrica ē refragante successor ei mox datus: quod apud sabinā Imperatoris uxorem familiarius egisse ferebatur: q̄ reuerentia domus aulicæ postularet. usus ē contubernio plinii posterioris: a quo in epistolis admonetur ad uolumina edēda: q̄ perfecta absolutaq; appellat. Cū esset uir doctrina compositiore & elegantia floridiore præditus scripsit libellū de grāmaticis & rhetoribus: quē diuus hieronymus sequutus est: texens catalogum scriptorum ecclesiasticorum

De gen re uestium. de ludrica historia libros concinasse memoratur quorum testimonio utuntur eruditi: idem de uitiis corporalibus: & de prætoribus uolumina condidit luculēta imprimis uero ad posteros trāsmisit .xii. Cæsarum uitas ualde quidem probandas graphiceque conscriptas: in quo stili genere primas confessione eruditorum haud dubie occupauit. opus est enimuero tersum refertumque eruditione haud quaquam trituali & cōpositissimo ordine distinctum meum emē datissimus ac candidissimus scriptor meruit appellari: cui ut scribit flauius uopiscus: familiare fuit amare breuitatem. ausonius in epistolio ad paulinū librorum meminit: quos numero tris Suetonius de regibus scripsit. in hoc uero Cæsarum opere: quod eruditorum manibus continēter teritur: oppido quam tersus ē: & sincerissimus scriptione præcellens: adeo ut de Suetonio dicere merito possimus id: qd zeusis pictor de seipso prodidit inuisurum aliquem facilius quam imitaturum.

ELOGIVM PLINII DE IVLIO CAESARE DICTATORE.

¶ Animi uigore præstantissimum arbitor. C. Cæsarem Dictatorem: nec uirtutem constantiamque nunc cōmemoro: nec sublimitatem oīum capacem quæ celo continentur: sed ꝑprium uigorem celeritatemque quodam igne uolucrem: scribere & legere simul dictare & audire solitum accepimus: epistolas uero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare: aut si nihil aliud ageret: septēs. Idem signis collatis quinquagies dimicauit. Solus. M. marcellū transgressus qui unde quadragies dimicauerat. Nā præter ciuiles uictorias undecies centū & nonaginta duo milia hoīum occisa plus ab eo. Non eqdem in gloria posuerim. Tantam etiā coactā humani generis iniuriā: qd ita esse confessus est ipse: bellorum ciuilium stragē nō prodendo. Vt iustus Pompeio magno tribuatur: octingentas quadraginta sex naues piratis ademisse. Cæsari ꝑprium & peculiare fuit præter iam supradicta clemētiæ insigne qua usque ad pœnitētiam oēs superauit. Idem magnanimitatis ꝑhibuit exemplum: cui cōparari non possit aliud. spectacula n. edita: effusasque opes aut operum magnificētiā in hac pte enumerare luxuriæ fauētis est illa fuit uera & incōparabilis inuicti animi sublimitas: captis apud pharsaliā Pōpei magni scriniis epistolarum: iterūque apud thapsum scipiōis ea optima cōcremasse fide: atque nō legisse.

¶ Ad inclytum Hannibalem Bentiuolum eiusdem Philippi Beroaldi. Appēdix Annotamentorum.

Libuit has quoque annotaciunculas: inclyte Hannibal bentiuolæ ueluti appendiculā quandā apponere in calce cōmentariorum: ut animi lectorum uniformi illa lectione fatigati. hoc ueluti nouo pabulo recrearentur: & mutatione reficerentur. solent enim hæc legentibus nō minus iucunda uideri: quam uiatoribus iam itinere lassescentibus diuerticula amena sunt. sed ne moriosior sit prologus quam fabula: hinc pauca quædam digna cognitu nec indigna relatu. minimeque protrita exordiemur.

¶ Quid significet illud hieronymi ab ecclesiasticis celeberrime usurpatum de Tantali Fonte potantem.

Caput primum

¶ Plerique omnes ecclesiasticæ litteraturæ studiosi anxie & sitienter uestigare solent qd significet illud hieronymi uulgatissimū: quod liminarē paginam instit ueteris intro euntibus statim obuium fit. ut iarchā in throno sedentā aureo & de tantali fonte potantē audiret docētem. nugatoria nimirum sunt: quæ a comentatoribus referunt. Nos ut pro uirili parte iuuaremus studia studiosorum. Ad eundē fontem accessimus: ex quo hieronymus hausit. philostrati enim penetralia ingressi explicationē inuenimus huiusce inuolucri latissimā: quæ talis est. Apud indos sapientes sunt brachmanæ nūcupati: quorum princeps iarcas noiabatur: eo tēpore: quo appolonius thyaneus discendi uisendique studio ad illos se cōtulerat: quem antecedētem: cæteri qui erant duodeuiginti appensa manu fulurauerunt. iarcas autē noiatim salutauit: qui in excelso sedebat throno: quem ex ære fabrefactum aureæ statuæ cōplusculæ exornabant. infra iarcam sedebant oēs in sellis humilioribus. mox post philosophicā sermocinationem ostendit iarcas apollonio statuam tantali subscriptione notati: quattuor cubitorum longitudinis: quæ similis propināti phialam porrigebat: in quam humor distillat incorruptibilis potionis phialam mensura nunquam excedentis. ex hoc tantali poculo bibere solebāt Indici philosophi anteque somno indulgerent. & ita iarcas potandi principium fecit ex phiala bibens: quæ largiter cunctos satiauit iugē humorem fundens: non secus ac si ex fonte scaturiret. bibit una cum philosophis apollonius: est autē amicitiæ firmandæ cā huiuscemodi compotacio apud indos inuenta: que ministrum eius faciunt pocillatoremque tantulum: ꝑpterea qd hic amicissimus mansuetissimusque erga hoīes hītus est. post hanc ex phiala potionem humi sternunt corpora in lectis herbaticis. hæc copiose refert philostratus libro tertio de uita apollonii thyanei: quod etiā scribit in. vii. quicunque bibunt ex tātali phiala. participes periculorum cum amicis esse oportere. ex hac enarratione iam ꝑspicuum fit cur dixerit hieronymus apollonium peruenisse ad brachmanas: ut audiret iarcam illum principē philosophorum in throno sedētem æreo quidem: sed qui aureis statuis exornaret: potantemque de tantali fonte hoc est de phiala: quam propinabat tantali simulacrū. ex quo mihi uidetur doctius & historiæ accōmodatius legi posse de tantali phiala quam fonte: cum inter phialam & fontem sit quædam litterarum proximitas: & ob hoc lubricus error: quod si nihil placet imutare expones fontem pro phiala: ex qua liquor ueluti ex fonte scaturiens cōtinenter fundebatur: quæ a cōmentatoribus ecclesiasticis traduntur protrita sunt & a fide historica deerantia. sed ego malo hæc & id genus alia haurire ex lympido fonte: quam ex tuo turbulento.

Brachmanæ Iarchas. Statua tantali cū phiala

¶ Quid sit uetus puerbiũ. Mutuũ muli scabũt. qđ in codicibus Ausonii & Nonii perperam scriptũ legitur.

Caput secundum

¶ Apud ausonium in epistolio prouerbium usurpatur litteris inuersis dictionibusq; confusis: qđ est. mutuum muli scabãt. tu uero ita distincte legas & emẽdate. mutuum muli scabunt. cuius prouerbii sensus significat tradere sibi operas mutuas & par pari rependere: namq; muloꝝ mos est ut se mutuo scabãt & uicissatim defricent. Marcus Varro librũ composuit hoc titulo. mutuum muli scabũt: cuius testimonium citat nonius quãuis noniani codices mendo ineluibili sint maculosi: in quibus hoc prouerbium corruptius legitur: q̃ in ausonii uoluminibus. ita. n. scriptum habent. multum muli scabant. pro mutuum muli scabunt. prouerbii huiusce meminit scienter & enodate symachus. cũm epistolis sic inquit. mutuũ scabere mulos: cui puerbio ne uideat esse confinis preconiũ uirtutũ tuarum presso dente restringo: itaq; cum muli soleant sese uicissim defricare & scabere: merito hoc prouerbium usurpatur in consimili remuneratione. & talionis æquilibrio: quis a scipione emiliano dictum sit iumenta quoniã manibus carerent alterius frictione indigere. adriani quod non longe ab re est: locus balnearis innotuit: qm plures olim senes euocari iussit. & alium ab alio inuicem defricari: cum illi se marmoribus attererent ad liberalitatem principis prouocandam: qui seruis donauerat & sũptibus ueteranũ quendã: q se i balneis marmoribus destringebat: ꝑpterea qđ seruũ nõ hẽret.

Mutuũ muli scabunt

¶ Quid intelligi uoluerit hesiodus: cum scripsit: Dimidium esse plus toto.

Caput tertium.

¶ Hesiodus in libro cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι. i. opa & dies uersum hunc posuit. νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. i. ignorant stolidi q̃ toto sit dimidium plus. dissoluẽda questio est: cuius mentionem fecit gellius libro. xvii. noc. atticarum: nec tñ reliqt explanatum. quid hesiodus se dicere sentiat: cum dimidiũ plus toto esse dicit: qđ communi plane sensui uidetur reluctari. plato libro tertio de legib' planissime explicat hoc ambagiosum scribens: rectissime dictum eẽ ab hesiodo dimidiũ plus esse q̃ totũ: qñ uidelicet totum cõprendere noxium est. dimidium uero tẽperate se habet. hinc intelligi uoluit moderatũ immoderato plus esse: ut pote melius deteriore: docetq; principatũ moderate constituẽdum esse & ad mediocritatem redigendum. Idem libro quarto de republica laudans uitam moderatam tanq̃ optimã: hesiodum illud sapienter dixisse commemorat dimidium esse plusq̃ totum. Consimiliter Aristoteles in quarto politicorum dimidiũ esse plus toto docet. ex eo quod gubernatio temperata durabilior est & melior q̃ impotens & immodica. ideoq; phocilides bñ optauit multa mediocribus optima & ipse mediocris esse uoluit in ciuitate. Idem Aristoteles profitet' mediocritatẽ & medium esse optimum: mediocrisq; fortunæ bonorum possessionem ait optimum oĩm esse existimandam: idẽ in ethicis uirtutes mediocritates esse tradit. hinc illa apud græcos catholica sñia. μέσον τὴν τὰς ἀρετὰς εἶναι. ex quo colligit' mediũ & moderatũ optimũ esse in uita degẽda. & plusq̃ totum appetendum. non me preterit aliter ab aliis hesiodi uersũ exponi solere: se hæc platonica nobis & aristotelica interpretamẽta magis probant': cũ eruditiora sint & ueriora.

Moderatum melius immoderato

Virtutes mediocritates.

¶ Enodatus nodus ex epistola. M. Ciceronis Ductus ex prouerbio Sero sapiunt phryges.

Caput quartum

¶ Mar. Cicero quadam ad trebacium epistola. sic cepit. in equo troiano scis esse in extremo. sero sapiũt. neotericoteri. hoc est recentiores interpretes magis implicant q̃ explicent sensum epistolicũ. scire autem debes uetus hoc fuisse prouerbium. sero sapiunt phryges: quod a troianis natum est. qui decimo deniq; anno uelle ceperant helenã: quæq; cũ ea erant rapta reddere græcis: a qbus decennali bello ꝓssi uastati uexati fuerant sed hæc sapientia troianoꝝ serotina erat & nimis tarda: q tunc demum resipiscere ceperãt: cum res eorum forent deploratæ: & egritudo irremediabilis. hoc autem prouerbiũ continebatur in extrema tragediæ parte: cui titulus erat. equus troianus: quã liuius poeta apud latinos uetustissimus cum primis condidit. unde a grammaticis citantur testimonia liuii ex equo troiano. huiusce prouerbii mentio fit in codice festi pompeii integriore: ex quo excerpta exscriptaq; sunt illa: q̃ uulgi manibus iugiter conteruntur. iam satis liquet opinor: cur Cicero dixerit. esse in equo troiano sero sapiunt: uidelicet alludens ad prouerbium illud sero sapiunt phryges: quod in extrema fabulæ clausula legebatur.

Equus troianus nomẽ fabulæ

¶ Emaculatum uerbum ex uersu Lucilliano. inibiq; notata quedam super acipensere Decumano.

Caput quintum.

¶ Idem Marcus Tullius libro de finibus bonorum secũdo: usurpat uersus lucillianos. in qbus ad galloniũ sic loqt' lelius: cenasti in uita nunq̃ bñ: cũ oia in ista cõsumis squilla: atq; accubas ere cũ decumão. si lucillius reuiuisceret: carmẽ hoc i poemate suo satyrico plãe ñ agnosceret sũmoueretq; ñ solũ ut subditiciũ: sed ut inuersũ adulteratũq; repelleret: qđ. n. significat obsecro te accubas ære cũ decumão: qs lepor: q sales: q̃ satyrica mordacitas: ego ẽt atq; ẽt & sensu introspecto & uerbis syllabatim pẽsitatis sic cẽseo corrigẽdũ: ut ꝑ accubas ære cũ decumano meo periculo legas: accipensere cum decumano. lelius. n. est: qui apud lucilium carpit gulã gallonii ganeonis & gurgitis: qui patrimoniũ helluebat' in una squilla: quod genus piscis est: & in acipensere pgrandi: qui piscis ẽ imprimis nobilis: quẽ prodigis & gulonibus nutriunt maria: de quo plinius nõ libro nono na. histo. hæc refert. apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipẽser unus oĩum squamis ad os uersis contra aquã nando meat. fuisse ãt acipenserem in honore mensæ precipuo tpibus lelii & africani. testis est macrobius in saturnaliũ. & Marcus Tullius memoratq; ait oblatũ esse Africano Scipioni acipenseremq;

De acipensere.

admodum raro capiebat: ad quem epulandũ cum plures conuictores inuitarentur uideretur: pontius in aurem o scipio inqt uide quid agas: acipenser iste paucorũ hoiũm est. samonicus quoq; serenus tradit hunc piscem a coronatis ministris cum tibicine introferri solitũ in sacrum conuiuiũ. Quinetiam martialis signare uolens in magno pretio fuisse acipenserem atq; inuẽtu rarum sic scripsit in xeniis:

Ad palatinas acipensera mittite mensas:

Ambrosias ornent munera rara dapes.

Decumana oua — Decius fluctus.

Decumanus autẽ acipenser a lucillio dictus est: quẽ intelligi uolebat pregrandẽ & enormẽ. antiqui. n. decumana oua dici uoluerunt magna: apud quos scuta quoq; decumana uocabantur: q̃ essent amplissima: & decumani fluctus: q̃a essent magni: ex quo apud poetas decimus fluctus pro maxio & undabundo celebratissimus est. hinc decumana quoq; porta in castris dici uidetur q̃d esset ampla & patens. sicut & decumanus limes in limitatione agrorũ a magnitudine dictus putat: cuius plinius & columela meminerunt. candidus queso lector diligenter pensiter uerbũ lucilianum: syllabas trutinetur: litteras elementarias conferat: sensũ introspiciat: profecto correctionẽ hanc n̄iam non improbabit. quasi dicere fas est: nec lucillius ipse sit improbaturus: ut aũt in hanc sn̄iam non pedibus sed calamo procliuius irem impulit oratianus offellus: qui gallonium hunc: cuius ingluuiẽ diximus a lelio lucilliano taxari: morsu satyrico lancinauit & sale perfricuit ob hunc ipm acipenserẽ decumanũ. sic. n. scribit in sermonibus. galloni preconis erat acipensere mẽsa infamis.

Perpensa diligenter emẽdataq; dictio Apud Mar. Tulliũ. in cuius libris legitur de nartheo. p Narthecio.

Caput sextum

Natthecium

Idem marcus tullius in eodẽ de finibus bonorum & malorũ uolumine sic scribit iã doloris medicamenta illa epicurea tanq̃ de nartheo promant. Tu emendatius leges & uerius de narthecio. græci. n. nartheca uocant ferulã assurgentem in altitudine. humilem uero & depressam. νάρθηκα[?] narthecion dicũt. cuius rei mentio fit a plinio. cũ ãt semen ferulæ morbis quibusdã auxiliari dicant medici. hinc narthecion. p repositorio medicamentorũ usurpat. ẽt si fuerit ex alia materia fabrefactũ. uel q̃a id ligni genus accõmodatũ ẽ ad seruãda medicamẽta. Apud martialẽ in Apophoretis lẽma ẽ narthecion: cui subscribit hoc distichon.

Artis ebur medicæ narthecia cernis: habebis

Munera: quæ cuperet pactius esse sua.

Locus martialis

Commentatores epigrãmatarii poetæ exponunt narthecium pro ferula: de qua iam dictum est: aiunt q; ebur dici a poeta uel a candore eburneo uel q̃n in locum scipionis eburnei successit narthecium. nõ inficior ferulã siue narthecion baculorũ usum senectuti potissimũ prebere. q̃d & plinius docet. sed hoc totũ nihil prorsus ad poetæ sensum enucleandũ: qui ut dicã q̃d sentio: omissa insectatione aliorũ: quod a me uitium lõgissime abest: nil aliud significare uoluit epigramatista noie narthecii: q̃ repositoriũ siue loculamentũ medicamẽtorũ: ut expõas ebur. p pyxide eburnea: q̃d & nartheciũ dr̃. i. quo medicamẽta seruãt: ex hoc significatu explicatior fit & lucidior sensus tã Ciceronis q̃ martialis: q̃ nartheciũ plane accipiũt. p arcula medicamentaria: sicut myrotheciũ significatur theca atq; repositoriũ unguẽtorum delicatiorũ. græci. n. μύρον uocãt unguentum & θήκην thecam & loculũ ac repositoriũ. hinc dictum est illud a mar. tullio quadã ad atticum epistola p translationem decentissimã. meus ãt liber totum isocratis: myrotheciũ atq; ois eius discipulorum arculas ac non nihil ẽt aristotelica pigmenta consumpsit: sed ut ad narthecã. i. ferulam reuertamur: cum sit baccho dicata. ministri Dionysiaci in mysteriis bacchicis ferulas gestabãt: dicebãturq; græco uocabulo narthecophori. q̃si feruligeri. hinc illud Apud Platonẽ in phedone: narthecophori multi sunt: bacchi uero pauci.

Myrothecium quid

Narthecophori

Correctus senecæ locus enarratusq; de psycholutte.

Caput septimum.

Cum mihi decretum sit ñ minus publicæ utilitati studiosorũ consulere nelle q̃ gloriæ priuatæ respectum hẽrerẽ: me a proposito deterrebit humilitas rerũ. imo tãto magis minuta quæq; scrutabimur: quãto talia incuriosius trãsmitti solẽt. legimus apud senecam usurpari uocabulum græcum. quod si recte legatur elegantissimum est. sed bis apud eundem perperam legitur. sic enim in. vii. epistolarũ scriptum est: frigidæ cultor mittome in mare: quomodo per sicholutram decet gausapatus. Idem in. xii. ille tãtus psicolutes: q̃ cal. Ianuariis euripum salutabam. mendum est hic & illic. sed in primo loco insignitum magis. Nos utrobiq; sic emaculauimus ut illic psycholutram: hic psycholutres legas. græco. n. uocabulo psycholutres dicit̃ is: qui frigida aq̃ corpus lauat & balneo frigido letatur. charmis massiliensis frigida etiam hibernis algoribus lauari persualit: mersit egros in lacus. hinc illud plinianũ ex libro undetrigesimo. Videbamus senes consulares usq; ĩ ostẽtatione rigentes: qua de re extat ẽt Annei senecæ astipulatio: affert his uerbis plinius senecã probare frigida lauacra: quæ haud dubie non solũ doctrina probat sed ẽt exemplo: cũ ait se fuisse psycholuttẽ hoc ẽ lauacri frigidi cultorẽ: qui cal. Ianuariis quemadmodum legere: scribere: dicere aliquid: sic auspicabat̃ in uirginẽ desilire. est autem uirgo fons Romæ clarissimus aquæ frigentis: quam Mar. Agrippa Romam perduxit. q̃ uirgo appellata est ex eo: quod querẽtibus aquã militibus puella uirguncula quasdã uenas monstrauit ut docet frontinus libro primo de aquæ ductibus. plinius uero libro: xxxi. nomen uirgini inditum esse ex eo autumat: q; riuum herculaneum: qui iuxta ẽ: refugere uidetur: quãtum ãt martia haustu prestat. tantum uirgo tactu precellebat. ψῦχος græce dicitur frigus ψυχρὸς frigidus λουτρὸν uero balneum & lauacrum unde composita ex utraq; dictione fit psycholutres. significatu q; lauacri frigidi cultor & amator: qualem se fuisse intelligi uoluit seneca si sincerit̃ legatur & probe intelligatur.

Psycholutres q̃

Virgo fons

¶ Mendū occupasse codices senecæ: in quibus pro parenetica philosophia corrupte scribitur parentia pro euthymia ectimia.

Caput octauum.

¶ Apud eundē pars philosophiæ quā nos preceptiuā dicimus corrupto uocabulo græco parētia noīatur: cū parenetica dicēda sit a græco uerbo παραινέω qđ significat pcipio & admoneo: unde παραινετικὸς pceptiuus & admonitorius. & παραίνεσις. preceptio siue admonitio. hinc acron oratianus interpres & si nō classicus non tñ proletarius identidē ait. hæc ode parænetice scripta ē. pro eo qđ est pceptiue siue monitorie sicut ab eodē dicit hæc erotice dicta est pro amatorie. Nō minus illud apud eundē emacalādū ē ex libro, epistolaꝝ. xi. asperomacheiā auocauit. pro ad speromachiā: q̄ dictio significat pilarē lusionē. siue ludicrā pugnā sphæristaꝝ. qua dictione papinius quoq; usus ē in epistola ad marcellū sic scribēs. sed & speromachias spectamus & pilaris lusio admittit. Sidonius ait in certamine sphæræ se primū fuisse signiferū. & qñ senecæ adhuc res agit restituēda forma ē de formatæ dictiōi q̄ nūc nuper in mentē uenit. nāq; democriti ectimia legit: pro euthymia. democritus. n. euthymiā ,pbauit tanq̄ beatæ uitæ effectricē: q̄ interpretat aī tranqllitas. cuius & cicero meminit libro. v. de finibus bonoꝝ & maloꝝ: de qua diogenes laercius ita ,pdidit in uita democriti. finē esse rectū quietūq; aī statū. quē euthymiam dicit: q̄ non ut quidā male intelligentes idem sit quod uoluptas uerum serundū quem aīus magna tranquillitate constantiaq; beatus est: dum nullo metu nulla supstitione aut alia quauis perturbatione agitatur.

Parenetica

Speromachia

Euthymia

¶ Explicatū carmē psianū de aceruo chrysippi: lōge secus; q̄ a cōmētatorib' & grāmaticis explicati solitū sit.

Caput nonum.

¶ Persius satyrographus poema suū hoc uersu cludit. depinge ubi sistā. inuētus chrysippe tui finitor acerui. quo plene aliud significari uī: q̄ aut cōmētatores nouerint aut ī scholis uulgo ,pdatur: nō. n. ad aceruū uoluminū q̄ innumera cōdidit chrysippus id referēdū eē autumo. sed ad argumentatiōes: quas græco uocabulo soritas uocāt: cicero aceruales interptat. sed ut ipse ait in. ii. de diuinatiōe: sicut multa uerba græcoꝝ sic sorites satis latio sermone tritus ē. agit chrysippus solitus erat p soriten argumētari & gradati interrogate: ex quo argumētatio fiebat numerosior: & aceruus quasi qdā gradati cumulabat ,ppositionū & ,pbationū: ut ita cōclusio efficeret ad ,pbādū qđ moliebat ultra pscriptū argumentatiōis: q̄ ex pceptiōe dialecticoꝝ tripartita ē ex institutiōe oratoꝝ qnq; partita fieri pōt. ultra quē numerū ,pgredi ñ licet: sed sorites. i. aceruus siue aceruales chrysippeus in infinitū pene ,pgrediebat: diffusus p multiplicationē numeroꝝ innumerabilē. cuius exēplū extat apud eundē Ciceronē: q in hortēsio quoq; soritas lubricos eē & periculosos tradit. & post paulū placet lnqt chrysippo cū gradatim interroget uerbi cā: tria pauca sint an multa: aliquāto priusq̄ ad multa perueniat. mox post multa p soritas ,pgrediendo tractata subiungit. hæc chrysippea sunt nec ab eo quidē dissoluta. refert laertius chrysippū libros quatuor cōdidisse de soritis. namq; ob hunc aceruū chrysippeū: qui longius ,pgrediebat. ita ut uix concludendi modū inuenire: dixit scite & elegāter persius ex psona auaricuius cupiditates immodicæ nullo mō finiunt per apostrophā ad chrysippū: o chrysippe salte tu depinge modū ultra quē non progrediat aceruus diuiciaꝝ interminabilis: q̄ inuētus es finitor terminatorq; tui acerui: hoc ē illius argumēti soritæ: qui quāuis lōgo ordine produceret. tñ aliqñ conclusionis mō cludebat terminabatur q; & hicē uerus poetæ satyrici sensus hoc ue ꝝ interptamentū. hic est ille aceruus chrysippeus in quo cecuciētes cōmentatores hallucinant: de quo ē astipulatio illa sidonii ex hendecasyllabo. chrysippi potuisset ex aceruo & marciani. chrysippus cumulet propriū consumat aceruū: qui alibi dixit. soritas cumuli accessibus aggerans. pōt uideri oratius in hanc quoq; acerui chrysippei suspitionem lapsus esse. cū dixit. mille taleta totū dentur. totidē altera porro. tertia succedant. & quæ pars quadrat aceruum. illud quoq; ex secundo epistolaꝝ hinc opinor fluxit. dum cadat elusus ratione ruentis acerui.

Sorites. Aceruales

¶ Quod sit roboris supplicium in lectionibus ueterum scriptorum.

Caput decimum.

¶ Apuleius platonicus philosophus in copiosissima illa & disertissima oratione: qua crimē magis a se alienū esse defendit. sic indignabūdus exclamat. o mirum cōmentū o subtilitas digna carcere & robore. merito uideri pōt ignorabile: nec indignū explicatu illud roboris suppliciū. scito igit robur in carcere dici locum: quo precipitabant malefici & sontes & ex eo dictū quod robusteis lignis sepiebat. de hoc robore in hoc significatu accipit locus hic apuleianus: sicut & ille apud ualeriū ex libro. vi. dictoꝝ factorūq; memorabiliū: qui etiam familiares eoꝝ: nequis Romani populi inimicis amicus eē uellet: de robore pcipitati sunt. plaut' quoq; ad hoc robur allusisse uideri pōt. cū ait. in curgulione: ego uos ambo in robusto carcere ut pereatis.

Robur i carcere.

¶ Quam ob eām herculanea pars a plauto dicta sit pro decuma. inibiq; qđ sit pollucere & polluctum.

Caput undecimum.

¶ Plautus latinæ linguæ deliciū in comedia: cui titulus est truculentus ex psona getæ serui sic inqt. detraxi ptē herculaneā: quo dicto significat decumā se detraxisse: nāq; ueteres herculi decias dicauerūt. qrit plutarch' in qōnibus. cur plerīq; copiosi & locupletes patrimonii sui decimā herculi offerebāt: an inqt qđ hercules ī monte palatino boum quas gerionæ abstulit decimā īmolauit: an qđ Romanos ab etruscis decimari solitos liberauit: an illud potius quasi odiosas ciuibus & molestas nimias diuitias cōminuentes eo pacto maxime coli herculē existimabāt: quē iccirco luxuriā coercere & cōprimere delectaret: qđ ipse paucis cōtētus fru-

Decimæ Herculi dicatæ

Sylla Crassus Lucull' decimas herculi sacrarũt Pollucere Pollu ctum quid

galiter cõtinẽterq; uixisset:refert diodorus in q̃nto bibliothecæ: herculẽ dicitasse eos q̃ sibi i diuo facto decimã bonorũ dicarẽt beate feliciterq; uicturos: ex quo multi decimas herculi uouerũt: posteaq; fortunati fores facti bona sua ad q̃tuor talẽtorũ milia herculi sacrarũt. tradũt historici syllã ex uniuersis fortunis herculi decimã sacrificante lauta populo Romano fecisse cõuiuia. cõsimiliter crassus ille Romanorũ ditissimus decimã facultatũ suarũ partẽ herculi cõsecrauit epulũq; populo dedit uiritimq; mnas tres diuisit. hoc idẽ a lucio luculo factitatũ ẽ. De hac decuma herculi dicata sensisse ut Marcus Tullius cũ ait in secũdo de officiis. ut horesti nuper prãdia in semitis decumæ noĩe magno honori fuerũt. Quinetiã Terẽtius Varro in ea satyra q̃ inscribit' Κέρα ὕνου Testat' Maiores solitos decumã herculi uouere. nec decẽ dies intermittere q̃n pollucerẽt. pollucere aũt ẽ libamẽta herculi i arã porricere. idq; sacrificiũ q̃d herculi decuma data sit polluctũ dictũ. igit' cũ decumæ fortunarũ herculi peculiariter dicatæ sint: elegãter & scite dixit plautinus seruus se detraxisse partẽ herculaneã ex bõis dñi amatoris: intelligi uolẽs se decumã sibi subduxisse. i hãc sn̄iam nõ minus sciẽterq; festiuiter dixit columẽ plautinæ familiæ chrysal' i bacchidib'. si frugi ẽ herculẽ fecit ex patre: decumã pt̃ ei dedit.

¶ Correctus Ouidii uersus. inibiq; nonulla super smintheo apollinis cognomẽto digna memoratu.

Caput. xii.

¶ In codicibus Ouidii uolumine metamorphoseon. xii. uersus hic perperã legi & perperã enarrari solet.

¶ Talibus intonsum compellat cynthia dictis.

¶ Tu uero dictionẽ illã cynthia ueluti adulterinã subditiciãq; obelisco cõfodito. & in eius locũ Sminthea cũ asterisco substitue. accipeq; p̃ apolline. inter cætera. n. apollinis cognomẽta q̃ multiiuga sunt hoc quoq; celebre ẽ: quo smintheus cognominat'. autumat Macrobius in. saturnaliũ apollinẽ sminthea dici. ὅτι ζέων ἐσί q̃a feruẽs currit. sed homeri iterp̃tes & strabo homericæ maiestatis illustrator p̃diderũt apollinẽ sminthea a muribus tanq̃ apollini sacris cognominati: q̃ lĩgua cretẽsiũ σμίνθοι appellãt'. mythici referũt teucris e troia p̃fectis datũ eẽ oraculũ ibi eos sedẽ posituros: ubi terrigenæ eos adorirẽt: id circa amaxicũ dicit cõtigisse: maximãq; agrestiũ murium multitudinẽ noctu exortã q̃cq̃d armorũ & utẽsiũ ex corio iuenissent corrosisse. teucrosq; ibi mansisse. heraclides põticus auctor ẽ mures ibi circa tẽplũ apollinis habũdare & sacros existimari: simulacrũq; apollinis ita instructũ eẽ: ut murẽ pedibus p̃mat. multis i locis fuit antiquus celebratũ sminthei nomẽ. Nã iuxta amaxitũ duo loca sunt q̃ sminthea uocant'. itẽ in larisseo agro & i pariãoe locus erat sminthi' appellatus. itẽ apud rhodũ & lindũ. nũc ut inq̃t strabo in. xiii. tẽplũ sminthiũ uocãt.

Locus plinii

Apud pliniũ dictio mẽdosa ẽ i q̃nto. Na. histo. Nãq; pro sminthiũ templũ: legit' Zmitũ templũ duratiũ urbe chrysa fuit apollini sminthei templũ cũ statua. cuius pedi mus subiacebat: quã scopas parius fecit homerus in prima iliados rhapsodia mentionem facit sminthei Apollinis in oratione chrysæ sacerdotis.

¶ Considerarũ pensitarumq; solerter prouerbiũ græcũ in Noctibus Gellianis. ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον.

Caput. xiii.

In lente unguentum

¶ Apud au. gelliũ in noctibus illis lucidissimis. p̃uerbiũ græcũ mẽdose legit'. sic n. libro. xii. scriptũ ẽ ut e plãe fiat græcũ illud de uarronis sn̄ia prouerbiũ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον. i. in lente fabulã. sed si q̃s curiosius itrospexerit ui' sn̄iamq; p̃uerbii: haud dubie cognoscet talẽ sensũ talẽq; lectionẽ eẽ penitus insipidã & inuenustam: q̃d. n. est in lente fabula: q̃s sensus p̃uerbialis: q̃s atticus lepor: q̃d deniq; ad p̃positũ gellianũ: ego existimo legendũ ẽe non. μῦθον: q̃d plane fabula significat: sed μύρον: q̃d unguẽtũ dicit'. & ita elegãti a græci prouerbii elucescet. si legeris. ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον hoc ẽ in lente unguentũ. quo plane p̃uerbio significat'. haud quaq̃ unguentũ cũ lente cõgruere: nec consociationẽ fieri unguẽti q̃d delicatius ẽ. & lentis q̃d genus ẽ uulgatissimi leguminis: hoc prouerbiũ usurpat Marcus Tullius quadã ad atticũ epistola decẽter & salse. sic. n. ait. legati sunt. Qu. metellus Creticus & L. flaccus & τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον. lẽtulus clodiæ filius: uoluit. n. symbolicos & subobscure. Mar. Tullius taxare lentuli clodiæ filiũ: q̃ ita male copulãdus eẽ uidebat' in obeũda legatiõe cũ metello cretico & L. flacco uiris clarissimis: sicut lens cũ unguẽto male cõsociat': cũ inter unguẽti delicias & lentis uilitatẽ ea fit disparilitas ac dissociatio: q̃ inter amarorem dulcedinemq; internoscitur.

¶ Quid significet apud eundẽ Gelliũ p̃uerbiũ alterũ latinũ. Nihil cũ fidibus graculo: nihil cũ Amaracio sui.

Caput. xiiii.

¶ Idẽ in calce opis meminit ueteris p̃uerbii: cuius sn̄ia haud lõge abest a supiore. sic. n. ait. uetus adagiũ est. Nihil cũ fidibus graculo nihil cũ amaracino sui. sensus adagii siue p̃uerbii ẽ satis aptus & expositus: quo significat' neq; musica graculis auibus obstrepis & clamosis: neq; unguẽta porcis imũdis & lutosis conuenire. sed ñ de nihilo amaracinũ cũprimis dixit timeri a sue. obseruauimus apud Lucretiũq; sues odere unguẽta & peculiariter fugitare odorẽ amaracini. uersus Lucretii ex li. vi. subscripsimus ut res fiat manifestior: deniq; amaracinũ fugitat sus & timet oẽ unguẽtũ: Nã setigeris subus acre uenenũ ẽ. in codicibus lucretii q̃ mẽdis p̃guites circũferunt' p̃ amaracinũ legit' amaricũ. pro sus fur: sensu cõfusaneo uerbisq; corruptis.

Amaracinum quid Sansucinum

est aũt amaracinũ unguentũ ab amaraco herba odorata noĩatũ. diocles medicus & sicula gens amacũ apellauere: q̃d ægyptus & syria sansucum nostri uernacula lingua maioranam uocant. hinc unguentum confectum nuncupamus modo amaracinum modo sansucinum. plinius in. xiii. scribit sansucinum optimum in cypro fuisse & mytilenis ubi erat plurima sansucus. Idem ait amaracinũ fuisse in insula. Co. laudatissimũ. enuntiat' aũt amaracinũ penultima corrupta: cõtra uulgi p̃epostera consuetudinem producentis.

¶ Qui sit sensus Nasonis in eo uersu. Deprensum polypus hostem continet ex omni demissis parte flagellis. inibiq; de significatu acceptabulorum.

Caput. xv.

¶ Ouidius in quarto metamorphoseon sic scribit: deprensum polypus hostem.
¶ Continet ex omni demissis parte flagellis.

¶ Hoc uersu significat, cōchilia a polypo pisce cōplexu crinium detineri frāgiq; solita: est.n.polypus: qđ uel mediocriter eruditis pspicuū est piscis sanguine carēs: q inter mollia nūerat. cui pediculi sūt octoni: ita quoq; multitudine nomē inuenit: quos plinius modo crines modo cirros appellat: qm instar sunt capillamētorum: ouidius flagella uocat: qbus cōplectunt cōchilia: quoq; carne uescunt. & ita expones hostē p cōchilis conchis: quas peculiariter polypi uenant: & flagellis hoc est crinibus siue cirris: ita.n.aliorum pediculi noiantur cōplectunt: ut auelli nō queāt: sūt.n. auidissimi cōcharū: q ad tactū cōprimunt pcidentes brachia polyporum. cauent ergo polypi insidiant q; cōchis aptis: iposito q; lapillo in discuneatas grassant extrahūtq; carnes. idē plinius auctor est polypū i aqua luctari cōplexu ad hoiem cōficiēdū eūq; sorbere acceptabulis. ac numeroso suctu detrahere: ubi acceptabula significant caliculi: qbus peculiariter pdita sūt illa pisciū genera: q mollia nūcupant. Item Aristoteles libro qrto de animalibus tradit mollibus oibus esse binos acceptabulorum ordines in polypo uero: q & ipse ex nūero molliū est. simplicē acceptabulorū ordinē cerni: et ebius niger acceptabula caliculos interptari uidet cū ait: barbas fuisse polypo clauarū modo torosas lōgas pedū trigita acceptabulis siue caliculis urnalibus peluiū modo. seneca quoq; acceptabula eleganter appellat uascula illa & caliculos: qbus repēte plenis repēte uacuis pstigiatores falleř fauorabiliter solēt oculos cōtēplātiū. uerba senecæ hæc sūt ex libro sexto epistolarum. sic ista sine noxa decipiūt: quo modo pstigiatorum acceptabula & caliculi: in qbus me fallacia ipsa delectat. in mēsuris uero & pōderibus cū acceptabuli mēsura dicit: significat heminæ qrtā ptē. i. drachmas qndecim. plinius uolumine duo de trigesimo tradit ossa ex acceptabulis puatū pbere usum dentifriciis: ubi acceptabula appellasse uidet: quas pyxides medici recētiores & anatomici scriptores appellitāt: qbus infixe sunt coxēdices: circaq; ea uertunt ossa coxarū: sunt enim illæ cōcauitates Caliculis psimiles.

Polyp⁹ · *Cirri Flagella* · *Acceptabula pstigiatorū*

¶ Emaculatus plutarchi codex: in quo pro fabius buteo. inscite legit bulco: ubiq; de buteonibus.

Caput. xvi.

¶ Apud plutarchum cheronēsem latinitate donatū: error est in uita fabii maxime minutulus qdē sed nō tñ aspernandus: sic.n. hēt codices impssi: alterum dictatorē creauerūt fabiū bulconē: tu corrige fabiū buteonē: fuit.n. romæ familia fabia buteonū cognominata ex eo: qđ in ducis nauiprospero auspicio quōdā sedisset accipiter: quē Romani buteonē appellāt græci triorchen a numero testiū quasi tris testiculos hñtem: cui principatū in auguriis phemonoe dedit. q apollinis filia dicta est. ut inqt plinius: & ut auctor est Eusebius chronographus. prima exametris uersibus futura cecinisse narrat. Ex quo nō insicienter Lucanus phemonoen appellauit pithyā siue phebadā: q; rūsum ex oraculo apollinis delphici dedit appio Romano. Liuius historiā fabii buteonis eloquēter explicat libro. xxiii. ab origine urbis: q dictator creatus ut senatū legeret pacta lectione eodem die extemplo dictatura se abdicauit. lictoribusq; abire iussis turbæ se immiscuit. hæc eadē a plutarcho memorantur: sed pro fabio buteone Mendum irrepsit prodiuuter in fabium bulconem.

Buteones Triorches

¶ Subesse sensum occultiorem q enarratores agnouerint in illo epigrammatistæ uersiculo. pastas glande nates habet secundus.

Caput. xvii.

¶ Versiculus est apud Marcialem. in quo subest obscena quidem significatio non tamen dissimulanter ptereunda. sic enim inquit in hendecasyllabo.
¶ Pastas glande nates habet secundus.
¶ Vbi nō pinguitudo pueri significatur sicut pperam exponit interptes: sed patici effeminatiq; ipudicicia accumen. n. sensus & aculeus totus est in dictione glande: qua significat ps obscena genitaliū uiriliū: de qua Cor. celsus libro. vi. de medicina: ubi uero glans cōtecta est oriculario quoq; clystere inter eā cutēq; aqua calida inferēda est. Itē tubercula etiā quæ phymata græci uocāt circa glandē oriunt. Aristoteles & Galenus alter maximus philosophorum: alter nobilissimus medicorū, βαλανον appellāt græco uocabulo notissimo: qđ significat glandē. est aūt prima ps uirilis penis. sic.n. honos auribus prefandus est. mētula uocat. Aristoteles in prio de aialibus ita pdidit. maris penis postremo thorace ppēdēs pre sui pria carne ppemodūq; cōstās & inæqbili facie turbinata: nomē a glāde ps hæc mutuata est. Igit mordax sine fine Martilis uolēs itelligi puerū noie scdm fuisse paticū & emasculatoribus ad obscenā libidinē frequēter mouerí: infestiuiter sit & false dixit eū hñe nates glāde pastas: tāq subactiōe illa pposterа cōcubini ueluti cibo nates pasceret. & in hoc toto epigrāmate epigrāmatisq; sēsu explicādo cecutit interpres: cū snia poetæ lasciuiētis sit referēda ad delicias puerorū multiformes neqtiasq; dissimiles: & fastus amabiles: & morositatē illicibilē: q oia malle sese ait poeta i sodalitate puerilq dotes dapsiles in uxoria cōtubernalitate.

Glās uirilitatis

¶ Versus lucretii explicatus de lampade cursoria & de sicyoniis calciamentis.

Caput octauumdecimum.

¶ Lucretius lib. ii. de rerū natura sic ait. & qsi cursores uitai lāpada tradūt: cū significare uellet mortaliū eē ppetuā successionē uicissimq; prios a secūdis, secūdos a tertiis, & ita deiceps ipelli & urgeri. ē aūt trāslatio sūpta a cursorib⁹: q ex pmethei cōsuetudine: ut docet higinus: istituerāt currere lāpadē iactātes: qui prius cursu defatigatus, scdo itegro tradebat: cuius rei mentio quoq; fit libro. iii. rhetoricorū ad herēniū. ubi tradit nō illis in palestra: qui tedas ardentes accipit celeriorem esse in cursu cōtinuo: q sit ille qui tradit. ptere a qđ de fatigatus cursu integro facē tradit. in hūc sensum trāslatione quadā oppido q decēti dictum est a persio.
¶ Qui prior es cur me in decursu lampada poscis.

Lāpada prius tradit scdo

Mar. quo quarto scitissime dixit in tertio de re rustica: nõ cursu lampada tibe trado: significãs puer blãdi nõ tibi cedo. uel p cõtrariũ nõ sũ te superior. herodotus libro. viii. historiarũ refert cursores psarũ principes primũ secũdo secũdũ tertio. & ita deinceps aliũ alii mandata tradere solitos: quẽadmodũ inquit apud græcos fax traditur: qui uulcano p uices ferre cursores pseuerant. & quũ lucretii mẽtio facta est. enodemus illud quoque uelut in transcursu uocabulum: quod ab eo positum est libro quarto de rerum natura.

Vnguenta & pulchra in pedibus sicyonia rident.

Ubi sicyonia significantur calciamenta muliebria atque amatoria: delicatiora quæ & effeminatis tantum congruentia: de quibus ait lucilius.

Sicyonia

Et pedibus læua sicyonia demit honesta.

De quibus Mar. tullius in primo de oratore sic refertat: si mihi calceos sicyonios attulisses non uterer quãuis essent habiles & apti ad pedem: quia nõ essent uiriles: sed de lucretii locis obscurioribus alibi plura. cũ eius poemata adeo mendosa circumferantur: ut nõ lita multis luminibus ingenii uideri possint: sicut. Q. Ciceroni uidebantur. sed oblita tenebris errorum præscatentibus.

Lapsũ eẽ indiligẽter interptẽ plutarchi apophthegmaton sup λήμην πειραιῶς. i. lepitudine pirei.

Caput undeuigesimum.

Plutarchus cheronẽsis. in apophthegmatis. de pericle atheniẽsi sic ait. κελεύσας τοὺς ἀθηναίους τὴν αἴγιναν ὥσπερ λήμην ἀφαιρεῖν τοῦ πειραιῶς. interpres plutarchi homo græce latineque linguæ oppido quam peritus & callens. ita interptat: iusserat aũt athenienses eginã quasi pirei portũ existimarent ac uererentur: demirot utrum alioquin græcatiorẽ dedisse id interpretamẽtũ: qd penitus contrariũ est a sensu uerbisque græci scriptoris: quæ nos ita latina ferimus. iusserat ãt atheniẽses eginã quasi pirei lippitudinẽ auferre. hoc est uerum græcorũ uerborũ interptamẽtum: & sensus ex historia ductus. nã picles suadere uolebat atheniẽsibus: ut eginã insulã delerẽt & e medio tollerẽt: pinde ac lippitudinẽ labẽque pirei atheniẽsium portus: a quo xii. milibus passuũ abest. hoc apte demõstrat idẽ plutarchus in uita piclis: cũ ait. eginã ueluti pirei lippitudinẽ delendã censuit. impressi codices mẽdosi sunt. in qbus p lippitudinẽ legit̃ lippedinẽ. potuit forassis interpres labi ex incuria uicinitateque græcarũ dictionũ: nã apud græcos. λήμη est & λιμήν. pnunciatu quidem nõ longe distãtes inter se dictiones: scriptione uero & significatu multũ dissidẽtes. λήμη. n. feminino genere significat lippitudinẽ ocularia: scribiturque p. η. λιμὴν uero masculino genere dicit̃ portus: & p iota scribitur. sed in codicibus plutarchi græcis scriptũ est. λήμη quæ est lippitudo p. η. nõ λιμένα hoc est portũ per iota. pterea quis nescit. ἀφαιρεῖν apud græcos accipi pro auferre nõ pro tutari. plura dicere qbus hoc nostrum tueat̃ supersedeo: ipsa enim sunt per sese satis opinor euidentia. & quod ab iterprete dicitur. & quod a nobis: quæ pensitanda diiudicandaque candidis lectoribus permitto.

Egia lippitudo pirei

Erratũ altrum eiusdem interpretis super imolatione filiorũ: quos saturno sacrificãt carthaginenses.

Caput Vigesimum.

Idem plutarchi interpres sic in latinũ uertit apophthegma illud. Zelo tyrãnus. quo tpe carthaginẽses ad himerã debellauit. pacẽ cũ his actutũ ss coegit federibus iscriberẽ: fore ut ẽt filii a pstandis saturno sacrificiis quiescerent: hæc nouissima apophthegmatis pricula. nõ uidet̃ satis fideliter sinceriterque expressisse atque explicasse uerba græca plutarchi: quæ ideo subscripsimus: ut docti dispiciant utrũ laude digna sit an reprensione nostra hæc curiositas. ad quã nos unica impellit util tas iuuãdi fonẽdique p uirili pte studia scolasticorũ. uerba plutarchi hæc sunt. ἠνάγκασεν ἐγγράψαι ταῖς ὁμολογίαις ὅτι καὶ τὰ τέκνα παύσονται τῷ κρόνῳ καταθύοντες. i. ut nos interpretamur. coegit inscribere in federibus: quod cessarẽt imolare filios saturno. hoc uerba ipsa significant. hoc exposcit fides historiæ carthaginẽsium: qui soliti erãt imolare hostias humanas saturno: excellẽtioresque ex filiis uictimare: & quũ olim essent obsessi ab agathocle rege siculorũ saturnũ iratũ sibi esse rati sunt: quod loco liberorũ infantibus clã emptis atque educatis sacrificassent: itaque ut diligẽtius ad piaculũ soluerent deũque cõplacarent ducẽtos nobilium filios publice imolauerunt. sicuti lactãtius in primo eusebius in quarto præparationis euangelicæ. & diodorus in. xx. bibliothecæ. prodiderunt hinc silius italicus in quarto punicorum sic cecinit.

Saturno filii imolabatur

Mos fuit in populis: quos condidit aduena dido.

Poscere cede deos ueniam: ac flagrantibus aris.

Infandum dictu paruos imponere natos.

Quid mihi subdidit filiũ hanibalis noie aspatem fuisse forte adiudicatũ huic infando sacrificio. Igit̃ ut ad rem redeam sensũque plutarchi explicẽ. Zelo tyrãnus pacem cũ deuictis carthaginensibus fecit his cõditionibus: ne in posterũ imolarẽt filios saturno: ut ita a sacrificio sanguinario plenoque inhumanæ crudelitatis abducerent̃: & hæc est plutarchi snia ueraque interptatio: qd & uerba ipsa demonstrant: si circũspectius pensitatiusque perpendantur: cum interpretis interpretamentum sit deuium ab historiæ fide & a sensus elegantia.

Inscite eundem deerrasse super interpretamento thericliorum: nisi bique consideratus perpensusque non in diligenter locus ex Cæsaris commentariis.

Caput nouissimum.

Apud eundem plutarchi iterpretẽ in apophthegmatis romanorũ: ubi de scipione emiliano differit̃ sic scriptum legimus. cum meminit cuiusdam tribuni militũ iumenta cõprendisset: quæ lapideas pelues & uitrea pocula deportarẽt: qd iterpres dixit lapideas pelues & uitrea pocula. græcus scriptor ait. ψυκτῆρας χαλκ

θουσ καὶ θηρικλεῖα:quæ uerba græca nequaq̃ adamussim congruunt cũ latino interpretaméto:neq̃ hoc sensisse uidet̃ plutarchus:qui uoluit significare ménium fuisse castigatum increpitũq̃ acriter a scipione:q̃ in usu castrensi haberet uasa preciosa & delicata:mini meq̃ disciplinæ militari cõuenientia.lapideæ at pelues & uasa uitrea nõ sunt digna castigatione cẽsoria:cum nõ sint aliena a parsimonia frugalitateq̃ priscorũ:cũq̃ ut dicere solebat gallienus imperator:nihil sit uitro cõius.quo circa ita meo piculo interpretaberis.ψύκτη ρὰσ χιαλίθουσ καὶ θηρικλεῖα idest uasa gẽmata & thericlia:χιαλίθοσ enim græce gẽmatus dicitur thericlia uero sunt uasa potoria delicatiora a thericle artifice celeberrimo nominata:de quo est illud plinianũ ex libro.xvi.celebrat̃ & thericles noie.calices ex terebintho solitus facere torno.de thericlis poculis utpote ptiosis sic refert phalaris in epistola ad polycletũ.misi ad te puri auri phialas quattuor.crateres argẽteos nõ nostri tpis artifici duos.poculorũ thericliorum paria decẽ.de thericlis mẽtio ab eodem plutarcho hita est in uita alexandri.ex hoc thericliorũ significatu existimo corrigendum esse locũ apud cæsarẽm cuius tertio ciuilis belli pompeiani cõmentario sic legitur.in castris pompeii uidere licuit trichilas stratas:opinor irrepsisse mendum:emẽdandũq̃ pro trichilas stratas.thericlia strata.ut sit sensus thericlia pocula quæ erant preciosa celebrataq̃ uisa fuisse strata atq̃ iacentia passim in castris põpeianis:& si scio trichilas exponi solere pro abacis mensisq̃ potoriis ueluti hñtibus tria labra & triplices margines:in qbus uasa more aulico gradatim disponi collocariq̃ cõsueuerũt:sed iã receptui canendũ est ne modũ excedat appendix:quæ nõ cõtenta latialiter disertasse:ẽt nonnihil atticissauit.iam pausa facienda est & aĩus ocio refouendus:ut mox uegetior alacriorq̃ resurgat ad excudenda id genus annotamẽta longe uberiora:quæ succisiuis tpibus condimus mox in tpe depromptum.meditor enim ꝑ uirili pte agere negocium posteꝛorũ:succurrere hesitantibus litteratoribus.prodesse scholasticis:nõ minus ꝑuincialibus q̃ italicis:qui auditoriũ meũ frequentissimi quotidie stipant.meq̃ peramanter obseruant.sed cũ aurium sensus sit fastidiosissimus iam uale inclyte Hãnibal bentiuole:& quicquid est istud quantulũcunq̃ est boni consule & ama preceptorem:qui non solum te prediligit ut alumnum:sed & reuerenter colit ut patronum.

Ad Lectorem

¶ Lector candide offendes opinor interdum offendicula & moramenta quedam in commẽtariis nostris ex immutatione transmutationeue litterarum ac syllabarum nonnunq̃ ex inuersione dictionum.quos errores minutulos quidem & cognobiles non creditori ascribas quæso sed impressori:uix enim fieri potest:ut opere in magno non interueniant huiusmodi labeculæ.præfuerunt recognitioni scolastici duo eruditi qui elaborauerunt:ut emendati sinceriq̃ cõmentarii ex officina impressoris depromerẽtur.si quid erit mẽdosum:id igitur impressori ascribas obsecro.Vale & perlege.

Ioannes baptista pius bononiẽsis ad librum.

I liber Hannibalis genio suffultus & aura
Nec tu nasutum rhinocerota time.
Inuidia dictiloquo poterit magis esse Philippo
Quam fieri possit æmula posteritas.

Vgerii pontre: Tetrasticon

Venerit unde tibi liber hic si forte requiris
Crede mihi cælo nobile uenit opus
Viuet in eternum uiuet tua fama Philippe
Post cineres uirtus uiuere sola facit

Cõmentaria Philippi Barualdi necnon Marci Antonii Sabellici In Suetonium Tranquillũ Feliciter Venetiis exacta.per Simonen cognomento Beuilaqua Papiensem.Anno Christianæ Salutis MCCCCLXXXXVI.

FINIS

BIVILAQVA
SIMON

Registrum huius operis

aa
Prima alba
Ad inclytum

a
Philippi
morbo q̃rtane
libertino chẽti
postulanti:sed

b
¶Philippus
¶Phi. Catulũ
tuose in curiã
faris. ¶Per

c
fluxisse ꝑdidit
rote: & Marco
¶Phi. Obsti
¶M. An. In

d
uero & qui
simum eius
q; trãsmarina
olim dictus

e
quo magis
tronos. ¶Ci.
q. ¶Venusti
¶Phi. Capite

f
cum sic ait.
seruũ a pedib⁹
cum eius
¶In plures

g
habebant.
que cultu
tione aut
si centum illos

h
sciebat Antõio
tionẽ. ¶Sectæ
per ministrum
opidum iuxta

i
scribit ab
sanguinis in

nus: ut
umphales: eos

k
consulatu
paratum erat:
ri: quid ad
ni potius acta

l
¶Phi. Ciuita.
natiua militib⁹
commodius
tum maxime

m
orator uerri
rent. ¶Nisi
τοῖς Σένει.
hæref: dubitaſ

n
as & coniuges
secesserit nisi
¶Cynedus
merat cum

o
ad aurium
¶Phi. Secũda
ac certe sic est
¶Phi. Cena.

p
spongia
κοιλίαν ἐστί ut
oportuisset
plini⁹ auctorẽ

q
ea: geometriã
ἀκεσῶ unico
& græcorum
beas bouillas

r
lientem dixit
uersus Brutũ
ri consueuit
sit ob cuius

s
to aut cum
sa ad usum rei

principẽ quæ
alioquin

t
or: de quo
appellatione
ex: sed de eo
est senex ad

u
ta notari
præter Athe
possit.
¶Phi. Nurus

x
pindarus
ut Seruio
pestatibus
qui infernos

y
crebris atq;
creatum putes
¶Phi. Propo.
¶Phi. Delero

z
¶Erythrotao
neno: nõ solũ
amquam
ria morte

&
stitutus
capillũ ferre
erat exhausti
¶M. An. Basi.

?
ductos: quos
sic habent
tanno &
id bellum

℞
uox a
satis constat
¶M. An. Glo.
idest offensus

A
reuocauit
quæ erat in

pisset poeta
¶M. An. No.

B
lorum genera
¶Phi. Preiret
q ducẽtesimã
blico ministro

C
pido hispaniæ
sponte aliquid
¶Eandemq;
¶Phi. Indu.

D
ui postea
pina de culus
Nero non solũ
dari quattas

E
¶ subelliis
mus uocari
emissurum
¶Phi. Niobẽ

F
¶Phi. Simul.
¶Phi. Calidiſ
lebrante
ubi de

G
¶M. An. La.
de uestini
oẽs. Gellius
hyemare

H
¶Innotuerũt
ceptis: sed illis
nem aliud sit
¶M. An. Λα

I
¶Phi. Sub
Liuium &
pareĩ tradidit
nec cuiq;

K
annulis
lestes minæ

it. ¶Thus &
germanorum

L
¶Omissa
nocte cum
spe colloquii
telium. ¶Ex

M
¶Phi. Præ se
iuriæ actionẽ
¶Phi. At
¶Phi. Eo.

N
cea regulo
¶Obesus
bus militiæ
¶Phi. Sexto

O
in ægipto
¶Litteris
dentibus
num hic

P
pecuniam cũ
Sicut eadem
Spartianus
¶Phi. Relict⁹

Q
instituti Cæsar
biguis secretũ
oñdimus
complexus est

R
fecit strabo
¶Phi. An.
Mar. edictum
argumento

S
Suetonius
Quid sit
¶Mendum

res eius in eis que precesserunt. Et nunc quidem nobis necessarium est ut dicamus egritudines eius et causas earum et signa et curationes ipsarum.

De qualitate viarum administratio nis medicinarum nasi. Cap. iij.

Lias

quedam curationes nasi alie sunt quibus non est proprium ut fiant per viam nasi

que multe partes subtiles faciunt ad leuitatem ... quo resoluto spiritu e grauius: ut patet de homine mortuo ... verum est quod diminuitur sed non notabiliter. ... medicus. Hic ostendit quod debet medicus credere de ... ut patet littera. Item recipiat. i. credat. Item in radi... Item velationis. i. vaporum: et hec in suam o...

Jacobus

... mandum: aeris vero sonorum sensitiuum: ... odorum ... apparet quod tres sunt nasi principales utilitates ... Iuxta illud principis primi. i. doctrine ... iuuamenta manifesta sunt tria. Unum est quod ... odore et aeris attractione ... in cerebrum penetret ... ad pulmonem vadit: magna ... ad cerebrum etiam ... attractione cum quis odorare vult: multum ... instrumento odoratus adiungit ut fit apprehensio plus ... igitur iuuamento sunt ... iuuamentum. Secundum autem ... Et hec duo iuuamenta in uno consistunt iuuamento. Et ... in mensuratione aeris ... quod facit ... absolute post ... quod nihil obueat. Tertium vero ... a cerebro egredientes tegumentum et defensionem ... Et est instrumentum ... ad ipsas excutiendas cum ex ... principe ibi. Aristoteles vero primo ... instrumentum sensus odoratus et ipsius est anhelitus. ... in cerebro ventus et exierit ex ... conueniens est quod sit anhelitus nisi per nares ... anhelitus vero quod est ore est propter necessitatem: ... est membrum boni sensus et motus: et non est ut ...

De naso. Capitulum. ij.

... diximus.

Hic non debet signari capitulum: sed hec littera sumenda est vel ut principium capituli sequentis vel ut finis precedentis. Et si pro eo ... habeatur non debet intitulari de naso sed de continuatio ... dicenda circa nasi partes et dispositiones. ... parte remittit nos ad predicta. Primo super moto... ossium et cartilaginum eius: ad paragraphum illum ... prime doctrine quinte Fen prime primi. Et ossium ... compositio etc. Secundo super iuuamentis et utilitatibus ... capitulum. Nasi autem iuuamenta ... sunt tria etc. Tertio super duplici lacerto seu duobus la... nares ad capitulum. vij. summe ij. doctrine v. Fen prime ... de anatomia musculorum narium et tractat de ... numero et iuuamentis et origine ipsorum.

...c quidem.

In secunda dicit quod necesse nunc est seu decens et utile dicere egritudines ... vel accidere possunt: insuper et illas que olfactui ... origine, et ... ad ipsum. Et etiam causas harum egritu... ignoratis ... morbos ipsarum bene curet medicus ... Et signa quibus cognosci poterunt ... causae. ... curationes quibus auferuntur et sanitas redditur ... de viarum administratione medicinarum nasi. Cap. iij.

...las quedam curationes.

In hoc capitulo primo agit de duplici ... curationis morborum nasi. Secundo de duplici modo ca... purgiorum ibi. Et sunt corpora. Tertio de modis admi... purgia: ibi. Et omnis cui. Quarto de nocumentis ca... ibi. Et multotiens quidem. Quinto de reme...

rectius quidem est ut os aqua impleat. Et precipiatur ei ut resupinetur et uertat caput suum ad posteriora: deinde distilletur in nasum eius caputpurgium. Et oportet ut naribus sugat omne quod ponitur in nasum ad superiora omni modo ita ut faciat operationem suam. Et multotiens quidem succedit medicinis acutis distillatio in naso et insufflatio in ipso mordicatio

... Et omnis cui. Hic determinat de situ illius cui debent administrari medicine: et etiam ostendit modum: et patet littera. Nota quod os impleri ... aqua: quia si aliquid penetraret per colatorium ... sentiretur sapor. Et si esset sapor malus noceret: et sic punitur ... ipsa. Et multotiens. Hic ponit quatuor ... ibi. Et rectius. Item ... Et quandoque ... ibi. ... Dicit primo ... Item ... et quandoque

De partibus

dijs contra nocumenta caputpurgiorum: ibi. Et rectius est.

In primo parte ait quod curationum egritudinum nasi quedam o medicinis non per viam narium adhibitis fiunt: sicut gargarismata que ... et linimenta que quandoque capiti superponuntur ad maturationem vel resolutionem materie corizarum vel mitigationem dolorum illatorum partibus cerebri per caputpurgia mordacia acuta. Alie efficiuntur per medicinas naribus proprias et per eas intromittendas: ut vaporationes cum decoctionibus aut incensis siccis: vel ... caputpurgia: sint humida aut sicca.

Et sunt corpora.

In secundo dicit quod caputpurgia sunt duorum modorum: nam quedam ex eis sunt corpora humida que ad nasum trahuntur simul cum aere attracta sicut succus ... Alie vero sunt insufflationes ... res alique que insufflantur naribus. Et hec sunt sicce ... vel euforbium vel elleborus albus subtilissime trite ut ... valeant et profundius insufflari naribus. Et oportunum est seu conueniens ut embule imponantur et per embulam seu cannulam paruam naribus insufflentur. Et quia hi pulueres quandoque descendunt de naribus in guttur offendentes ipsum et quandoque ascendunt nimio impetuose ... cerebrum conturbantes ipsum quidam istos pulueres ... imponunt gracilibus oblongis de tela subtili quos naribus impellentes ... sufficiunt in purgando caput. Quidam etiam succos purgatiuos capitis tentulis imbibunt quas imponunt naribus ut ... magis extrahant humores a capite. Quidam etiam imponunt caputpurgia sicca non puluerizata naribus utrisque sub forma tentarum ut de radice ireos vel gentiane vel ... vel ellebori ibi ... tentulas quas naribus immittunt.

Et omnis cui.

In tertia primo ait quod rectius est ut omnis homo cui caputpurgium fit impleat os aqua fontis nitida quatenus prohibeat nec caputpurgium palatum offendat et linguam et guttur et gargateonem. Secundo debet resupinari se super suum dorsum et conuertere caput seu deflectere versus posteriora quasi celum intuens ut caputpurgium facile et cito ascendat in nares et non cito labatur ad inferiora: deinde immittatur ... caputpurgium sic preparato egro et ore eius aqua pleno. Tertio debet is naribus sugere quod est impositum de caputpurgio trahendo ... ad superiora nasi taliter quod suam bene perficiant operationem ... superfluitates ex partibus cerebri.

Et multotiens quidem.

In quarta primo ait quod mordicatio vehemens in capite et etiam in naso cum forti ardore multotiens succedit medicinis acutis sicut euforbio vel elleboro ... distillatis in naso vel ibi insufflatis propter vehementiam acuminis ardoris: mordicationis huiusmodi medicinarum. Secundo dicit quod hec mordicatio quandoque per seipsam sine adiutorio cessat et sedatur: ... quia caputpurgium non est et fortior ... vel quia leuem fecit ... impressionem et cito descendit: vel quia cerebrum et nasus firmi sunt fortis resistentie: vel quia phlegma attractum a caputpurgio secum commiscetur et ardorem ipsius mitigat et hebetat et mordicationem. Tertio dicit quod quandoque indiget ista mordicatio medicamine ... quo pacificetur seu mitigetur ut lacte muliebri vel violato oleo ... immisso vel axungia galline cum cera virginea: maxime cum ... dolorosas induxit forte caputpurgium vel excoriationes aut ardores nimios: vel aliunt opposite conditiones his que nunc dicte sunt.

Et rectius.